

Catalogus codicum Berensium, bibliotheca Bongarsiana

Hermann Hagen, Bern Stadtbibl



Bongars


CATALOGUS CODICUM BERNENSIUM

(BIBLIOTHECA BONGARSIANA)

EDIDIT ET PRÆFATUS EST

HERMANNUS HAGEN

ADDITA EST BONGARSII IMAGO



BIBL. PUBL. BERN. COLLEGII AUSPICIIS

BERNAE

TYPIS B. F. HALLER

MDCCCLXXV

CAR. LVDOV. DE. STEIGER.

BIBLIOTHECAE. PVBL. BERN.

PRÆFECTO.

SACRVM.

HERMANNUS HAGEN CAROLO LUDOVICO DE STEIGER S.



En tenes manibus Tuis, vir clarissime, id quod multo ex tempore eras auspicatus ac piis votis prosecutus, novum codicum Bernensium indicem ad finem usque perductum! Quod opus ut rite occipi et ad certum quendam finem posset pervenire, Tuo factum inprimis beneficio. Nosti, vir optime, et per longam annorum seriem quotidiana pæne consuetudine ac studiorum horum communione mecum coniunctissime, quanti sit pendenda haec librorum optimorum indefessa Danielum Bongarsiorumque opera neque satis umquam laudanda congestorum supellex, bonarum artium qualiumcumque fautrix lætissima ac benignissima. Sed idem Tu id probe animo Tuo perspexeras, qui ad hunc diem extiterant huius thesauri explanatores, codicis A 5 dico scriptores Bernenses Samuelem Hortinum Conradumque Schoppium scholarchos, dein Marquardum Wildium vel quisquis fuit cod. Bern. A 4 conditor, postremo qui centum ante hunc diem annis vixit, J. R. Sinnerum iuvenili illum ardore per senta omnia atque situ pæne obsita summa petentem, ut suis temporibus summo fuisse usui putandi essent, ita nostræ ætatis studiis ferventi amore verum appetentibus nec suspicari, sed, quoad id fieri potest, pleno pectore scire abdita aventibus æquo minus respondere. Itaque cum iam ante multos annos ipse, quamvis tot muneris Tui gravissimi nec ita grati tædiis pæne absumptus diligentissime multa collegisses, quæ viros doctos per illorum errores multis numeris vacillantes sustinerent, postquam præclaram eam operam non ad singulos codices illustrandos, sed ad omnes deinceps, quotquot habemus, libros manu scriptos explanandos pertinere volui meque id onus libenter suscepturum professus sum, iam non fenestra, sed aperto ostio amicitiam Tuam mihi patere voluisti, aditus dedisti ad ipsa penetralia facillimos, non peregrinari, sed habitare quasi ac vivere in sanctissimo illo Musarum adyto benigne passus es. Quid quod insuper omnia illa, quæ ipse collegeras, abiecta Tua gloria mihi utenda liberaliter concessisti? Quod summum Tuum in me beneficium ita per hos annos semper studui compensare,

ut, qualescumque essent in me vires, summis summa reponenda esse censerem neque fallerem fidem a Te et ab illis, qui huic nostræ bibliothecæ regundæ atque amplificandæ præsunt viri illustrissimi, mihi habitam. Itaque boni consulas, quæ hic Tibi ceterisque omnibus, qui in litteras bonas incumbunt, prope nonum pressa in annum a nobis offeruntur. Sed iam valeas, vir amicissime atque pro notissima illa humanitate Tua, qua non Tibi, sed litteris iuvandis Te natum esse quotidie ostendis, me amare pergas!



PRÆFATIO.

I.

Novi huius post J. R. Sinneruiu codicum Bernensium catalogi consilium uti institueretur, duplex causa fuit. Ac primum quidem libri Sinneriani ante centum hos annos typis descripti exemplariorum paucitas raritasque premebat: nec enim nisi in quibusdam bibliothecis publicis passim is liber habebatur, id quod propterea accidit, quia senatus civitatis Bernensis, cum Sinneri labor typis esset mandandus, quingenta solum libri exemplaria confici iusserat ita, ut dimidia pars et quod excurrit per singula ducentumviratus qui dicebatur membra dividerentur, cetera exemplaria bibliothecis publicis dono darentur, nulla hominibus privatis vel emptionis iure paranda relinquerentur. Accedebant vetustatis vitia, minora illa quiden, si virtutes Sinneri in toto opere condendo conspicuas attendas, sed satis magna, si eas, quæ adsunt re vera, scriptorum copias cum earum quæ adesse dicebantur a Sinnero numero conferas, ut omittam peccata varia in ipsis libris describendis ab illo commissa. Itaque cum iam ante annos hos novem a. 1865 thesauri nostri membranacei et chartacei manu scripti denuo inspiciendi ac pertractandi consilium cepissem, rem ita egi primo, ut proprio Marte gravissima delibarem, ut et mihi et viris doctis de futuro operis instituendi fructu persuaderetur. Deinde, postquam omnibus rite perquisitis, quæ incerto quasi voto cupiveram magis quam speraveram, omni spe lætiora evenerunt, sub uno omnia conspectu disposita ante triennium cum bibliothecæ nostræ præfectis communicavi.

Qui viri — sunt autem Theophilus Studer phil. doct. professor theol. collegii præses, M. de Stuerler, Reipublicæ Bernensis γραμματεύς, R. Ruetschi, theol. doct. antistes eccl. cathedr., R. de Fellenberg prof. chem., K. G. Kœnig prof. iur. Bern., C. de Fischer-Ooster scientiæ nat. peritus, C. L. de Steiger bibliothecæ civicæ Bern. præfectus — rem ad civium Bernensium Consilium relatam tanto favore et auspicio foverunt, ut uno illi omnes consensu catalogum novum conficiendum statuerent, confectum publicis

maiore ex parte civium sumptibus typis describendum esse censerent. Laudandum sane grato animo honestum hoc virorum optimorum studium, qui bonis quoque litteris aliquid dandum esse in mediis huius ætatis turbis rem, rem esse faciendam magna voce clamantibus constanter sibi persuaserunt! Atque librum hunc typis stabiliendum suscepit B. F. Haller Bernensis ex eadem illa gente oriundus, cuius Sinneriani catalogi bibliopola fuerat.

Neque vero immensus plus nongentorum argumenti diversissimi codicum probe describendorum labor rite exanclari potuisset ab uno homine in solis litteris quæ dicuntur classicis versato, nisi virorum aliquot doctorum gratissima opera adiutus fuissem. Nam libros Hebraicos Theophilus Studer prof. theol. Bernensis in meum usum examinavit; Gallicos et Italicos fere centum G. Grœber prof. Turicensis olim, nunc Vratislaviensis, Arabicos Josephus Aumer Monacensis Carolo Halmio intercedente descripsere. Accedit, quod Carolus Halmius, quos libros ipse olim, cum novi catalogi Bernensis conficiendi consilium agitabat (quod variis gravissimi sui muneris Monacensis officiis occupatus postea abiecit), per aliquot hebdomades in urbe nostra versatus descripserat, eorum notitiam benigne mecum communicavit, nec parvo usui fuerat eiusdem viri clarissimi ac doctissimi libellus, quo omnium, quotquot in Helvetiis servantur patrum ecclesiasticorum scripta manu exarata, amplissimum dedit conspectum a. 1863. Multa C. L. de Steiger quoque meus, bibliothecæ nostræ præfectus liberalissimus, quæ aut suis ipsius studiis nova invenerat aut ab aliis inventa diligenter adnotaverat, mihi utenda tradidit. Quibus subsidiis lætissimis innisus reliquas partes, quæ restabant haud paucæ, meo Marte, quoad et potui et per varias valetudinis vicissitudines licuit, absolvi. Ceterum non historicum me esse neque theologum, sed, ut amantissimum certe omnium litterarum, ita non nisi philologicis studiis operam dare in iudicando hoc nostro labore lector benivolus meminerit.

II.

Possidet hodie bibliotheca publica Bernensis nongentos fere et quod excurrit codices manu scriptos, quibus numeri 1—722 ita inscripti sunt, ut ad ducentos iisdem quibus alii numeris, at litteris A vel B appositis notentur. Quorum quingentos Bongarsiana collectio suppeditavit; ducenti

usque ad a. 1697 aliunde Bernam delati fuerant, reliqui, ducenti numero, posteris temporibus accesserunt.

Priscus codicum Bernensium qui fuerit habitus ante Gravisseti donationem, his catalogi a. 1697 confecti auctor verbis descripsit (cod. A 4, tom. 1 præf.): 'Parva primum illius (bibliothecæ) fuere initia, in auspicium et velut Operis fundamentum partim transsumtis e Monasterio Portimontensi et aliunde codicibus vetustate et squalore horridis, Pontificiæ superstitionis verius atque hierarchiæ, quam solidæ et sanæ doctrinæ monumentis.' Nihilominus tenuis illius bibliothecæ quædam fama usque ad Gallos pervenerat medio iam sæculo XVI, quippe cum Elias Vinetus vetusti Juvenalis qui Bernæ servaretur interpretis mentionem fecerit eiusdem, quem nr. 223 insignitum Bernæ habemus[1]). Atque aliquot libri clausis a. 1528 nonnullis monasteriis Bernensibus Bernam delati fuerant, ut codices nr. 15, 244, 335 e claustro Portimontensi (Thorberg prope Bernam) transumpti nec non nr. 524 e claustro Interlacensi; libros vero A 53 (e claustro Brunnadern), BB 50, et qui Carthusiensium Basileæ minoris fuerant nr. B 46. A 76. A 77. A 81. A 82. A 83, denique B 60 post a. 1697 demum Bernam venisse ob id suspiceris, quia catalogi mscr. a. 1697 (cod. Bern. A 4) confecti scriptor, cum Bongarsianos codices aliis immisceret, nullum codicem A vel B littera insignitum habuit. Nam si codices A 57, A 58, alii, quamquam A littera præposita est, tamen certissime ad bibliothecam Bongarsianam pertinuerunt, hoc inde explicatur, quod ob foliorum paucitatem a catalogi a. 1697 confectore neglecti fuerant. Quamquam et maiores codices, quibus nunc littera aut A aut B præmissa est, ut A 61, B 48 etc., qui et ipsi Bongarsii fuerant, ab eodem bibliothecario omissi sunt.

Porro sub a. 1632 Gravisseti dono impulsus Samuel Hortinus prof. theol. Bern. et ipse aliquot libros et ms. et impr. plerumque Hebraicos bibliothecæ publicæ donavit, qui in Hortini catalogo (A 5) post Bongarsiana commemorantur præmisso titulo: « Mantissa MSS. Hebraicorum cum paucis aliis a Sam. Hortino L. M. Q. donata et auctarii vice huic Thesauro inserta. » Sunt autem nostræ numerationis nr. 55. 56. 57. 81. 92. 127. 200. 228. 359. 409. 419. 426. 686; præterea duo libri Rabbinici, unus Turcicus, XIII Articuli Ramban., versio Genesis et notae Tremelli.

---

1) Cf. Eliæ Vineti ad Petrum Danielem epistulam, quam ex cod. Bern. 141, nr. 141 descriptam publici iuris feci in commentatione mea academica a. 1873, qua de Petro Daniele Aurelio iurisconsulto et philologo sermone vernaculo egi, p. 25.

Haec utut fuerunt, certe bibliothecæ Bernensis ante annum 1632 fundamentum satis exile fuit vilisque omnino pretii. Atque idem fere de ducentis illis libris dicendum, qui litteris A vel B plerumque insigniti (nam fasciculi AA 90, A 91 etc., C 219 — F 219 singulis schedulis, quæ olim Bongarsii fuerant, repleti, quos Sinnerus neglexerat. nostra demum ætate hos numeros acceperunt) post a. 1697 ceteris alius alio tempore inserti sunt.

Præterea per annos 1712—1718 insignem trecentorum quinquaginta quattuor codicum Sangallensium numerum, prædam Sangallensibus extortam, Bernæ urbis moenia custodiverunt. Extat de ea bibliothecæ monasterii Sancti Galli divisione per Bernenses et Turicenses a. 1712 perpetrata libellus chart. manu scriptus, cui titulus est: «Sors Manuscriptorum pro Splendidissima Bernatum Bibliotheca. Numero 354.» Quorum catalogus p. 1 brevibus ita commemoratur: «A. Theologica in Membrana 43. B. Theologica in Charta priora 90, posteriora 49. C. Musica, Choralia, Missalia, plerumque in membrana, quædam in Charta. Quo etiam referri possunt reliqua Musicalia in Catalogum non relata, sed ex æquo et bono divisa 20. D. Juridica, cum uno Medico 29. E. Historica plerumque Monachorum tam membranacea, quam chartacea 45. F. Philosophica, Philologica, Grammatica etc. priora 60, posteriora 15. G. Codices tres orientales, duo Arabici, Chinensis unus 3.»

Quorum librorum pars multo maxima a. 1718 Sangallensibus reddita est una cum ingenti librorum, qui et ipsi abducti fuerant, impressorum vi: paucos, qui conquirentium oculos latuerant, a. 1863 C. L. de Steiger, bibl. Bern. præfectus candide Sangallensium civitati restituit.

Hinc igitur intellegitur, qua causa, cum codicum Bernensium catalogum emittebamus, alterum «bibliothecæ Bongarsianæ» titulum addiderimus. Cuius historia tam arte cum trium virorum Petris Danielis Aurelii, Jacobi Bongarsii Aurelii collectorum, Jacobi Gravisseti Bernensis, antea Argentoratensis, donatoris nominibus coniuncta est, ut de his peculiariter nobis sit agendum. Atque de Petro Daniele et Jacobo Bongarsio hoc loco ut succinctius disserere nobis liceret, ob id accidit, quod duobus programmatis, uno academico [2]), altero scholastico [3]) a. 1873 et 1874 rem iam fuse

2) Zur Feier des Stiftungstages der Universität und der Inauguration des neuen Rektors.... Inhalt: Der Jurist und Philolog Peter Daniel aus Orleans..... Mit einer Beilage: achtzehn ungedruckte Briefe von Gelehrten des 16. Jahrhunderts enthaltend. Bern, A. Fischer, 1873. 35 pag. 4°. Cf. iudicia Caroli Thurot Parisini in Revue critique 1874 nr. 1, Caroli Dziatzko in actis litterariis Jenensibus nr. 26 1874 et mus. Rhen. XXIX, 462, J. Aderti in diurnis Genevensibus 3 Dec. 1873, Conradi Bursiani in: Jahresbericht über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft, herausgegeben von Conrad Bursian, Berlin Calvary 1874 p. 28—31.

3) Jacobus Bongarsius. Ein Beitrag zur Geschichte der gelehrten Studien des

exposueramus. Itaque, quæ de his duobus viris iam dicturi sumus, eorum testimonia cunctis verbis exscripta in duabus illis scriptiunculis lector inveniet.

III.

Atque *Petrus Daniel* circa annum 1530 Aureliæ natus — nam de certo nascendi anno haud constat[4]) — patre Francisco, qui summam cum Joanne Calvino amicitiam exercuit, causidico et Odonis Colignii Cardinalis Castellionensis familiari, una cum fratre suo, cui et ipsi Francisci nomen erat, studiis iuridicis ita se dedit, ut antiquas litteras omnibus aliis pro fundamento esse neuter umquam oblivisceretur. Atque Petrus, postquam a. 1560 Burdigalæ Cuiacii auditor fuit, a. 1564 Aureliæ ius dicere cœpit nec ita multo post claustri Floriacensis, cuius tum abbas fuit Odo Colignius Cardinalis Castellionensis, negotia in defuncti patris locum succedens curavit, quo munere functus esse videtur, quoad diem supremum obiit a. 1603. Eo munere gravissimo ut noster potissimum dignus haberetur, ob id videtur accidisse, quod a. 1562, cum Hugenotti claustrum Floriacense diriperent, codices manu scriptos illic servatos dextere prædatorum manibus extorserat. Rem Mabillonius in libro suo, quo de liturgia Gallicana egit, ita narravit præf. cap. XII: «Cum anno 1562 hæretici Aurelianorum urbe expugnata et expilata etiam finitima loca diriperent, prædæ avidi etiam convolarunt Floriacum, cuius abbas sæcularis tunc erat Cardinalis Castillioneus et ipse acerrimus hæreticorum fautor. Huic inprimis acceptus erat Petrus Daniel causidicus apud Aurelianos eruditus et Floriacensis Ballivius: qui Cardinalis gratia dextere usus Floriacensis Bibl. codices mss. a prædatoribus, quibus nullius ferme pensi erant, qua arte, qua pretio facile impetravit.» Quo vero anno Petrus Daniel munus suum susceperit, haud constat: certe a. 1565, dum ille Parisiis morabatur, Franciscus frater Cardinalis negotia obeunda suscipiebat. Hinc intellegitur, cur in Petri Danielis possessionem haud pauci bibliothecæ Floriacensis codices, qui nunc Bernæ habentur, concesserint: quos Odo Colignius probatæ illo tempore

---

16—17 Jahrh. Programm der Berner Kantonsschule 1873/74. Bern, A. Fischer, 1874, 76 pag. 4°. Cf. iudicia J. Aderti in diurnis Genevensibus 3. Juni 1874, Caroli Thurot, in Revue critique 1874 nr. 18 p. 279—281, G. Lothholz in actis litterariis Jenensibus nr. 26 1874, Alfredi Stern in actis societ. Gotting. 1874 p. 538—544.

4) Bursianus in mei libelli censura (Fortschritte der Alterthumswissenschaft 1874) p. 29 ob eum locum, quem p. 4 not. 2 attuli, nascendi annum propius ad annum 1540 admovendum esse censet.

sævissimo diligentiæ et audaciæ ergo ei dono dedisse videtur. Quamquam et ante a. 1562 nonnulla, certe Querolum ex amplissimis atque optimis illis thesauris delibaverat. Itaque non mirandum, quod a. 1564 Queroli editionem Cardinali, Mæcenati liberalissimo, sacram esse voluit his verbis præmissis: « Hoc semper maxime in votis habui, Cardinalis Illustriss. et ampliss., opportunum aliquod tempus mihi dari, quo defuncti patris tibi addictissimi vestigiis insistens meam erga te observantiam aliquo officii genere testarer. Id vero nunc mihi oblatum esse arbitror, si ea, quæ apud me benigne deposuisti, non maligne suppressa in sinu tegam, sed summa fide ad te referam atque adeo bona tua venia in publicum proferam. Absit autem, ut in id ingrati animi vitium incidam, quo tenentur qui præclara veterum librorum monumenta beneficio tuo nacti posito omni pudore illiberaliter alio transferunt [5]). Mihi certe consilium semper firmum ac stabile fuit neminem præter te agnoscere auctorem et fautorem eorum quæ apud te nata essent. » Addit, illam Queroli editionem neque perpetuis eius in se meritis neque tanti thesauri dignitati respondere. Jam, quia haud pauci extant codices Bernenses ex claustro Floriacensi petiti, quos eodem ipso a. 1564, quo Querolus prodiit, suos esse factos addita et nominis sui et anni significatione diserte declaravit Petrus Daniel, hos Cardinalem acceptæ Queroli editionis gratias referentem ei donasse verisimile est.

Ceterum non omnes bibliothecæ Floriacensis codices Petri Danielis facti sunt: aliquot Parisios delati [6]), multi nunc etiam Aureliæ servantur, cf. Charles Thurot, Revue critique 1874 nr. 1, Voyage de deux Benedictins I p. 65 seq., C. Dziatzko l. l. p. 397.

His igitur egregiis codicum et antiquissimorum et optimorum subsidiis adiutus Petrus Daniel a. 1564 Querolum fabulam edidit, quam denuo editurus erat emendatiorem duobus annis post, id quod eiusdem exemplar ipsius manu correctum (bibl. Bern. G 130 nr. 5, qui liber quinque continet exemplaria, quorum tertio codicis Pithœi lectiones ascriptæ sunt, cf. comm. de Petro Daniele 1873 p. 12) aperte testatur. In eodem libro G 130 duo leguntur carmina dedicatoria, quibus Danielis amici novam editionem ornaturi erant. Porro « Petri Danielis Aurelii J. C. notæ, quas ipse vivus sub nomine Pierii Aureliani edere destinaverat » ad Petronium scriptæ exhibentur in Georgii Erhardi (Goldasti) Petronii editione, quæ a. 1610 Hele-

5) Ea verba Carolus Dziatzko (Jenaer Litteraturzeitung 1874 nr. 26 p. 397) probabiliter ad sordidam codicum a Cardinale acceptorum venditionem retulit.

6) Cf. infra not. 9.

nopoli (Francofurti) prodiit p. 75—98. Sed non notas, sed iustam Petronii editionem Danielem molitum esse inde vides, quod ib. p. 78 scripsit: «præteréundum non puto quid hac editione a nobis præstitum sit.»

Denique a. 1600 Servii in Vergilium commentum iam inde ab anno 1574 a viris doctis vehementissime efflagitatum in lucem emisit quinque codicibus usus. Alia multa inperfecta reliquit: nam et vetustam Epiphanii de ponderibus et mensuris versionem Latinam editurus erat nec deerant, qui ad tractandos grammaticos Latinos eum acriter instigarent. Idem alios aut libris manu scriptis aut notis suis criticis transmissis multifariam adiuvit, Tertulliani versionem a Danæo institutam correxit, Brodæi opus postumum edendum curavit. Nec non Buchanani epigrammatum collectio ei debetur: quin et ipse Apollini et Musis vacavit extatque epitaphium in Turnebum eius manu scriptum (cod. 141, nr. 205)[7]. His vero finibus satis amplis tantum afuit ut sese contineret, ut fere nullus sit in bibliotheca Bernensi eius nomine insignitus sive codex sive liber impressus, quin plurima exhibeat eius doctrinæ atque diligentiæ documenta: adeo omnia adnotationibus, lectionibus variis, coniecturis impleta sunt. De quibus infra p. 515—552 et præf. cap. XIII accuratius relatum est. Accedunt philologica varia cod. 189, 450, 606, 678 et alia, de quibus Indices consulas.

Hunc igitur virum, quem et aliis, præsertim adulescentibus rerum antiquarum studiosis ferventem veri investigandi amorem incussisse constat, ab omnibus illius ævi viris doctis magnopere esse dilectum ac plurimi æstimatum nemo mirabitur. Inprimis Jacobus Bongarsius, quem iam a. 1578 Petro Danieli notum fuisse scimus ex epistula a Sinnero cat. ms. Bern. III p. 272 seq. edita, summa eum reverentia prosequi numquam desiit ita ut, cum Christophorus Colerus a. 1601 Bongarsio suffragante Valerium Maximum editurus esset, ipse his verbis illi eum librum commendaret (cod. Bern. B 149 nr. 405): «Ne sine patrocinio opus hoc prodiret in publicum, visum ei præscribere clarissimum nomen tuum, quo et bonis gratior et a malignis tutior veniret in manus hominum. Claritudo nos ipsa tui nominis ad hoc invitavit: invitavit antiquissimus et optimus codex tuus, qui præcipuam Colero novæ editionis occasionem dedit.» Laudatur autem a viris illis quam maxime Petri Danielis in codicibus perscrutandis religio, accuratio,

---

7) De eius studiis iuridicis cf. P. Daniel p. 6. Edidit præterea Pataudo auctore (Michaud Biogr. univers. X a. 1833) Claudii Cantiunculæ (de quo recte Bursianus l. l. p. 30) epist. ad Andream Alciatum Aureliæ 1561.

diligentia, ut summi esse pretii quæ ille ex aliis libris manu scriptis excerpta suorum librorum marginibus ascripsit nemo non videat.

A Petro Daniele probe distinguendus est *Franciscus Daniel* frater eius, qui et ipse aliquot nostræ bibliothecæ codices librosque impressos possedit, de quibus cf. præf. cap. XIII et Indices. Sed ut manus eius longe diversa est a fratris litterarum formis elegantissimis, ita et ingenia satis dissimilia fuisse videntur. Nec enim multum fructus ex eius notis criticis percipitur. Accedit, quod magis certos quosdam scriptores, ut Juvenalem, tractasse, ceterorum codices minus æquo curasse videtur [8]).

Petri Danielis bibliothecam una cum nonnullis Francisci libris a. 1604 post illius mortem Jacobus Bongarsius et Paulus Petavius inter se partiti sunt: atque Pauli Petavii pars J. Vossio intercedente a Christina Sueciæ regina empta et in Vaticanam bibliothecam translata est, ita, ut alii codices Parisiis [9]), alii apud J. Vossium Lugduni Batavorum [10]) relinquerentur. Bongarsii portio una cum ceteris eius libris plerisque per Jacobum Gravissetum heredem a. 1632 Bernam delata est, ubi et nunc habetur præcipuum nostræ bibliothecæ decus.

IV.

Jacobus Bongarsius, Boudry et La Chesnaye castellorum dominus, P. Petavii propinquus, prope Aureliam a. 1554 nobili familia ortus, iam inde a prima adulescentia litterarum antiquarum studiosus a. 1571 Argentorati, a. 1576 Biturigibus Cuiacio præceptore studiis philologicis et iuridicis se dedit. Fuit acerrimus fidei reformatæ defensor. Circa a. 1580 Romam peregrinatus cum Fulvio Ursino amicitiam iniit. Domum reversus cum diligenter antiquitatis studiis operam navasset ad Justini, quam parabat, editionem expoliendam, quæ prodiit a. 1581, a. 1585 relicto otio Henricum Navarræ regem, cui postea Galliæ regi creato Henrici IV nomen

---

8) De hoc Francisco Daniele cf. P. Daniel p. 5 not. 10 et p. 35. De aliquot libris manu scriptis, quos Franciscus Petro fratri dono obtulit (Ovidii epist. et Martianus Capella), vide l. l. not. 11.

9) Ut codd. 1750 et 7929 Servii, cod. 5763 Cæsaris, quibus C. Dziatzko l. l. nr. 7902 et 7920 addidit.

10) Ut codd. Lugd. Voss. F 79 et 80 Servii, Petronii folia, quæ olim cum Bernensibus cod. 357, 8 coniuncta fuerant.

inditum est, secutus est ita, ut per viginti quinque annos usque ad illius cædem publica eius negotia legati vel prolegati vice administraret.

Ipso a. 1585 longius per Hungariam et Transylvaniam iter Constantinopolin versus suscepit, sed parum compertum, utrum Henrici regis causæ inserviens, an privato visendi terras populosque studio abreptus. Extat eius viæ itinerarium ab ipso Bongarsio perscriptum nec non inscriptionum Latinarum in illo itinere conquisitarum collectio ad Hungariam potissimum pertinens, quæ non nisi ex parte et immixtis aliquot typothetæ erroribus edita est in calce eius libri, quem de scriptoribus Hungaricis a. 1600 Bongarsius conscripsit [11]). Eodem anno Bongarsium Romæ fuisse et in Sixtum V Papam libellum invectivum pro Henrico rege composuisse, mera Varillæ, mendacissimi istius historiolographi Gallici, fictio est. Sed idem a. 1588 regem suum a Fabiani a Dohna calumniis defendit duabus scriptiunculis, quarum posteriorem obscurorum virorum stilo compositam in commentatione mea Bongarsiana p. 73 seq. (cf. p. 17 seq.) edidi, priorem, cuius notitiam in bibliotheca Bernensi frustra quæsiveram, Alfredus Stern collega meus, rerum a populis gestarum in hac nostra litterarum universitate enarrator sollertissimus, in bibliotheca Gottingensi adinvenit [12]). Atque Henrici Magni regis legatus fuit cum in Dania et Anglia, tum maximam vitæ suæ reliquæ partem apud Germaniæ principes. Volentem enim a. 1596 abiectis rebus politicis sibi et litteris vivere sponsæ suæ, quæ erat Odetta Spifama Chalongia, mors præmatura in vitæ publicæ voragines retrusit. Ac per longum illud officiorum publicorum spatium et regi suo et illis, apud quos degebat, virtutem suam morumque integritatem numquam desiit probare. Itaque non mirum, viro honestissimo et doctissimo in Germania, ubi maiorem vitæ suæ partem transegit quamque summo amore amplexus tenebat, fere plures fuisse amicos, quam in ipsa patria sua, quæ civis sui præstantissimi iusto celerius oblita est.

11) Cod. Bern. 468. Itinerarium edidi in programm. de Jacobo Bongarsio 1874 scripto p. 62—72. Cf. Alb. Ilg.: Mittheilungen des Alterthumsvereins zu Wien a. 1874 p. 126 seq.

12) Cf. acta societatis Gotting. 1874 p. 541; est libellus nota: „Hist. Gall. 207a“ insignitus 20 paginarum 4° hoc titulo: „Responsio ad scriptum Baronis Fabiani a Donaw, quod de sua in Galliam expeditione, auxilio serenissimi regis Navarræ et ecclesiarum Gallicarum suscepta, Germanice edidit. Anno MDLXXXVIII.“ Liber nomine caret, sed auctore Sternio plane convenit cum Thuani excerptis, quæ l. l. p. 19 seq. dedi. Idem recte monuit, priorem libellum a Bongarsio non initio nundinarum, sed sub earum finem scriptum esse, cf. Thuan. restit. (a. 1663) p. 69: „cum Francofurtenses propediem nundinæ essent“ et quæ Sternius ex Responsione excerpsit l. l. p. 541: (p. 19) „Si tamen scriptum illud tuum initio Nundinarum prodire voluisses, tractassem etiam quædam fusius et explicatius. Sed, homo in scribendo quam agendo cautior, callide sub finem mercatus publicari voluisti, ne cui respondendi otium daretur.“

Anno demum 1609 otio et litteris redditus paullo post Lutetiæ Parisiorum mortem obiit aliquot ante Kalendas Augustas diebus a. 1612.

Atque in variis suis itineribus muneris causa susceptis numquam studiorum, quibus a prima inde ætate vacaverat, historicorum præcipue ac philologicorum oblitus est bonis libris seu manu scriptis seu impressis undique quocumque pretio coëmendis. Unde intellegitur, cur singulæ partes eius bibliothecæ ad diversissimas et Franciæ et Germaniæ regiones olim pertinuerint, donec uno per Bongarsium vinculo coniungerentur. Laudandum sane viri præstantissimi studium, qui, dum alii avida cupiditate divitias colligunt, mediocres opes suas in libris situ corrosis atque tenebrarum sordibus obtectis conquirendis profundebat [13]).

Hoc igitur labore indefesso effectum est, ut tria millia librorum impressorum et quingenti codices manu scripti colligerentur: hic enim est fere numerus eorum librorum, qui per Gravissetum Bernam delati sunt. Quamquam bibliothecam Bongarsianam olim aliquanto maiorem fuisse, inde colligitur, quod libros per varias urbes dispersos fuisse constat, qui cum post Bongarsii mortem undique conquirendi essent, per se consentaneum, aliquos certe colligentium manus oculosve effugisse. Quæ suspitio hoc quoque probatur, quod certi libri, quos Bongarsium utique habuisse verum est, in eius bibliotheca hodie non inveniuntur, ut Valerii Maximi editio a. 1602 per Christophorum Colerum curata, cui edendæ auctor ipse Bongarsius fuerat, vel Ennodii codex, quem Goldastus longum per tempus habuit (cf. Goldasti epist.), vel Petronii mscr. chartac., cuius in Goldasti editione (Helenopoli 1610) mentio fit, alia multa, quæ in Bongarsianis epistulis passim memorantur. Accedit, quod unus alterve Bongarsii liber hodie in aliis bibliothecis certissime habetur, ut Cæsaris codex (Bongarsianus I) Amstelodami, de quo Nipperdeius prolegom. ad Cæsarem p. 39:

---

13) Cf. Bongarsii epist. ad Lingelsheimium (cod. Bern. B 149 nr. 200) 19 Jan. 1604: „Sed istic (Biturigibus) præcipua cura fuit conquirere reliquias Cuiacianæ bibliothecæ. Ridebis tu suaviter hoc tempore, quo accurrunt certatim huc omnes tamquam ad nundinas pecuniæ a rege extorquendæ, me aulicum hominem nec pecuniosum terga vertere et loca ultima petere pecuniæ in libros maculatos et semesos profundendæ. Hacc vero avaritia mea est. Nec me laboris nec sumptuum pœnitet. Utinam frui istis detur libero et quieto! Rosnii mihi gazas non optarem nec Persarum montes aureos.“ Idem eidem 6 Febr. 1604 (cod. Paris. 7128 nr. 224): „Tu has delicias nostras merito ridebis, sed ita me Deus, ita tu ames, ut me sordidus hic pulvis delectat supra fumos aulicos omnes, quorum suavitas abit tandem in fœtidissimum nec ferendum halitum.“ Ad quæ recte Lingelsheimius hæc respondit 10 Febr. 1604 (coll. epist. Lingelsh. nr. 47): „Quam gaudeo te salvum rediisse Lutetiam confecto negotio utilissimo in coëmptis reliquiis Cuiacianæ bibliothecæ: rideant alii studium hoc! Ego admiror et omnium laudibus prædicandum censeo et spero particeps fieri gaudii illius, quod inde redundabit in publicum.“

« Antequam Amstelodanum pervenisset, ubi nunc servatur, Petri Danielis, Jacobi Bongarsii, Sixtini, Sixii fuit. » Nam donasse Jacobum Bongarsium unicum, quem habebat, Cæsaris codicem Sixtino isti, quisquis fuit, id vero minime credi potest. Immo non semper viros doctos, quos mutuati erant ab aliis libros, præsertim raros magnique pretii dominis suis restituisse, extat eius rei testimonium luculentissimum glossarii Petri Danielis Commelino crediti, de quo in comment. de Petro Daniele p. 9 not. 33 egi [14]). Haec quo cumque se modo habuerunt, tamen gaudendum, quod, si non omnes Bongarsii libri, at maior certe eorum pars integra servata est, quæ res, si non rempublicam, sed hominem privatum eius bibliothecæ heredem dicere voluisset Gravissetus, haud dubium, quin minus prospere fuerit cessura.

Ac de singulorum codicum Bongarsianorum origine, ubi quid certi aut a Bongarsio ipso aut aliunde adnotatum inveneram, suis locis expositum est, quæ omnia sub uno conspectu digesta peculiari possessorum indice nr. XII exhibui. Nec vero de omnibus æquali modo constat. Quid quod ne Bongarsius quidem omnibus, quos possederat, libris nomen suum ascripsit? Sed ut singulos codices passim alium aliunde comparatos omittamus, his potissimum partibus bibliotheca Bongarsiana composita est: reliquiis bibliothecarum ecclesiæ Argentinensis, monast. S. Maximini Miciacensis, claustri Cœlestinorum de Metis et dimidia parte bibliothecæ Petri Danielis Aurelii, i. e. codicum maximam partem ad claustrum S. Benedicti Floriacensis pertinentium. Præterea Friderici Sylburgii et Jacobi Cuiacii aliquot libros sibi paravit. Atque Argentinensis ecclesiæ S. Mariæ dedicatæ libri ut distraherentur, turbis Argentorati ob carthusiam sub finem sæculi XVI obortis effectum esse videtur: huc pertinent omnes illi libri, quos Werinharium episcopum S. Mariæ dedisse inscriptio aliquot codicibus præfixa testatur [15]). De Friderici Sylburgii libris, qui a. 1596 Bongarsii facti sunt, in comm. de Jacobo Bongarsio dixi p. 29 not. 165; fuere libri impressi nec minus omnes fere libri Cuiaciani, quos a. 1604 Bongarsius sibi comparavit. Sed hoc dubitari nequit, quin præstantissima bibliothecæ Bongarsianæ pars a Petro

14) Cf. etiam quæ de Lindenbruchio codicis Paris. 7902, qui olim Petri Danielis fuerat, usucaptore dixit Carolus Dziatzko (Jenaer Litteraturzeitung 1874 p. 397).

15) Cf. Sinner cat. mscr. Bern. I præf. p. VII, et infra not. 65 de Renato Gravisseto. Atque hi Bongarsii codices in eorum quoque numero sunt, quos Werinharium ecclesiæ Argentinensi donasse Wimpfelingius memoriæ prodidit de episcopis Argent. f. XXVII. Vide indicem nr. XII possessorum s. v. Werinharius.

Daniele petita sit, ad quem omnes illi libri referendi sunt, quos olim claustri Floriacensis fuisse inscriptio testatur [16]). Nam ne Petrus Daniel quidem ipse omnibus, quos possidebat, libris nomen suum inscripsit. Ut uno exemplo utar, vetus ille glossarum liber nr. 16, ut Floriacensis claustri fuisse inscriptione sæpius addita comprobatur nec non Bongarsii, cuius nomen additum est, nullam Petri Danielis prisci possessoris notam refert. Idem in aliis codicibus non paucis accidit. Ut brevibus defungar, nisi certa aliqua inscriptio aliud testatur, omnes fere nostræ bibliothecæ sæculi IX vel X libri [17]) ad claustrum Floriacense sive Petrum Danielem referendi sunt. Accedit, quod nullis fere suis codicibus Petrus Daniel non ascripsit aut coniecturas aut alia notatu digna, ut, etiamsi nomen ipsum Danielis desideretur, tamen ex notissima illa Petri Danielis manu statim, cuius olim liber fuerit, colligi possit. Quod in ipsis codicibus recensendis non semper nos advertisse ægre ferimus: in libris impressis, quibus notæ marginales ascriptæ sunt, diligenter adnotavimus, quia in hac ipsa notarum marginalium causa in singulis auctoribus extricandis summa res vertebatur.

Jacobum Bongarsium omnia sciendi genera amplexum esse et codices librique ipsi, qui eius fuere, diversissimi argumenti testantur et notæ ab eodem unicuique fere libro ascriptæ. Quas notas, quia non raro deperditorum codicum scripturam exhibent vel coniecturas scribentis aliaque notabilia, prætermitti in hoc libro nefas duximus. Pertinent præcipue ad auctores classicos, sed et ad medii ævi historicos ac theologos. Quam ingentem notarum molem si consideres [18]) haud credas, eundem virum præterea iustis magnisque libris edendis vacasse. Sed edidit Justinum a. 1581, cui Pompeii Trogi qui dicuntur prologos primus subiecit, tum a. 1600 scriptorum Hungaricorum collectionem, denique a. 1611 scripta ad cruciariorum res gestas pertinentia, quibus Dei per Francos gestorum nomen indidit, duobus voluminibus prægrandis circuitus. Quod opus ingentis molis quo minus absolveret, morte præmatura impeditus est. Præterea Curtium erat editurus atque Christophorum Colerum in Valerio Maximo edendo strenue adiuvit nec Reinerus Reineccius in syntagmate suo conficiendo Bongarsii auxilio caruit. Nam id in Bongarsio et multi olim admirati sunt et nos summo plausu prosequimur, quod non codices solum suos, sed et varia diversorum generum collectanea aliis patere utenda voluit

16) Cf. indicem nr. XII s. v. Floriacum.
17) Vide indicem II, quo codicum ætates perlustravi.
18) Enumerabo omnia præf. cap. XIII, singula inde a. p. 515 appendicis loco recensui.

nec ullam omnino occasionem prætermisit novi alicuius operis ad ullam litterarum partem spectantis adiuvandi. Id Conradus Rittershusius, id Höschelius, id Rosinus, Josephus Scaliger, Janus Gruterus, Jungermannus, Casaubonus, Goldastus, Cornelii Nepotis et Athanasii editores, Petrus Daniel, multi alii sæpius experti sunt[19]). Jam Putschii grammaticorum Latinorum collectio, quam usque ad novam Henrici Keilii mei editionem solum fuisse per ducentos et quinquaginta annos talium studiorum fundamentum nemo ignorat, quantopere est strenuo Bongarsii favore et auxilio perpetuo adiuta et adaucta? Quid quod, nisi Bongarsius suam auctoritatem constanter interposuisset, liber ille in publicum ne proditurus quidem umquam fuisset? Atque haec quidem ad philologorum scientiam spectant: sed eundem se in historicis atque theologicis quosque quæstionibus præbuit, ut aliorum studia strenue iuvaret, verum candide sectaretur, media inter extremas pugnantium inter se partium iras via incederet. Qui cum esset summæ clementiæ ac iustissimæ æquitatis, tamen acerbe semper in Jesuitas quasi perpetuos lucis bonarumque litterarum inimicos invectus est, cuius animi testem esse voluit librum a. 1611 adiuvantibus aliquot amicis contra Cottonem, Henrici IV confessorem, editum. Erat autem Bongarsius non solum omniiugæ scientiæ studiosissimus atque alieni laboris existimator candidissimus, sed ceteris quoque animi morumque virtutibus supra alios excellebat. Ut mirandum non sit, quod ab omnibus suæ ætatis viris seu doctis seu politicis in summo semper honore habitus est. Hinc explicatur ingens ille epistularum mille fere et octingentarum numerus, quas Bongarsius aut ad alios scripsit aut ab aliis ad se scriptas accepit. Quarum ad quadringentas septuaginta editæ sunt[20]); plus mille trecentæ in bibliothecis Bernensi et Parisina adhuc latent. Atque multo plurimæ ad Casaubonum, Joachimum Camerarium, Lingelsheimium spectant, quibus, qui infuerit Bongarsio animi candor suavi quadam comitate mixtus, optime illustratur. Atque revera Bongarsium suæ ætatis virorum doctorum amorem fuisse atque delicias, cum consentientia uno omnium inter se ore iudicia testentur, tum probat longa series librorum in eius honorem edi-

19) De quibus omnibus in libello de J. Bongarsio supra memorato peculiariter disputatum est.

20) Sunt tres omnino editiones quarum prima Lugd. Batav. a. 1647 Bongarsii ad Joachimum Camerarium medicum Norimbergensem epistulas continet a Friderico Spanheimio editas; altera Argentorati a. 1660 Bongarsii ad alios et Lingelsheimii aliorumque ad Bongarsium epistulas; tertia La Haye a. 1695 utriusque editionis epistulas novis triginta adauctas duobus tomis repetivit. De quarum collectionum fide ac ratione vide, quæ in comment. de J. Bongarsio p. 5—11 exposui. His accedunt paucæ epistulæ aliorum syllogis insertæ (ut in epist. Casauboni, Goldasti, Lipsii etc.).

torum. Nam dedicavere ei Josias Mercerus Aristaenetum a. 1595, Scipio Gentilis Apuleii apologiam a. 1607, Christophorus Colerus adnotationes ad Taciti Germaniam scriptas a. 1602, Caspar Schoppius Suspectarum Lectionum libros quinque a. 1597, Gruterus Discursuum particulam priorem a. 1604, Petrus Neveletus Doschius Francisci Hotomanni vitam, Roussati præfecti Lingonensis nepos libellum quo patruum suum defendit, a. 1603, Broughtonus Consensus S. Scripturæ versionem Latinam a. 1602, Libavius vel Alchymiæ commentarios a. 1606, poeta nescio quis centonem Virgilianum de morte Colignii (cod. Bern. A 93 nr. 14), Joannes Georgius Tuppius carmen de domini adventu a. 1602 (cod. Bern. 148 nr. 3).

Huius viri præstantissimi et doctissimi extat etiam imago oleo depicta una cum eius libris Bernam delata, cuius ectypon huic libro præfigendum statuimus, summorum illius beneficiorum quasi *μνημόσυνον*.

V.

Tertius, qui de bibliotheca Bernensi omni laude plus meruit non tam colligendis ille quidem libris quam donandis, fuit *Jacobus Gravissetus*[21]), Renati Gravisseti, Bongarsii amici, filius, cuius gens postquam per plus ducentos annos in re publica Bernensi læta floruit, uno hodie stat capite matronæ illustris Guilelminæ Gravissetæ, sororis defunctæ Wildbolzii pharmacopolæ Bernensis matris, quæ et ipsa ex ea gente fuerat. Atque Renatus Gravissetus a. 1560 natus Mariam Tixeriam a. 1583 (die 13 Jan.) in matrimonium duxerat, quæ a. 1566 nata obiit grandæva Liebeckii a. 1641[22]). Fuit Renati avus Nicolaus quidam Epignal urbis Lotharingicæ gubernator[23]), avia Margaretha de Hazard, e quibus natus est alter Nicolaus, qui Johanna de Bazoille in matrimonium ducta a. 1566 diem supremum obiit. Ipsum Renatum num iure dicant familiæ Gravissetanæ stemmata consilia-

---

21) Ea, quæ de Gravissetorum gente et origine collegi, maiorem partem debentur Car. Rod. Wildbolzio pharmacopolæ Bernensi, qui summa cum liberalitate vetustas Gravissetorum chartas ac schedulas, ut perscrutarer, mihi permisit. Adsunt schedulæ ab ipso Jacobo scriptæ, quibus ille gentis suæ originem delineavit. His Sinnerus quoque cat. cod. Bern. I p. XIII seq. usus erat intercedente quodam Gravisseto pastore Thunensi, qui rem minus accurate inspexerat.

22) Male quidam Bongarsii sororem Gravisseti uxorem fuisse tradidere, cf. Sam. Engel biblioth. Mscr. Hist. Helv. III, 64 nr. 2. Id vero verisimilius quod idem tradit, Bongarsium Jacobi Gravisseti baptismati testem interfuisse. Sed hoc non nisi prænominum æqualitate probari potest. De Renati et Bongarsii amicitia cf. comment. de Jacobo Bongarsio Bernæ 1874 p. 27 not. 94.

23) Cui Antonii nomen fuisse falso tradidit Sinnerus I p. XIII.

rium Palatinum aulicum fuisse, certo sciri nequit[24]). Castellum Liebeckianum in Argovia situm eo ipso tempore videtur emisse, quo ab Imperatore Matthia nobilitatis insignia accepit, quod factum est testante epistula Imperatoria die 23 Oct. a. 1615[25]). Qua charta permissum ei, ut nomini suo in posterum illud «vom Lüebeckh» cognomen subiceret. Possedit præterea domum Basileæ laute instructam, sed trium millium florenorum ære alieno oneratam, quod Basileæ urbis Deputatis debebatur. Quæ omnia a. 1630 Jacobo filio a patre tradita sunt, promissa iam a. 1624, cum Jacobus Salomen de Erlach uxorem erat ducturus[26]). Ipse aliquot annis post decessisse videtur[27]).

Huius igitur filius fuit Jacobus Gravissetus bibliothecæ Bongarsianæ heres atque donator. Natus a. 1598[28]) inde a pueris Heidelbergæ apud Lingelsheimium, Bongarsii et Renati Gravisseti amicissimum, studiis liberalibus imbutus est[29]). Cui a. 1612 Jacobus Bongarsius moriens bibliothecam suam ea ratione ex testamento legavit, ut studia sua continuaret librisque feliciter uteretur, Lingelsheimio bibliothecæ administratore instituto, donec Jacobus sui iuris esset factus[30]). Quæ sub a. 1622 a Lingelsheimio ei tradita est[31]). Idem postquam die 24 mensis Januarii a. 1624 ea condicione Salomen de Erlach, Francisci Ludovici consulis Bernensis filiam, ab eius patre in matrimonium ducendam accepit, ut Bernensium sibi civitatem compararet atque Bernæ domum emeret[32]), intercedente

24) Nisi quod „Heuteliæ“ auctor, de quo libro cf. quæ infra disputaturi sumus, domum se Heidelbergæ possedisse ait p. 3. Certe Renatus maiorem vitæ partem Argentorati transegit.

25) Eius chartæ apographon apud Wildbolzium vidi.

26) Extant de his rebus chartæ duæ a. 1624 et 1630 apud Wildbolzium.

27) Vixit certe etiam a 1630, quo bona sua omnia Jacobo filio concessit, et probabiliter a. 1632 quoque, quia in illius anni scriptis ad bibliothecam Bongarsianam pertinentibus nullibi quasi mortui eius mentio facta est. Male vero Sinnerus I p. XIII. XIV eum a. 1614 mortuum esse contendit.

28) Falso Sinnerus I p. XIII a. 1594 posuit.

29) Cf. comm. de Jacobo Bongarsio Bernæ 1874 p. 28 not. 95. Vide quæ de eo scripsit Lingelsheimius Bongarsio pridie Nonas Maias a. 1607 (nr. 74 coll. epist. Lingelsheimii Argentor. 1660): „Salveat et Gravissetus, cuius filius mihi curæ est; præceptori classico ipsum commendavi summo studio: omnino confido publicum illum ludum et æmulationem æqualium incensurum magis magisque studium, quod in Friderico meo expertus sum“; et a. d. III Nonas Martias a. 1609 (cod. Bern. 141 nr. 60) idem eidem: „Gravissetus et Delfinus superioribus diebus in cœna athletas se egregios in Grammaticis apud me præstiterunt. Bene valent et officium faciunt.“ De Anglo quodam, nomine Ramsay, Jacobi Gravisseti præceptore cf. comm. de Jacobo Bongarsio p. 28 not. 95.

30) Nam parum accurate in comm. de Bongarsio p. 27 not. 94 de eius modi testamento constare negaveram. Postea enim demum, cum haec ipsa eram præfaturus, causa diligentius examinata in certissima eius rei indicia incidi, cf. infra not. 58 et 60.

31) Cf. infra not. 61.

32) Extat pactum nuptiale apud Wildbolzium.

socero eodem illo anno 1624 pridie Kalendas Junias in civitatem gratiis receptus[33]. et ferrariorum ordini (Zunft zu Schmieden) ascriptus est. Atque haec gratuita receptio inde fortasse nata est, quia iam tum Jacobus socero futuro amplis se ampla relaturum promisisse videtur oblata videlicet bibliotheca Bongarsiana, quae Basileæ servabatur in eadem illa domo, quam una cum aliis suis bonis Renatus Gravissetus filio se traditurum in pacto eius nuptiali pollicitus fuerat. Quae omnia quia a. demum 1630 a patre in Jacobi nomen transcripta sunt, intellegitur, cur Jacobus unicum, quod illo usque habebat, certum rei familiaris subsidium antea manibus suis emittere noluerit. Si vero, quæ palam acta sunt, respicimus, bibliothecam donando Gravissetus non tam emit civitatem Bernensem, quam gratiis oblatæ donum postea munere non minus magnifico compensavit[34]. Illud vero ad hanc bibliothecæ donationem maiore iure referemus, quod eodem anno 1632, quo senatus Bernensis eius rei gratias Gravisseto egit, in ducentorum, qui tum soli regebant civitatem, virorum numerum receptus est.

De reliqua eius vita pauca habemus comperta[35], post Erlachiæ mortem a. 1637 alteras eum nuptias cum Francisca de Praromant iniisse, tetrarcham Oronensem fuisse, mense Januario a. 1658 diem supremum obiisse. Sed nova aliqua lux his rebus offulserit, si librum quendam sine auctoris nomine ipso a. 1658, quo Jacobus Gravissetus mortuus est, editum, cui titulus est «Heutelia»[36], id quod multi olim crediderunt[37], a

---

33) Extat de ea re charta senatus Bernensis apud Wildbolzium ad a. 1624 pertinens. Minus igitur accurate civium Bernensium stemmata anno 1626 eum adsignant.

34) Cf. præf. catalogi a. 1634 scripti (cod. Bern. A 5): „Hic vero elucescit tua, Cos. Erlachi, eminentissime in Rempubl. gloriosa et memorabilis virtus et generosus ardor, qui et Gravisetum generum ob solidæ virtutis meritum in antiquissimam et nobilissimam familiam adscitum *confirmasti et ut in tam laudabili instituto pergeret, animum addidisti, qui et sine consensu Dn. Soceri nihil ratum voluit*", — et quæ in priore parte extant scripta: „Ipsius Jacobi Gravisseti . . . . donatoris munificentissimi laudes prosequi, consilii prudentiam, instituti pietatem, meriti excellentiam suis decorare encomiis iure susciperemus; sed cum ea vobis, patres, erga bene meritos cives benignitas propensa et remunerandi facultas sit ampla, non verbis indulgendum inanibus, *ubi luculenta occurrit compensatio. Sufficit hoc ipsi, spero, ob virtutem ultro civitate donatum, civem se Bernatem deinceps prædicatum iri merito gratum.*" In hanc igitur rationem accipienda sunt, quæ in comm. de Bongarsio p. 28 obiter tetigeram: „Diese Bibliothek, welche . . . . später durch dessen Sohn Jakob um die Gegengabe des Berner Burgerrechts im Jahre 1628 (immo a. 1631/32) der Stadt Bern geschenkt worden ist."

35) De his quoque apud Wildbolzium testimonia extant.

36) „Heutelia. Lutetiæ anno MDCLVIII. Veritas odium parit." in primo folio, in altero: „Heutelia, Das ist: Beschreibung einer Reisz, so zween Exulanten durch Heuteliam gethan, darinn verzeichnet 1, Was sie denckwürdig gesehen vnd in obacht genommen, sowol in Geistlichen als Weltlichen. 2, Was sie für Discursen gehalten. 3, Was ihnen hin vnd wider begegnet. Getruckt im Jahr nach Christi Geburt MDCLIIX." Sunt p. 297: adest duplex præfatio, una sermone Latino, alia vernaculo a typographo scripta. Libri rarissimi exemplar habui a Roberto Pigotto, castelli Kiesensis prope Thunam domino.

37) Cf. E. Haller Bibl. der Schweizergeschichte V, nr. 1195.

Jacobo Gravisseto scriptum esse evinci possit. Quæ suspitio quibus ex causis nobis quoque quam maxime probetur, paucis demonstrandum.

Scriptorem non ipsum et edidisse librum, sed paullo antea fatis decessisse in utraque præfatione diserte legitur[38]). Agitur eo libro exceptis paucis, quae in initio de Palatinatu narrantur, de Helvetia eiusque, qui dicuntur, cantonibus ita, ut singulorum populorum, terrarum, urbium, fluviorum, aliorum id genus nomina occulte transpositis quibusdam litteris significentur. Itaque Heutelia ipsa est Helvetia, Rusinopolis Berna (= Ursinopolis), Sibilacopolis Basilea (= Basilicopolis), Guretum Turicum (= Turegum), Thrematium Badæ (= Thermatium), Relcunadunum Lucerna (= Lucernadunum), Ivodunum Scaphusia (= Ovidunum, Schaf-hausen), Tyrmilomontium Heidelberga (= Myrtilomontium), cetera multa, quae cognita semel auctoris ratione facile explicantur. Introducuntur autem duo nobiles, Palatinus alter, alter Würtembergicus (Tirvvingus), qui patria ob ingruentem papistarum vim relicta in Helvetiam confugere statuerunt eorumque iter per singulas Helvetiæ partes directum describitur. Insunt multi sermones cum inquilinis de singulorum cantonum vita, legibus, moribus habiti, ac si quae in his ineptiæ peregrinantibus occurrerunt, multo ac nigro passim sale perfricantur. Ac præcipue in Basileenses ubique libri auctor invectus est, quamquam Basilea urbs ipsa in hoc itinere non aditur. Atque in urbis Bernæ descriptione satis acerba haec de bibliotheca Bongarsiana leguntur memoratu dignissima p. 238: « Auss der Alten giengen wir in die Newe Bibliothec. Die darinn darumb newer geheissen wird, dieweil sie erst vor wenig Jahren dahin ist vergabet worden[39]), zwar certis Conditionibus, die vns der Bibliothecarius in ein schön eingebundes grosses Buch, mit sambt dem Catalogo, zierlich geschrieben, zeigte[40]). Er sagte aber dass die gemelte conditiones nicht strictè observiert wurden, dahero schon ein schönes manuscriptum ausz fahrlässigkeit seye alieniert worden[41]). Ich fragte, was denn, der solches

38) Priore loco: „eam (Heuteliam) fortassis politiorem tibi (sc. Lector) tradidissem, nisi Author fatis decessisset: nam illi animus erat ultimam adhuc admovere manum", altero: „aller massen mir dann solches Opusculum, so ausz dem lateinischen, das in teutsch vbersetzt zukommen vnd communicirt worden, darausz dann nun aber vnder andern diez zu mercken gewesen, dasz wann denselbigen der Todt nit übereilt ..... hette, er gewiszlichen diesen Tractatum noch selbsten viel besser illustrieren .... wollen."

39) Dicit bibliothecam Bongarsianam a Gravisseto donatam.

40) Est cod. Bern. A 5.

41) Is liber quis fuerit, talis rei curiosus comparato catalogo nostro cum veteri illo a. 1634 (cod. A 5) extricare posset, si hunc accurate scriptum esse constaret; cf. quae infra not 84 dicemus.

Kleinod vergabet, vervrsachet, ein solche schöne Bibliothec auff diese Form hieher zu vermachen? der Bibliothecarius antwortet, dieweil er vorhabens gewesen, sich zu dem Alaro [42]) in Kriegsdiensten zu begeben, er aber wol gewust, dass alle die dem Marti dienen, nicht wider gewiss nach Hauss kommen, dahero er besorgete, dass in solchem Fall die Bibliothec, so er für ein köstlich Kleinod vnnd Schatz gehalten (ob er gleichwol ein privatam Bibliothecam, die er selbst hin vnd wider, all dieweil er die Athænea visitirt, ihme colligirt, reservirt hat) möchte nach seinem Todt distrahirt werden, solches hat den Donatorem movirt, vor seinem Todt, also zu disponirn, so wohl zur Beförderung rei literariæ, als zu Ehren vnnd Nutzen des Vatterlands, in bedacht es immer vnnd ewig Schad gewesen wer, wann ein solcher Schatz nach seinem Todt solte distrahirt werden, wie es dann gern zu Rusinopoli [43]) her zu gehen pflegt, wo kleine pupillen seynd, die keine Eltern mehr haben. Sonsten ist diese Bibliothec von dem Collectore, der vnverheuratet gestorben ist, dem, der sie allher vergabet, als ein Legat in seinem Testament übermacht worden, von wegen der höchsten vnnd besten Freundschafft, so er mit des Donatoris Vatter gehabt: Er sagte vns, dass derselbig Sargontius [44]) geheissen, vnnd ein sehr fürnemer Mann zu seiner Zeit gewesen, welcher des Alexandri Magni [45]) Orator, bey den Numinalibus [46]) Regulis Tonoteumannicis [47]), Eiusdemque in sacro Consistorio Comes, palatiique præfectus gewesen sey. Ich sagte, dass ich in Leontarchia [48]) viel guts von ihme gehört hette, alda er in grossem Ansehen gewesen. Were derowegen war, wie der Poet spricht:

Durat post funera virtus .....

Zum Eingang zeiget vns der Bibliothecarius, so bald den Catalogum, wie vorgemelt, von der Hand dess gewesenen Bibliothecarii Rithonus [49]) genandt, geschriben, der die Bibliothec in ein Ordnung gestelt hat..... In dem zeigte er vns viel alte vnd schöne manuscripta, die daselbst in guter Anzahl seynd, vnnd kan also diese Bibliotheca noch zur Zeit für die schönste vnd beste eine in Heutelia gehalten werden.»

---

42) Gustavum Adolphum Sueciæ regem dicit.

43) Bernam urbem dicit.

44) Est procul dubio typothetæ error pro: „Bargontius" sive „Sargonbius"; Bongarsium videlicet dicit.

45) Henrici IV Gallorum regis scilicet.

46) Id est Protestanticis, qui vocantur, qui ipsum Deum venerantur.

47) J. e. Teutomannicis.

48) Palatinatum dicit.

49) Est Samuel Hortinus, de quo infra cap. VIII plura dicentur.

Haec igitur non nisi a Jacobo Gravisseto vel uno ex eius filiis scribi poterant[50]). Accedit, quod idem ille, qui et librum hunc scripsit et iter illud per Helvetiam instituisse fertur, et ipse e Palatinatu erat ortus, reformatæ fidei addictus; idem Heidelbergæ se antea habitasse affirmat, donec ingruentes Papistarum milites bona sua quamvis certis locis absconsa diripuissent[51]): ad postremum se illorum vim fugientem in Helvetiam concessisse. Quæ omnia in Jacobum Gravissetum optime quadrant. Sed res eo profligatur, quod iusto fusius ipsius Jacobi nostri mentio fit p. 94—125. Est enim dominus ille de «Langophinia», quæ vox litteris in suam sedem revocatis est «Philagonia», quo nomine castrum Liebeckianum auctor Græce interpretatus est. A quo libelli scriptor benigne se hospitio receptum esse narrat, p. 94: «ich sagte gleich, es frewete mich, ihn hier anzutreffen, dann ich het ihn vor den Tonoteumannischen Krigen gekennet, wie er in Leontarchia zu Tirmilomontium[52]) in dem Athenæo den Musis vnd Themidi auffgewartet.» Ipsi sermones, quibus hospes et dominus de Langophinia indulgent, ad venatum et piscaturam et novas venandi leges ab hoc commendatas potissimum pertinent, quæ iusto longiore circuitu tractantur, ut certum inter auctorem et dominum istum de Langophinia conexum subesse facile evincas. Atque ipsius Jacobi Gravisseti manu scriptæ extant apud Wildbolzium aliquot schedulæ, quibus de venatu et de equis agitur. Sed haec longius prosequi animus non est: certum vero, qui in privatam Jacobi Gravisseti vitam volet aliquando inquirere, ei hunc potissimum librum adhibendum esse. Unum addam, non sine causa libri auctorem Argentorato ortum p. 276 seq. de Argentoratensium legibus accuratius,

50) Quid quod alio loco (p. 241) a libri auctore de Bongarsio ita disseritur, ut multo meliorem eius cognitionem illum habuisse videas, quam ipsum, qui catalogum a. 1634 præfatus est, Samuelem Hortinum? Atque certas donatoris condiciones per neglegentiam violatas esse, num verisimile est ipsum bibliothecarium peregrino cuilibet patefecisse? Quod vero ad causam pertinet, qua ductus Gravissetus eam bibliothecam Bernensibus donasse in hoc libro fertur, id quidem certum est, bibliothecarium non potuisse umquam talia proferre, quæ supra leguntur, sed potius Gravissetum ut civem gratissimum ac civitatis gratiis acceptae remuneratorem munificentissimum fuisse prædicaturum. Immo res ita comparata est, ut veram donationis causam consulto celatam fuisse videas. Quod ideo factum, ne re, ut erat, exposita verus libri auctor statim detegeretur. Memorabile etiam, quod donator privatam sibi bibliothecam reservasse dicitur. Nam est donatoris quasi purgantis sese, quod tantos thesauros nulla suorum ipsius studiorum habita ratione aliis profuderit. Nec nihili faciendum, quod sub narrationis finem libri auctor relicta, quæ dicitur, oratione indirecta rem ipsam, quasi non audierit ab alio, sed ipse noverit, explicat: „Sonsten *ist* diese Bibliothec" etc.

51) Cf. libri initium (p. 3. 4).

52) Est Heidelberga urbs (= Myrtilomontium) in Palatinatu sita. Cf. supra pag. XXIII.

quam aliunde natum erat par, disserere [53]). Fuit igitur Jacobus Gravissetus, id quod isto libro probatur, non mediocris scientiæ atque antiquis litteris satis imbutus, sed iis potius studiis deditus, quæ ad ipsam vitam quotidianam pertinent. Nam ex eius bibliotheca in Langophiniæ castello servata [54]) non nisi libri ad ornithologiam, urbium fortificationem, artem geometricam spectantes memorantur [55]).

VI.

Gravissetus iam sub finem a. 1631 bibliothecæ suæ donum viris theologis, qui bibliothecæ Bernensi præerant, obtulerat [56]), sed a. d. XIV Kal. Martias (die 16 Febr.) a. 1632 demum senatui Bernensi placuit et gratias agi Gravisseto muneris transmissi et libros ipsos per Josephum Bleppium magistrum et Samuelem Hortinum theologum Basilea Bernam transportari. Qui postquam provinciam suam adierunt, Basileenses tradere se posse bibliothecam primo negaverunt, quia aliquot Renati Gravisseti creditores, quorum in numero Passavantiorum gens præcipue memoratur, a Jacobo Gravisseto, qui ipsis insciis patris sui supellectilem oppigneratam suum in usum vendidisset, defraudatos sese conquesti haud immerito res suas repetivissent [57]), Ad haec Bernenses cum Gravissetum de ea re se purgare

53) Nec mirabimur, quod omni occasione arrepta libri scriptor in Basilcenses invectus est, cum, quæ de bibliothecæ donatæ casibus infra sumus narraturi, recte perpenderimus.

54) De qua agitur l. l. p. 124.

55) Habes eius imaginem oleo depictam in bibliotheca publica Bernensi in eodem, quo codices, conclavi collocatam.

56) Cf. J. Gravisseti epistulam, quam die 18 Martii 1632 senatui Bernensi scripsit (Baselbuch D. p. 389); negat enim potuisse bibliothecam a Basileensibus retineri: „wellche auch nit mehr mir, sundern Vr. Gn. nunmehr ein geraumbte Zyt, alls sidt verschinen Martini, da Ich sy dero Geistlichen Herren angetragen, zustendig.“ Idem testatur Abrahamus Delosea cathedr. eccles. Bern. minister Ms. Hist. Helv. I, 108 p. 540: „Seit Martini 1631 ist mit Herrn Jacob Graviseth .... einer stattlichen ja fürstlichen Bibliothek ..... durch Brieffen gehandelt worden.“

57) Cf. Baselbuch D p. 367 (12 Martii): „Seiteinmahlen aber vnsere lieben getrewen Burgere, die Passavant vnd andere desz alten H. Gravisets Creditores vor unsz erschienen vnd angezeigt, waszmassen Er der Sohn den grössesten theil von seines vatters alhie gehabten mobilien, die sich ein mörckliche Summen gelts anbelauffen, zue Ihrem præiuditz vnd nachtheil theils von hinnen weg gefüehrt, theils sonsten verschlept vnd verkaufft habe, mit vnderthäniger pitt, weilen Sie mit gemeltem sein H. Gravissets Vatter alhier in verfangenem Rechten standen, auch der Sohn gehörtermassen deren alhier gehebten dem Vatter zuestehndigen Sachen sich angenommen vnd vnterzogen, dass dessentwegen mit hinausvolgung angeregter Bibliothec bisz gedachter Ewer Burger die verenderten mobilia widrumben herbeygeschafft, möchte ingehalten werden“ ....

iussissent [58]), ita responderunt, ut nullum omnino Renati creditoribus in eius filium Jacobum ius esse acriter defenderent nec certe bibliothecæ, quia non a patre eam, sed ab alio, Bongarsio ipso, hereditariam Jacobus accepisset, quidquam ad illos pertinere satis minaciter contenderent [59]).

Sed Basileenses novo impedimento excogitato die 19 Martii Georgii Michaelis Lingelsheimii, iuris consulti Palatini, qui Jacobi Bongarsii fuerat amicissimus, epistulam, qua ille suis ipsius filiis libros Bongarsianos clausula quadam testamenti Bongarsiani innisus repetebat, Bernensibus transmiserunt [60]). Aiebat enim, Bongarsium libros suos Jacobo Gravisseto ea

---

58) Gravisseti responsum die demum 18 Martii datum extat in Baselbuch D p. 389, Bernenses vero iam Idibus Martiis (Teutsches Missivenbuch 5 p. 197b seq.) Basileensibus rescripserant. Atque haec de bibliotheca sua Gravissetus: „So ist auch vorgemelte Bibliothec mir sollcher gestallten vermacht worden, das die keineswegs vertheilet oder distrahiret werde, wellches mich auch verursachet, dieselbige mit sollchenn conditionen Vr. Gn. zu presentieren, sunderlich damit es zu Ehren vnd genüegen desz letzten Willens desz woll Edlen, gestrengen vnnd hochgelerten Herrn Jacobi Bongarsii, Herrn zu Bodry, Kön. Mt. Inn Franckrych gewesznen geheimen Ratts vnnd Hoffmeistern, auch vff ein Zyt Ambassadorn by den Protestierenden Tütschen Fürsten vnnd Stetten, gereiche vnd diene. Ist derowegen niemandts befüegt angedeüte Bibliothec vmb privat pretensionen, wann derselbigen schon rechtmessiger wysz wider mich weren, anzugrüffen, wellches Vr. Gn. vmbstendlicher von mynem Hochehrenden Herren Hortino, wellchem Ich vorvollermelts Herren Bongarsii seligenn Thestament überschickt, vernemmen werden." Addit, iam a. 1624, cum Salomen Erlachiam in matrimonium ducturus erat, a patre pignoris loco omnia, quae ille Basileæ possedisset, sibi tradita suique iuris facta esse. Id ipso pacto nuptiali, quod vidi apud Wildbolzium pharmocopolam, a. 1624 mense Januario scripto comprobatur nec non altera a. 1630 charta, qua eadem omnia, i. e. castrum Liebeckianum, domus Basileensis, supellex omnis in filii nomen transcripta leguntur. Eandem, pergit, reliquorum quoque creditorum condicionem esse: ceterum hinc illas esse Basileensibus lacrimas, quod ipsi bibliothecam Bongarsianam sua in urbe remanere avide gestirent.

59) .... „dieweil die berührte Bibliothec vorgedachtem unserem burgeren dem Herren von Liebegg eigenthümlich frey zuständig niemand hypothecìert versetzt noch verpfändet gewesen" .... In eodem libro (Teutsches Missivenbuch V) p. 212b eiusdem diei extat Bernensium epistula ad Samuelem Hortinum scripta, qua summis ille viribus causam suam defendere iubetur.

60) Baselbuch D p. 383. Lingelsheimii epistula ad Basileenses iam die 19 Jan. 1632 Argentorato scripta extat ibidem p. 363; subscriptum: „Georg Michael Lingelsheim, der Rechten Doktor vnd Churfürstl. Pfalz. Raht." Est autem haec:

„E. H. vnd Gl. kan ich anzubringen nicht vnterlassen, wie das der Edel vnd Weitberümbte Herr Jacobus Bongarsius, weiland Kön. May. in Franckhreich Gesandter in Teutschen landen, in seinem letzten willen vnder anderem geordnet, dass seine köstliche vnd mit grosser müehe vnd vnkosten erworbene Bibliothec Herren Reinhard Gravissets Sohn Jacobo Gravisset solcher gestalt vermacht vnd legirt, dass er seine studia continuiren vnd solche Bibliothec Ihme vnd anderen zuem besten brauchen solle. Im fahl aber er gedachte Bibliothec nicht brauchen vnd wie geordnet anwenden solte, dass alsdann meiner Söhne einem, deren damahls acht in leben gewesen, gleicher gestaltten legirt vnd vermacht sein soltte. Nachdem nun gedachter Jacobus Gravisset solche Bibliothec nun viel Jahr hero nicht gebraucht, sondern auch dieselbige nie aufgestellet oder in ordnung zuem gebrauch gebracht, ja auch indessen solche Bibliothec vnderschiedliche mahl feil gebotten vnd einen Kauf tractirt, auch dardurch der disposition zuewider selbige, nachdem er Sie nicht zue gebrauchen gedenckht, sondern meineen Kinderen Ihr recht zue entziehen vermeint, Ich aber besorgen muesz, dass sein böses vornemmen ins werkh zue richten, er die Bibliothec entwenden vnd anderstwohin zue transferiren

condicione legasse, ut iis ad iuvanda sua studia uteretur, quod si minus fecisset, libros ad Lingelsheimii filiorum unum debere transire. Quibus Bernenses statim haec reposuerunt: esse quidem libros Bongarsianos Jacobo Gravisseto ea condicione legatos, ut eo usque studia sua prosequeretur, ut aliquo cum fructu eos legere iisque uti posset, quod donec accideret, Lingelsheimius bibliothecam custodiret: sed satisfecisse huic condicioni Jacobum ita, ut Lingelsheimius ipse iam ante decem fere annos libros Jacobo tradidisset [61]).

Quod recte observatum esse Basileenses intellegentes die 26 Martii aliquot dierum dilationem rogaverunt [62]). Id cum Bernenses libenter concessissent, postquam longior in dies illa dilatio facta est, postridie Kalendas Maias iterum minaciter ut responsum sibi daretur postulaverunt [63]). Itaque Nonis denique Maiis Basileenses bibliothecam Bernam transferri passi sunt, additis duabus epistulis, quarum alteram Lingelsheimius ad eos scripserat, altera ipsi Basileenses illi responderant hæc: quia ambigi utique posset de utriusque iure et in alteramutram partem accipi testamenti verba, secundum confœderationis Helveticæ leges non posse in tali causa sive urbi alicui sive civium cuiquam rem, quam repeteret, denegari [64]).

---

bedacht sein möchte: Als ist an E. H. vnd Gl. mein hochfleissiges rechtliches begehren, Sie wolle zuvorderist vielgedachte Bibliothec, so annoch in dem hause, welches der Junge Gravisset neulicher Zeit verkaufft, verwahret wirdt, mit arrest belegen, solcher gestalt, das daszjenige gemach, darinnen die Bibliothec ligt, wohl verschlossen, auch an Thüren vnd fensteren also verpitschiert werde, damit nichts entwendet werden möge. Und dann, weil dieses mein anbringen der wahrheit gemees vnd mit einigem behelf nicht zue hindertreiben ist, gedachten meinen Kinderen zuem besten, deren noch vier in leben, so den studiis abwarten, auch einen oder mehr solche büecher der testamentirlichen ordnung gemees zue brauchen qualificirt, solche Bibliothec mir folgen lasse. Daran geschicht ein werckh der gerechtigkeit vnd bin Ich es nach möglichkeit zue allen fürfallenden gelegenheiten zue verdienen erbietig vnd gentzlich begihrig. E. H. vnd Gl. hiemit in den Schutz desz allerhöchsten" etc.

61) Teutsches Missivenbuch V p. 215 die 21 Martii: .... „Den anderen puncten belangend gibt ehrengedachts Herren Bongartii testamentliche erläuterung soviel und deutlich nachricht, wie und wasmaszen besagte Bibliothec an mehr auzognen Unseren Burger Jacobum Graviset erblich gefallen, Namlich, dass er seine studia so weit fortsetzen und prosequiren solle, dass er die bücher derselben mit nutz brauchen und lesen könne, bisz dahin Her Lingelsheim zum verwalter darüber ernamset: welliche erst gedachtem unserem Burger, als der den inhalts angedeuten testaments satzung seiner studien gnug gethan, bereits vor ungefähr 10 jahren von Ihme Herren Ingelschein in worten selbsten nach desz Herren testatoris intention zugestelt worden. Weszen er sich wohl überhebt, wan er ihne selbige mit nutz ze gebrauchen unqualificiert geachtet oder andere Verhinderliche ihme zu glimpff und Vortheil disere sein, bisz auf solche zeit, da die liberey uns eigenthümlich zugefallen, aufgesparte gesuchte forderung und prätension auszzuwürken dienende impedimenta für ze wenden gewuszt hätte."

62) Baselbuch D p. 407.

63) Teutsches Missivenbuch V p. 237ª die 2 Maii.

64) Baselbuch D p. 417. Lingelsheimii epistula, quam et ipsam Basileenses transmiserant, periit; legitur enim ibidem p. 416: „Herrn Doctor Lingelsheim schreiben ist

Neque certe dubitari potest, quin Lingelsheimii causa defendi minime potuerit. Scimus enim, neque id Lingelsheimius ipse ignorabat, Renatum Gravissetum, Jacobi patrem, magna olim pecunia cum alios Henrici IV legatos, tum Jacobum Bongarsium adiuvisse ita, ut aut nihil fere aut certe iusto minus ab Henrico IV ei redderetur [65]). Qua in causa postquam Bongarsius, ut Renato Gravisseto satisfieret, sæpe frustra sudavit, quid mirum, voluisse eum, cum mors appropinquaret, quodam certe modo viri præstantissimi liberalitatem compensare tradita eius filio bibliotheca sua satis magni pretii? Alioqui dubium non est, quin Lingelsheimio eam donaturus fuerit, quocum artiore studiorum ipsorum vinculo coniunctus fuerat. Neque id parvi faciendum, quod Jacobus Gravissetus sub ea solum condicione libros suos Bernensibus legavit, ut ipsi suisque posteris semper eius utendæ copia fieret primaria, ut non tam possessorem, quam locum mutasse bibliotheca Bongarsiana dicenda sit. Quam rem ob id accuratius nobis esse tractandam censuimus, ne quis postea, si in istas Basileensium et Bernensium litteras incidisset, vi potius quam iure Bernenses contra Lingelsheimium egisse credere posset.

Cetera plana iam via decurrerunt. Bernenses gratiis actis Josephum Bleppium Basileam miserunt, qui eos quoque libros colligeret, quos certi

---

in zusamben tragung dises Buchs nit gefünden worden." Atque Basileensium ad Lingelsheimium hoc fuit responsum die 28 April.: „Sinteinmahlen erst angeregte Bibliothec soviel Jahr vnd Zeit mit Ewrem guten wüssen vnd willen vnd sein Herrn Jacob Gravisets, dessen condition vnd progres in studiis Euch vnverborgen geweszt, Handen vnd gewalt ohne einiche contradiction gelassen, beneben ewere an selbige habende ansprach vnd prætension zwahr auff einem Artickel des von weilandt Herrn Bongarsen vegemachten (?) Testaments sich fundiret, derselbige aber vngleich auszgedeutet vnd von jetwederem Theill zu seinem vortheil vnd nutzen, massen wir ausz einkommenem Schreiben vermerckhen können, interpretirt und auszgelegt werden will, dardurch disere sach vnliquidirt vnd zweiffelhafftig gemacht vnd dann vnsere zusammen habende Eydtgnossische Pündt desz auszgedruckhten buchstäblichen inhalts, dass in dergleichen vnliquidierten vnd vnjüchtigen zusprüchen vnd prætensionen die arresta, alsz ohne dass von selbsten gehässig vnd odios, weder gegen die Stätten, noch dero angehörigen burgern nicht statt noch blatz haben sollen, also haben wir" etc.

65) Locos epistularum Bongarsii satis multos, qui huc spectant, congessi in commentatione mea de Jacobo Bongarsio instituta a. 1874 p. 27 adnot. 94. Quibus accedit, quod Jacobus Gravissetus in excerptis aliquot, quæ de hac re ex Bongarsianis schedulis collegit (quæ vidi apud Wildbolzium pharmacopolam), hæc habentur: „NB. Mr Gravisset avoit employé son credit et s'estoit obligé pour grandes sommes qui ont esté employées pour faire la levée de plusieurs mille Landsknechts soubs Mons. de Schomberg, Mess. le Viconte de Turenne et Ms. de Sancy ayants sollicité ce secours de la part du Roy de France vers les Princes Protestants d'Allemagne." Addo alium locum, quo de Renati erga Henricum IV officiis agitur ibid.: „NB. Ledit sr Gravisset avoit esté deputé vers le Roy pour l'affaire de la Chartrousse par Mess. de Strasbourg, laquelle chartrousse a esté rasée pour ne porter preiudice en temps de guerre à la ville; car on en eust peu faire un fort contre la ditte ville."

viri Basileenses mutuo acceperant[66]), ut mense Maio a. 1632 bibliothecam Bongarsianam Bernam devenisse verisimile sit[67]).

Juvat his corollarii loco subicere, quæ de ea re in actis consilii minoris Bernensis (Rathsmanual) a. 1632 habentur:

Tom. 62 p. 316 die 16 Febr.: Zedel an myne Herren die Scholarchen dass Mgh. (meine gnädigen Herrn) den Herren Hortinum der Ihme zu abholung der von Herrn Graviset zuo Liebegk Ihr Gn. Verehrten stattlichen Liberey zuo Basel vffgetragnen beschwerden In diser winterzeit gerne überheben weltind vnndt Herrn Theologum Lüthard thunlicher findent, wo sy aber Herrn Hortini halb andere gedancken hettind, Mgnh. berichten söllint.

Basel wegen abholung angeregter Liberey geschryben als Im T. M. B. (Teutsches Missiven Buch).

Zedel an Herrn Lehrber, dass er entwederen herrn sampt Joseph Bleppen vnd einen Ihr Gn. Stattrüttren zu Ihren abreysz vnd fürderlicher abholung diser Bibliothek notwendigen geltmittel in die hand geben sölle. (Manu alia inter lineas additum: Die schryben vnd decreta wegen Bongartii liberey sind verfertiget worden 5 Martii).

An Herrn Graviset Herrn zuo Liebegg wägen syn herliches präsents Herrn Bongartii Bibliothec halber dancken.

Zedel an Magister Joseph Blepp dz Mgh. zuo Inpack: vnnd abholung diser Bibliothec verordnet, sölle sich mit demjenigen Herrn, so verordnet werden mag, vff die Reysz gegen Basel zu begeben.

Tom. 63 p. 34 die 15 Martii 1632: Basel. Über den an die Bongartische von Herrn Graviset Ihr Gn. Verehrte Bibliothec angelegte Arrest Ingeworffnen Häffling zu schryben als Im T. M. B.

An Herrn Hortinum diser Sach halb auch zu schryben als Ibidem.

---

66) Cf. Teutsches Missivenbuch V p. 240b (die 8 Maii); ibid. p. 241a (die 9 Maii).

67) De aliquot libris Basileæ relictis mense Julio etiam actum est, cf. Teutsches Missivenbuch V p. 277a (die 10 Julii) et Baselbuch D p. 431 (die 29 Julii). Quorum librorum catalogus ab Hortino, ut videtur, scriptus legitur in Baselbuch D p. 437: inerant codices duo medici argumenti. Basileenses novam Lingelsheimii epistulam, quam ille die 9 Maii Argentorato Basileensibus respondens scripserat, addiderant, in qua hæc leguntur: „Dass ich aber seithero zuegesehen, dass eine so lange Zeit die Büecher bey Ihm gelassen worden, ist daraus ervolgt, weil Gravisset alzeit vorgeben, dass er die Büecher brauchen vnd der disposition ein genüegen thuen wolle, vnd so Ich mich bey abfüehrung der Bücher aus dieser Statt Straszburg oder auch seithero der Sachen annemmen wollen, hatte man allezeit mit vorwenden dieses Scheins mich abgewiesen.“

An Herrn Graviset zuo Liebegg der beiden Schryben copias zu schicken vnnd gesinnen dz er ..... drüber hin bericht geben welle vnd sölle. Esz söllend auch beide Schryben den Herren Geystlichen communiciert werden.

Tom. 63 p. 43 die 20 Martii: Zedel an myne Herren die Geystlichen, so wol der herren von Basel wegen nüwe in schrifft fürgeworffen vrsach herren Bongartii Daselbst verarrestierter libery allso herren Gravisets gegebnen bericht communicieren vndt andüten nachdenkensz ze haben was verners In der sach thunlichest fürzenemen vnndt deszelben vff Morndrig tag Ihr G. zu verstendigen.

An Herrn Graviset desz von Ingelszheym (sic, est Lingelsheimius) gethanen ymwurff vnndt vermeint habenden ansprach an obbemelt Libery berichten vnndt syn antwort darüber solicitieren.

Ibid. p. 45 die 21 Martii: Basel. Nochmahlen vmb relaxation Bongartischen verarrest. liberey solicitieren vnd vmb ein rundt antwortt anhalten, allsz Im T. M. B.

Ibid. p. 97 die 19 Aprilis: Basel. vmb ein antwort an sy wegen Bongartischer verarrestirter Libery jüngst abgangenen Schrybens anhalten vnd solicitieren, allsz Im T. M. B.

Ibid. p. 125 die 2 Maii: Basel, das sy die an die Bongarsische Ihr G. Verehrte Bibliothec angelegten arrest laxieren wellint, mit protestation desz darumb uffgelüffnen Kostens zu schryben, als im T. M. B.

Ibid. p. 139 die 8 Maii: Basel. Ihr Schryben, In dem sy sich erlütterendt, Bongarsische verarrestierte Bibliothec zu relaxieren Beantwortten, auch hievor durch die passavant causierten Costens anregung thun, allsz Im T. M. B.

Herren Graviset Doctoris Lingelheim, auch Baslerisches Schryben per copiam communicieren, damit er sich der darin wider syn persohn yngestreuwter vfflagen gebürender massen purgieren könne, geschryben allsz Im T. M. B.

Zedel an myne Herren die Geystlichen solliche yngelangte Schryben Überschicken vnndt befelchen nachdenckens zu haben, durch wasz fügklichster mittel angeregte Bibliothec allhar ze bringen vnnd Ihres guttachtensz Dominum Consulem volgendtsz zu berichten.

Ibid. p. 142 die 9 Maii: Zedel an Herrn Joseph Blepp, sölle sich fürderlichest nacher Basel begeben vnd die Bongartische Bibliothec inpacken, bevorderist aber die übrigen Bücher, so vermoge beiliegendem verzeichnus gewüssen Persohnen gelichen worden, abforderen, wie zugleich auch den Passavanten der vffgeloffnen kosten, so sie wegen des angelegten Arrests causiert, sollicitieren vnd höuschen, wo aber Imme derselbig abgeschlagen würde, sölle er sich von desselben wegen nit verners vffhalten, Sondern die anzogne Bibliothec laden vnd selbige alhar ferggen lassen sölle.

Basel. Deszwegen auch zu schreiben, als Im T. M. B.

Zedel an Herrn Schulhr. Seckelmeister Haasz, das er mit abholung diszer Bibliothec vffgeloffnen Kosten Herrn Seckelmeister Lerber widerumb inseckJen sölle.

Zedel an Herrn Seckelmeister Lerber mit hilff Herrn Lüthardts vnd Herrn Daniel Heintz, das Gemach der Bibliothec zu besichtigen vnd dasselbig zurüsten ze lassen vff das die Bongartische durch den Herrn Gravisset verehrte Bibliothec komlich dahin gethan werden möge.

Ibid. p. 264 die 10 Julii: Basel wegen etlicher vszstendiger vnd hingelichner Bücheren, so in die Bongarsische bibliothec gehörend, zu schryben, als im T. M. B.

Ibid. p. 266 die 10 Juli: Zedel an myne herrn die Geistlichen, das M. G. H. vf ir begeren an die Statt Basel ernstlich geschriben, diejenigen, denen vs der Bongarsischen liberey Bücher hingeseyt worden, welche sy aber nit volkommen restituirt, Oberkeitlich anzemanen, sy von handen zelaszen, werdind nun dis verzeichnüsz derselben in die Canzley geben. Was aber ir wyter anmuten, die vngebundenen Bücher ynbinden zelassen betrifft, Achtint M. G. H., es werde den Schulherren Seckel nit erarmen, wenn schon der binderlhon vs demselben bezallt wirt.

Hanc igitur bibliothecam Jacobus Gravissetus his condicionibus Bernensium civitati legavit, quæ in cod. Bern. A 5 post præfationem leguntur:

« Pacta quibus instructissimam Bongarsianam bibliothecam donator publicam facit Bernensem.

I Librorum omnium tam MSS. quam Impressorum cuiusvis Authoris, Editionis, Præli, Loci, Anni exstruatur catalogus.

II Catalogus ille in honorem CL. nobilissimique viri Dn. Bongarsl publicis mandetur typis illiusque copiæ aliquot Donatori fiant.
III Donatæ bibliothecæ locus adsignetur peculiaris a prisca distinctus.
IV Usus huius bibliothecæ ut et indicis publicus esto.
V Præmonet Donator ne quid ex illa alienetur vel distrahatur damnose. Nec sine chirographo et ad tempus tantum ex illa quispiam ullum accipiat commodo librum.
VI Usum illius Donator eadem conditione sibi et posteris stirpe natis præ ceteris servat.
VII Quorum librorum duo eiusdem typi erunt exemplaria, unum sibi Donator remitti cupit.»

Accedit alia de hac re scriptiuncula Hortini, ut videtur, manu scripta et a Jacobo Gravisseto adaucta, quam apud Wildbolzium pharmacopolam inveni:

Erinnerung
die Bongarsische Bibliothec betreffend [68]).

Erstlich wird noch zu völliger Disposition vnd des Registers perfection erforderet:

I Das der Catalogus authorum vsgeschriben werde.
II Ein Dispositorium gemacht über die gantze Libery, wie alle Bücher vf einanderen volgen: alle confusion ins künftig zu vermyden. Welches noch nit die geringste Arbeit syn wirdt: Die aber gantz nützlich, vnd dardurch auch das Register revidiert, collationiert vnd rectificiert wirdt.
III So sind noch übrig zwo kisten voll allerley tractetlin, Relationen, Zeitung- Schrifften: Item vngebundne Bücher, etliche defectuos: Welches alles erlesen, collationiert vnd das beste in die Libery gestellt werden sol.

Demnach sind zu bedencken die Mittel durch welche dise Bibliothec in guter Ordnung, wie auch in ihrer Integritet erhalten werde.

I Werden Ihre Gnädigen Herrn bedacht syn, einen sonderbaren Bibliothecarium [69]) über die Bongarsische Bibliothec ze ordnen vnd

68) In margine ascriptum hoc: „Disz alles muste ich ynwenden wegen der Metzgren vnd andern, die die vorstände arbeit als principalem nit konten vnderscheiden.“

69) In margine ascriptum: „HORT. sol nüt han: hat D. b. gnug.“ Et alia manu subiectum: „Habet duplicem difficultatem.“

zu setzen: auch denselben by synem Ihren Gnädigen Herrn geleistetem Eyd allein in ein nüw Gelübd vfnemmen, Dise Libery trüwlich zu verwalten vnd alles ze thun, was da zur conservation derselben gereichen mag: Dann diser myn Eyd mich gnugsam dahin bunden, das ich allen flys angewend, vnd disz werck so trüwlich verrichtet, das ich nit eines batzes wert verzuckt noch alieniert.

Es sol aber auch ein Bibliothecarius noch darüber, wo etwas durch syn vnflys were entwent worden, zur ersatzung gehalten werden.

Die Bibliothec aber sol einem nüwen Verwalter derszelben übergeben werden: wie Solches durch mittel des Dispositorii vnd des ganzen Registers liechtlich kan geschehen.

II Diser Bibliothecarius sol sich in vsliehen der Büchern also verhalten:

1, Sol ein sonderbarer Rodel in der Bibliothec vfbehalten werden. Dahin er vfschrybe die person, das Buch nach dem Armario, Tabulari vnd der Ordnung, wo es stahn sol. Item tag, monat, Jaar wenn es geschehen vnd vsgelihen worden.

2, Ein klein Buch werde vergünstiget ein monat, ein mittelmeszigs zween: vnd die gröszeren vfs lengst dry monat [70]).

3, Sol keins vszerthalb der Statt hinaus geben, ohne Verwilligung Eines Convents vnd guter versicherung [71]).

4, Sol wüszen ein bscheidenheit zebruchen im vsliehen, damit die Libery vs mangel viler Bücher nit vnanschowlich syge [72]).

5. So Jemands aber an der restitution sümig oder vnwillig Sich erzeigen wurde: Sol er nach angewenter gebürender vnd ernsthafter forderung Solches einem regierenden Herrn Schultheiszen klagen.

III. Diewyl dise berümte Bibliothec von heimschen vnd frembden vil besucht wirdt, sol darin dise Ordnung gehalten werden:

---

70) Adiectum a Gravisseto: „Ob nicht ein Underscheid zu machen der zyt halben vnder denen, so in vnd vsseit der Statt hingelichen werden?"

71) Additum a Gravisseto: „Die befragung möchte deren büchern halben, so in myner Gnädigen Herren gebiet vsgelichen werden, yn, vnd dem Bibliothecario heimgestelt werden."

72) Add. a Gravisseto: „So vssere Ort, als Zürich, Genff etc. ein buch oder manuscriptum begerten, wie sich denzumal zu verhalten? Sonsten manuscripta vsselichen (die wyl sy dem vsschniden mechtig vnderworffen) möchten andern zu communicieren, ingestellt werden, es were dan sach, daz man propter adversarios derselben mangelbar were."

1. Sol sich deszin, wie zuglych des vorgänden puncktens, niemand vnderwinden, als der Verordnete Bibliothecarius.
2, Es sygind nun verburgerete, ynheimische oder fremde personen, So die Liebery ze besichtigen begeren: sol er flyszig erkundigen, wer sy sygind: sonderlich was religion vnd Stands: also das er, wo es mehr als zwo personen sind, einen Herrn im Closter oder in synem abwesen einen Professoren mit nemmen: Da der Bibliothecarius vorher, der adjunct zletst nach den fremden gan sol.

So es fürstliche personen, mit einer grossen suite: sol Er achtung geben, wie er einen Præceptoren oder Hofmeister fründtlich anreden, vnd ihme andüten, das ihme nit zugelassen, vil personen, noch vil weniger Pagen vnd Laggeyen hinyn zelassen.

IV Söllen zwen gliche Indices geschriben werden, deren der Eine hinder myne Gn. H. gelegt, der andre in der Bibliothec gelassen, damit nach beiden die bücher mögen revidiert vnd so ettlich weiteres erkaufft oder verehrt, inscribiert werden.

V Alle Jahr sollen die vsgelichne bücher durchusz abgeforderet vnd den harzu deputierten mitlist desz dispositorii durch den Bibliothecarium ingerechnet werden.

VI Das Zimmer sol süberlich gehalten werden [73]).

Vides, nil prætermisisse Gravissetum, ut bibliothecæ suæ usum atque fructum quam expeditissimum redderet civibus suis litterarum bonarumque artium studiosis. Quare dolendum, quod illius ætatis homines tantos thesauros minus quam par erat curasse dicuntur ab eodem, si quidem recte eum Heuteliæ auctorem fuisse contendimus. Haec enim ille a. 1658 in bibliotheca Bernensi nova (Bongarsiana) describenda l. l. p. 241: « Der Tirvvinguus [74]) nam auch in acht, so wol als die Sybariten [75]). dass die Bücher staubiger waren, als die zu Guretum [76]), solches merckte der Bibliothecarius, der sagte derentwegen zu vns, ihr Herren müst euch nit verwundern, dass diese Bücher staubig seynd, dann sie selten gebraucht

73) Articuli IV—VI alia manu ac cetera, scilicet per Jacobum Gravissetum ipsum scripti sunt; reliqua Senatorum Bernensium iussu composita et Jacobo Gravisseto, ut corrigeret vel adderet nonnulla, transmissa esse videntur.

74) J. e. Würtembergicus (Wirtinguus).

75) Angli aliquot, qui una bibliothecam visebant.

76) Turicum (Turegum).

werden, vnd mehr von frembden, die daher kommen, solche zu besehen, in die Händ genommen werden, als von den Inheimischen. Zu deme, ob gleichwol in dieser Bibliotheca in allen facultatibus viel schönere Bücher seynd, so ist sie doch in Historicis, Juridicipoliticis vnd Philologicis am besten versehen, also dass zu solchen Bücheren ein anderer Lipsius, Bongarsius, Bruterus[77]), Heinsius oder auch Berneckerus erforderet werde. Dann bey vns ist keiner, der zu solchen Studiis Lust hat. Und ist der Collector dieser Bibliothec eben ein solcher Mann gewesen, allein dass er darneben auch (so nit gemein ist) ein fürtreffenlicher Aulicopoliticus vnd in vnderschiedenlichen Sprachen sehr wohl erfahren gewesen, vnd darumb bey Fürsten vnd Herren so wol, als bey gelehrten Leuthen, hoch geschätzet worden. Er ist auch in seinen Discursen gantz apophtegmatisch lieblich vnd kürtzweilig gewesen. Wz aber vnsere Politicos in Heutelia, sonderlich die zu Rusinopoli[78]) anlangt, deren findet man heutiges Tags wenig, die fundamentaliter gestudiert haben, also dass sie bald seltzamer, als die weisse Raben, vnd schwartze Schwanen zu finden seynd, ja auch hie der mehrertheil vnserer Politicorum solten wol etlich wenig Fässer mit gutem Wein höher schätzen, vnd lieber haben, als alle Bücher, die hie zugegen.»

VII.

Codicum Bernensium ante Sinnerum pæne nulla fit mentio apud viros doctos, quæ res duabus ex causis potissimum intellegitur, et quod bibliothecam Bongarsianam Bernam devenisse omnino nesciebatur ab exteris per centum fere et quinquaginta annos et quod ipsi Bernensium viri docti in alio litterarum genere sane præstantissimi hanc studiorum materiam iusto minoris habuisse videntur[79]). Quæ socordia et post Sinneri præclaros labores aliquantum temporis duravit usque ad tertium quartumve huius quo vivimus sæculi decennium. Atque inter primos, qui hanc codicum perlustrandorum et in publicum bonarum artium usum convertendorum pro-

---

77) Typothetæ error, ni fallor, pro: „Gruterus."

78) Bernæ.

79) Nec vero defuisse omnino, qui his quoque studiis operam navarent, Samuelis Engelii bibliothecarii Petri de Ebulo editio testatur a. 1746, qui princeps cod. Bern. 120 unico usus est.

vinciam attigerunt, nominandus est Carolus Guilelmus Muellerus, professor olim Bernensis, postera Rudolstadiensis, qui tribus programmatis academicis a. 1839—1841 diversas bibliothecæ partes haud parvo fructu perquisivit et, postquam Bernæ urbi vale dixit, Rudolstadii scholia illa Bernensia cod. 172, quibus Junilii Flagrii, Gaudentii, Titi Galli, aliorum in Vergilii Bucolica et Georgica commenta continentur, primus per annos 1847—1854 publici iuris fecit. Quæ eius editio princeps quamquam vitiis in describendo et in extricandis scripturæ minutissimæ et passim evanidæ abbreviationibus commissis scatet, quod repetita a. 1867 editione fusius demonstravit huius libri scriptor, summam tamen Muellero positi in membranis priscæ vetustatis evolvendis et studii et laboris gratiam deberi quis negaverit? Idem Rudolstadii a. 1858 ex cod. Bern. 45 Orestis tragœdiam antea descriptam (totiens, eheu, proximis abhinc annis agitatam!) primus edidit. Ut brevibus defungar, debetur ei quam maxime retecti nostri thesauri gloria. Nam inde ab illo tempore et ab aliis libri nostri manu scripti perquiri cœpti sunt, inter quos Casp. Orellium, Gerlachium, Rothium honoris causa nomino, nec intra Helvetiæ solum fines præclarissimum illud studium constitit, sed exteri quoque alius aliunde advolarunt, Henricum Keilium dico, Martinum Hertzium, Ottonem Ribbeckium, Carolum Halmium, Hermannum Usenerum, alios multos. Quo factum, ut nulla fere scriptoris antiqui editio nova proximis his decem quindecimve annis parata sit, quin, si Bernæ quid supellectilis criticæ haberetur, id viris doctis ad ornanda ipsorum studia suppeteret [80]. Sed tantum abest, ut exhausta iam sit nostri thesauri copia, ut, id quod instituto novo hoc catalogo intellectum est, multa et præclara superesse constet.

VIII.

Transportata demum Bernam bibliotheca a. 1632 statim libri disponi coepti sunt atque catalogus et codicum et librorum confici. Est hodie cod. A 5 ingentis circuitus, splendidis picturis ornatus. Cui biennio post (a. 1634) ad finem perducto hanc bibliothecarii præfationem præfixerunt:

« PRÆFATIO. Magno vos, Patres, munere, bibliotheca Bongarsiana a

---

80) Quæ omnia, ubi quid sciri potuit, in singulis codicibus describendis adnotata sunt. Nec tamen eorum ratio haberi potuit, qui insciis nobis codice aliquo usi erant.

cive laudatissimo Jacobo Gravisseto, dn. in Liebeck, donatos, quidni gaudeat præsens et exultet subsequens posteritatis ævum omnibusque bonis luculento sit argumento vestram admirandi felicitatem? Felicem aio illam ab urbe condita et pacis et tot eius bonorum εὔροιαν, quam ante seculum omnium horum largitor ter Max. ter Opt. Evangelii et agnitione pura et professione hactenus constanti et conservatione tam diuturna auxit et ornavit. Sunt enim vobis et fuere Patribus cœlesti utique munere Ecclesiæ Reipublicæ præsidia et ornamenta rara illustria. Quis vero inficias eat, benigno sidere Patriam intuitum esse deum clementissimum, quod tam opulenta bibliothecæ celeberrimæ donatione præter spem omnium vestra collocupletata fuerit librorum publicorum officina? Næ consideratione dignissimum est hocce beneficium collatum in vestros evidenti dei et singulari benedictione! Eo nimirum tempore, quo hostes Germanæ libertatis passim sæviunt, Vindices eiusdem strenue lacertos movent bellaque bellis involvuntur, qua, inquam, publica calamitate in dies invalescente librariæ nostratis Religionis discerptæ, dilaceratæ, tot annorum labores in cineres redacti et celeberrima PALATINA illa in Charybdin Vaticanam eheu fuit demersa! Haec dum nos cognoscimus et intima compassionis viscera ob irreparabilia Christianæ Reip. detrimenta anguntur et tristes sævæ persecutionis actus perficiuntur, en Vobis, en Reipubl. vestræ gratissimi civis insperatum incomparabilis bibliothecæ donarium offertur et consecratur!

« Dn. Jacobi BongarsI à Boudry Aurelia oriundi religionis purioris inter Gallos adsertoris gravissimi, M. illius HENRICI IV Regis Legati et Consiliarii nobilissimi, legationibus ad federis regii socios vel peregrinationibus ad Europæos principes ac ipsum etiam Mahumetanum Asiæ dominatorem celeberrimi, at, quod hic potius spectamus, omni litteratura sacra, philologa, historica excultissimi laudes debitas nos expedire posse non unam ob causam diffidimus. Non facile autem haec cuipiam dubitatio eximetur, maior an Bongarsio fuerit in colligenda libraria sua supellectili coacervandi cupiditas an deligendi industria an successus felicitas. Hoc statuendum certo, laudem ipsius enitere eo clarius, quo et principum et civitatum hoc seculo rarior vel dissimilior est in comparandis bonis Authoribus cura, quique doctorum virorum rempublicam suam faciant tantis impensis.

« Quæ vero et quanta huius sit thesauri præstantia, ubi de ipso sermo erit, indicium faciemus. Gloria autem huius beneficii eo spectabilior, quo luculentius post mortem revirescit clarissimi BongarsI inter nos memoria,

ut qui hactenus inclaruerat orbi, in urbe etiam Berna immortalis efflorescat viri rarissimi fama in bonorum animis et ore victuri.

« Ipsius Jacobi Gravisseti, Domini in Liebeck, Donatoris munificentissimi laudes prosequi, consilii prudentiam, instituti pietatem, meriti excellentiam suis decorare encomiis iure susciperemus; sed cum ea vobis, PATRES, erga bene meritos cives benignitas propensa et remunerandis facultas sit ampla, non verbis indulgendum inanibus, ubi luculenta occurrit compensatio. Sufficit hoc ipsi, spero, ob virtutem ultro civitate donatum, civem se Bernatem deinceps prædicatum iri merito gratum. Quis vero in posterum ex posteris, licet haec ætas hîc sibi meti nolit, ad lucem emersurus omniiugæ scientiæ monimentis adiutus, qui non Gravissetum publice privatimque celebret, laudibus extollat, imo in nobilissimam prolem gratum se cupiat?

« Paucis omnia dispungimus, ut cum de aliis loquimur, adulationis minime comperti videamur: succincte ergo Bibliothecam ipsam retexamus! Constat ea Mss. et impressis libris insigni numero. Numerus Mss. quingentos excedit tractatus. Thesaurus est, si emtorem spectes[81]), fidem superans, si tempus, incomparabilis, si precium, a principibus magno redimendus. Hic conspiciuntur hactenus nobis non visa (non dubium, quin malignis invisa) Bibliorum exemplaria venerandæ antiquitatis, Patrum scripta satis multa, Authorum vero classicorum opera plura et variæ scriptionis, Historiarum monimenta rara, alia insuper græcæ, latinæ, gallicæ diligentiæ a priscis reservata scripta variis accommoda usibus.

« Publici huius ornamenti augendi desiderio alter nostrûm auctarium ceu laciniam orientalem, regiæ huic ex aliis linguis et scientiis contextæ togæ haud invenustam adnexam voluit: iisdem, quibus tota bibliotheca, usibus publicis destinata est conditionibus: Hebræum vid. bibliorum exemplar Mss. rarissimum et antiquissimum: Rabinica et Arabica alia: et paucula quædam impressa suo singula distincta loco et tabulari.

« In censum librorum prælo editorum venit insignis copia trium præcipuarum Facultatum: succedit philosophiæ totius et multa et lauta et magnifica supellex, Historiæ variarum, ne dicam omnium, ætatum et regionum thesaurus copiosissimus: accedunt Poetarum sive deliciæ sive divitiæ opulentæ, et quæ tandem superfuit farrago miscellorum scriptorum et liberiorum ingeniorum, quæ Gallia et Italia in deliciis habet.

---

81) Suprascriptum est: 'mus', idest 'spectemus'.

« Adiumentum claritudinis haud exiguum conferunt duo: librorum quorumdam raritas et antiquitas, e theologicis præcipue eorum, qui in ipso papatu ante pluscula secula adversus papisticam idolomaniam, tyrannicam hierarchiam, luxuriem abominandam scripti sunt, quorum iam diu omni nisu memoriam deletam ibant antiquæ veritatis hostes. Alterum addo: antiquas et a primo Typographiæ ævo optimi commatis Authorum editiones a doctissimis dehinc viris sub incudem sæpius reductas et lucubrationibus ac elucidationibus non solum auctas, sed a clarissimis Typographis nitidissimis typis emendatissime elaboratas, et eo maiori negotio, sumptu et singulari amicorum opera comparatas nec aliis aurum studiosius, quam Bongarsio asservatas.

« Cuncta haec, Proceres prudentissimi, agnita a vobis et digna visa, ut in iustissimæ ac conditionibus legitimis prudenter determinatæ Donationis acceptatione vos exhiberetis benevolos, adversus æmulos in eiusdem vindicatione strenuos et constantes ac exstructione novi ædificii, ut et collocatione digna, magnificos et liberales.

« Hic vero elucescit tua, Cos. Erlachi eminentissime, in Rempubl. gloriosa et memorabilis virtus et generosus ardor, qui et Gravisetum generum ob solidæ virtutis meritum in antiquissimam et nobilissimam familiam adscitum confirmasti et, ut in tam laudabili instituto pergeret, animum addidisti, qui et sine consensu Dn. Soceri nihil ratum voluit, et ab iniuria Usurpatorum et ab astu insidiantium magnanime adseruisti: adeo, ut huius beneficii gloriæ non infimam partem, sed palmam tuo acceptam feramus in Patriam studio.

« Hinc et nos conatu studioque stabili et firmo directioni huius bibliothecæ incubuisse profitemur: consensu, consilio mutuo sæpius adiuvantes et ad indefessi laboris constantiam exhortantes, dum non pauca aliquoties obstarent et alacri cursu ad metam contendentes sufflamine stringerent aut alia tragulas etiam iniicerent. Divinæ autem Clementiæ gratias agimus, quod robore Spiritus gratiæ suffulti et studio boni publici animati eo usque perduxerimus opus, ut si qui sint, qui pro dignitate rei vel gravitate præstitæ operæ diversum sentiant, melius speremus futurum æquioris Posteritatis iudicium.

« Ut vero thesauri, licet opulenti, nisi ad eius conclave idonea sit clavis, usus nullus, ita studium, candide profitemur, omne fuit et labor per biennium totus in colligendis indicibus, exscribendis titulis, disponendis per armaria et tabularia libris, ut huius clavis per classes digestæ optimo quo fieri potuit, ordine beneficio citra moram et nauseam quilibet promi

possit liber expetitus. Modeste quidem de nostris sentire nos expedit: conatum igitur opera ipsa inferiorem fuisse, voluntati ad perfectionem enitenti industriam et solertiam defuisse, atque votis successum non usque adeo respondisse, obiectanti herbam porrigemus. Verum, Domini et Patres, si haec opera nostra vestræ clementiæ gratiosa acceptatione et favente adprobatione niti valeat, si viris bonis, qui conatus honestos in quibusvis læti adspiciunt, series et collocatio haud displiceat, in secundis habemus, non omni gratia excidisse.

«Superest, quod rei necessitas et negocii huius æstimatio efflagitat, ut Authoritate vestra et exacti Decreti munimine bibliothecæ huius thesaurus, secus multis obnoxius iniuriis, in hoc ordine citra confusionem et in sua integritate contra obviam fraudem sartus tectus conservetur. Debetis hoc patriæ, debetis donatori tam ingenuo, debetis posteritati vestræ, quæ omnia vestram obtestantur et postulant fidem et fervorem. Quod quia tum a pietate vestra, tum publicæ felicitatis studio nobis pollicemur, ita divinæ Clementiæ præsidio nitimur, vos felicitatis vestræ muneribus diu potituros, vos tranquillum et firmum imperium ad posteros transmissuros, vos collapsa prudentia et fortitudine vestra restauraturos, vos rem litterariam vestro benefico patrocinio adiuturos, vos concreditam sacræ custodiæ vestræ Bongarsianam bibliothecam provide conservaturos. Faveat vobis supremum cœlestis patris Numen in Christo Jesu salvatore nostro. Valete Patres incliti, pii, felices, perennes! Bernæ ineunte anno MDCXXXIV, quem patriæ tranquillum, ecclesiæ salutarem, Germaniæ pacificum decurrere velit id ipsum urbis vestræ præsidium, ecclesiæ suæ asylum, adflictorum robur et solatium. Amen.»

In eodem codice A 5 hoc legitur insuper carmen in Jacobi Gravisseti et bibliothecæ Bongarsianæ honorem a magistro Cunrado Schoppio, poeta coronato, id temporis in Bernensi gymnasio publico rhetore, anno 1634 numeris Alcaicis tumidiuscule compositum[82]):

82) Titulus is est: „In munificentissimam singularis exempli cum maximam Bongarsianæ, tum nonnullam partem propriæ rei librariæ donationem nobilissimi, magnificentissimi, consultissimi viri Jacobi Gravisseti domini in Liebeck etc. Ducentumviri Bernensis amplissimi dignissimi acclamatorium melos M. Cunradi Schoppl, poetæ coronati . . . . . . modulatum Bernæ anno domini CIϽDCXXXIV.“

Melos.

Sic est: honesti stultitiam subit
Usûs potentum nescia vis opum, et
Herede perrarô abnepote
Gaudet inanibus aucta curis.

Vulpina ceu fraus insidiantium
Seu maior isthinc quid truculentia
It depeculatum luporum
Ingluvie rabidâ æstuantûm.

Res, corculorum gaza, libraria
Sorti pateret non alii, nisi
Prudente circumspectione
Vim sapiens caveatque fraudem:

Diffisus uni forsque sibi, loco
Custodiendam tutius alteri
Cautus resignet vimque contra
Insidiasque superbienti:

Et gloriandum TV sapientius
Thesauron heres Unicus Optimus
BONGARSIANAE bibliothecæ
Sollicitudine credidisses

Cuiquam minori, Magnificæ nisi
BERNAE tuendum, laurigero ordinum
Helveticorum Primipilo?
Pieridum procul exulantium

Pollenti asylo? Non ita, cuius es,
JACOBE, pridem civis honestior
Suffragio auctoratus omni
Grande virûm columen Ducentûm.

Id quippe virtus multiplici tua
Coniuncta multarum experientiâ
Rerum per orbem gentiumque
Promeruit GRAVItasque comis,

Nec non severæ cognitio Dices
Legum perito debita PACIO,
Quo fortis Athletes Lanistâ
Digna tulisse brabea gestis.

Quovis sed ausim dicere pignore
Fecisse doni te ambiguum dati
Et pondus accepti, utriusvis
Aestimio pare lance penso.

BERNATIS olim pluribus obtigit
Jus civitatis: quærere differo,
Dignis an indignis: at utrum
Forte redhostierit quis alter

Maiore donum munere maximum
Te præter unum, non temere ambigo:
Seu tot librorum raritatem
Sive putem pretiosioris

Antiquitatem pignoris ultimam
Cultasve linguas omnimodum genus
Artesve censu liberales
Historiasve probatiores

Gentisque et ævi haud unius ac rei
Sacræ, profanæ: futilis, utilis.
Quingenta omitto vix loquendi
Scripta manu pretii vetustâ,

Aegre Natatori obvia Delio
Aut prompta acuto cernere Lynceo,
Primore quædam trunca fronte,
Multa suo mutilata calce,

Vel passa blattas cum tineis putres
Situmque muresque atque alia omnia
Iniuriarum libriperdûm
Nomina vulnificosque casûs,

Quos sæpe mecum vir gemuit gravis
HORTINVS, a re cœlite Patriæ,
Metator idem copiarum
Judiciosior advenarum,

Et structor apti dædalus ordinis:
Sollertiorem qua seriem agminum,
Classes viritim per tributas
Dispositorum et amœna tempe,

Scite exaratum qua dein indicem
Tersâ, Minervæ ceu radio, manu,
Cuiusmet opportunitate
Absque foret, uelut erro caecus

Sylvæ nigrantis senta per avia
Ferrere præceps, alea ludibrî
Phœboque, Musis ac novenis
Unanimi Charitumque trigae.

TANTI triumpha, BERNA beatior,
Auctu arrhabonis: nec meritissimo
Quacunque re civi remitte
Multiiugas soluisse grates,

Usuque fructu perfice plurimo,
Indigna ne sis pignoris istius!
Devota cum primis Juventus
Palladis ingenuæ palæstræ

Haec optimorum scrinia codicum
Pernox celebra et perdia! nec prius
Abscede Musarum sacratis
His adytis aliquâ bonarum

Quam litterarum notitiâ auctior
Inscriptionumque: haud numeranda pars
Est eruditæ paula dotis,
Nosse bonos alicunde libros.

Eius catalogi confectores fuisse duos satis constat ex his præfationis verbis: « Publici huius ornamenti augendi desiderio alter nostrum auctarium ceu laciniam orientalem .... adnexam voluit », nec non ex illis: « Hinc et nos conatu studioque stabili et firmo directioni huius bibliothecæ incubuisse profitemur: consensu, consilio mutuo sæpius adiuvantes et ad indefessi laboris constantiam exhortantes. » Quorum alterum fuisse Samuelem Hortinum et ex Cunradi Schoppii carmine colligitur (str. 17) et ex ipso illo, quem modo laudavimus, præfationis loco: nam re vera librorum aliquot maiorem partem manu scriptorum lacinia illa orientalis Bongarsianæ bibliothecæ in eo catalogo subnexa est his præscriptis verbis: « Mantissa Mss. Hebraicor. cum paucis aliis a Samuele Hortino L. M. Q. donata et auctarii vice huic Thesauro inserta » [83]). Quorum primo loco ipse catalogus nominatur. Alterum vero ipsum carminis confectorem Cunradum Schoppium fuisse inde efficias, quod ibidem (str. 17) Hortinum, iudiciosiorem copiarum advenarum metatorem, librorum casus vulnificos sæpe secum gemuisse ait. Christophorum igitur Lüthardum, quem fama fert, hunc catalogum confecisse minus probabile est.

Pertinebat hic liber ad omnes Bongarsii libros et manu scriptos et typis impressos. Codices ipsos in octo classes disposuerant auctores, quarum prima continebantur Biblici; II Patres, Doctores prisci; III Pontificii doctores prisci. Pontif. scriptores de sanctis. Pontific. authores varii. Neotherici et diversi; IV Medici; V Juridici; VI Philosophi generales, Philologi, Grammatici, Lexicographi, Epistolæ, Dialogi, Fabulæ, Logici, Physici, Ethici, Politici, Polemici, Mathematici; VII Historiæ generalis, ecclesiasticæ, Judaicæ, Græcæ, Orientalis, Jerosolymitanæ, Belli sacri, Romanæ, Gallicanæ, Italicæ; VIII Poetæ Latini, Comœdi, Christiani, Galli, Appendix miscellaneorum. Sequitur parva mantissa librorum XXI maiorem partem manu scriptorum, quos Samuel Hortinus eodem fere tempore Bernensium bibliothecæ dono dederat. Fuerunt autem librorum impressorum tria millia; codices quingenti et quod excedit. Jam quia non omnibus Bongarsius libris suis nomen suum illusit, cum in ceteris deficiente possessoris indicio, num rite quis liber Bongarsii olim fuisse credendus sit, dubitatur, quæstio catalogi istius antiquissimi beneficio facile solvitur. Sed dolendum, quod res a duobus illis viris minus quam fieri oportuit accurate instituta est: multa enim, quæ aperte Bongarsii fuisse constat, plane omiserunt, alia tam obscure delineaverunt, ut, quibus libris quæ

83) Idem testatur Heuteliæ auctor, cf. supra p. XXIV, not. 49.

descripserunt respondeant, sæpe certo definiri nequeat [84]). Nam numeratio librorum ab illis instituta ab ea, quam Sinnerus habuit et qua nos quoque usi sumus, plane abhorret. Ceterum non nisi tituli librorum scripti sunt neque in eorum ætates inquisitum est, nec cuius materiæ essent, ubique diligenter adnotatum.

Jam anno 1697 codices Bongarsiani admixtis ceteris libris manu scriptis Bernensibus denuo descripti fuerunt auctore Marquardo Wildio, illius temporis bibliothecario: extat hodie is catalogus, qui ceteras quoque bibliothecæ Bernensis partes amplectitur, inter libros mscr. nr. A 4 notatus, cuius in nostro quoque catalogo mentionem fecimus p. 2, duobus tomis constans. Novam librorum descriptionem fieri ob id necessarium fuerat, quia tum primum bibliotheca Bongarsiana, quæ ad illud temporis donatoris iussu seorsim erat disposita et a reliquis libris seclusa, cum cetera librorum farragine penitus coniuncta atque confusa est [85]). Quod eo consilio factum est, ut in duorum collectiuncularum locum iusta unius bibliothecæ species succederet. Eodem tempore nova codicum numeratio instituta est eadem illa, qua Sinnerus usus est: fuerunt omnino libri numero 714, sed deerant omnes illi numeri, qui appositis A vel B litteris, ne receptus ordo turbaretur, postea intercalati sunt. Novi ordinis, qui et hodie servatur, consilium id fuit, ut maioris formæ libri a minoribus exciperentur neglectis omnino singulorum codicum argumentis. Idem antiquæ quoque numerationis a Samuele Hortino institutæ consilium fuerat, sed ille continuam codicum seriem per duodecim tabulata diviserat. Quem ordinem a Marquardo Wildio institutum posteri usque ad Sinneri tempora ita servaverunt, ut paucos aliquot numeros immutarent, novos autem libros, qui aliunde aut donati aut empti priscis accesserant, interponerent et intercalatis numeris distinguerent.

Exhibet igitur alter ille catalogus codicum numeros simplices 1—714 per varias Theologorum, Literatorum etc. classes secundum numerorum, ut singuli se excipiunt, seriem, non per alphabetum digestos: sed et hic ætatum significatio omissa est, nisi quod codices 3 et 4 sæc. IX quinque

84) E. g. p. 11 haec leguntur: „XIII, 15 Liber vulgari lingua gr. ἄδηλος.“ Alii vero tunc libri Bongarsiani illis præsto fuerunt, quos hodie ægre desideramus. Nam cum, quod habes p. 28: *XVI*, 14, *Heron. Eius Geodesia* 8 *ch.*, procul dubio ad cod. nostrum 656 pertineat, alterum Heronis librum *IX*, 23: περὶ αὐτοματοποιητικῆς 4 *el.* ne Sinnerus quidem noverat.

85) Cf. præf. cod. A4 p. 3: „Libri Bongarsiani, quos septum secluserat a civicis, ut quanquam universus scriptorum apparatus geminæ Bibliothecæ speciem præ se ferret, attamen ne unius quidem nomen ex æquo impleret, primum cum Civicis confusi.“

sæculis post anno 1336 descriptos fuisse satis ridicule inde concluditur, quod p. 1 Exodi istum numerum margini illusum auctor invenêrat, nec fere præter titulos aliud commemoratur. Sed hunc certe fructum ex illo opere percipimus, quod omnes libros mscr. litteris A vel B aut simplicibus aut duplicatis insignitos post a. 1697 demum in bibliothecam nostram devenisse docemur, nec non, quod hinc, quæ fuerint librorum quorundam, quos nec Sinnerus viderat neque nos unquam vidimus, saltem argumenta, intellegi potest, ut nr. 602, qui, cum neque Sinnero neque mihi præsto esset, in a. 1697 catalogo ita descriptus est: «Foreri, J. Philipp. Verlauff des Gefahrlichen Turgaüw- vnd Reinthalischen Collatur- Indicatur- und Matrimonial-Gescheffts zwischen den VII Ohrten vnd abt Pio zu St. Gallen A°. 1634.» Quem librum a. 1718 una cum abductis libris Sangallensibus ob argumentum perperam ad claustrum Sangallense delatum esse suspicor.

IX.

Justum codicum Bernensium catalogum primus J. R. Sinnerus confecit, per annos 1748—1776 bibliothecæ Bernensis præfectus, tribus tomis[86]) senatus Bernensis iussu atque auxilio typis mandatum. Quorum primus a. 1760, alter a. 1770, tertius a. 1772 lucem viderunt. Atque unum quemque introduxit ita, ut in primi tomi præfatione omnium gravissima de Petro Daniele, Bongarsio, Gravisseto[87]) brevibus exponeret, de codicum ætate definienda additis nonnullis legibus palæographicis satis sollerter disputaret, enumeraret præterea libros rarissimos ac pretiosissimos, denique de totius operis ratione ac consilio dissereret. Reliquorum voluminum præfationes in commendandis aliquot codicibus totæ versantur, nisi

86) Sinnerum olim duobus tomis cuncta voluisse complecti, ex alterius voluminis præfatione et epilogo intellegitur: sed magna supplementorum vis tertium ut adderet eum coëgit.

87) Quæ quamquam minime sufficiunt, tamen primus Sinnerus vanam illam diuque propagatam opinionem dissolvit, quasi Bongarsii bibliotheca alio, quam Bernam, translata esset. Atque duobus ceteris obiter tactis præcipue ad Bongarsii vitam enarrandam aliquot observationes eum attulisse, mirum non est in tanta rerum ad Bongarsium pertinentium affluentia per ipsos libros præbita. Id vero magis mirandum, quod, cum civis Bernensis esset Bernæque habitaret, scripta archivalia ad Gravisseti donationem pertinentia haud perscrutatus est, sed libros anno circiter 1628 donatos, Hortini catalogum a. 1632 scriptum, Renatum Gravissetum, Jacobi patrem, a. 1614 defunctum, alia id genus ficticia satis confidenter contendit. Idem tom. III præf. p. VII de iustæ Bongarsii vitæ defectu ita queritur, ut ipsum olim de ea materia libro peculiari enarranda cogitasse verisimile sit.

quod in utraque pauca de Bongarsio addita sunt et mutati digerendorum codicum consilii mentio fit. Atque omnes codices ita per hos tomos tres divisi sunt, ut in primo habeatur classis prima theologorum p. 1—270 et secunda auctorum classicorum p. 271—635 per alphabetum digestæ, nisi quod p. 635. 636 omissi aliquot codices recensentur; in altero classis tertia historicorum et ipsa alphabetice disposita; in tertio classis quarta litteratorum, quam bipertitam tractavit: priore loco habes iuridicos, philosophos, medicos, mathematicos p. 1—114, quibus subiciuntur p. 115—421 litteræ humaniores, epistulæ, poëmata, lexica, critici etc. Hæ quoque duæ partes per alphabetum discriptæ sunt, nisi quod subito inde a p. 73—107 medicorum pars maior relicta ratione alphabetica sine ullo ordine intrusa est[88]. His subiectum est p. 422—565 «supplementum tomorum I et II, patres, theologos, auctores Græcos et Latinos, item historicos medii et recentioris ævi» per alphabetum ordinatos continens. Jam ex huius supplementi natura vides, summum istum Sinneri laborem in singulis codicibus per certas classes digerendis collocatum frustra fuisse. Minime enim id, quod volebat, perfecit, ut singularum classium codices sub uno omnes conspectu perlustrari possent. Accedit, quod in utraque tomi tertii classe diversissimi argumenti auctores consociati sunt, ut nil omnino prosit utentibus ordo alphabeticus, quippe qui non ad singula scriptorum genera, sed ad totas istas farragines spectet. Quare non video, cur tomi tertii codices bipertito, quam iunctim tractare maluerit. Hoc quoque nemo non videt, opera geographica et politica, quæ historicis Sinnerus inseruit, ad eam potius classem, quæ singulas scientias amplectitur, pertinere, multa vero, quæ nunc ultimæ litterarum humaniorum, epistularum, poëmatum, lexicorum criticorum etc. classi insunt, historicis melius accessura fuisse. Nec recte auctores classicos omnes illos intellexit, qui usque ad Caroli Magni tempora vixissent, nec bene Isidorum, Cassiodorum, Boetium inter classicos, Augustinum, Bedam, Hieronymum inter theologos solos commemoravit. Quid quod Orientalia non seorsim enumerantur, sed partim theologicæ, partim litterariæ classi inserta sunt? Atque haec longius persequi tædet, illud autem verum, Sinnerum istis suis divisionibus, quod sibi proposuerat, minime esse consecutum. Quod cum ipse non ignoraret, postquam priorum tomorum utrique indicem peculiarem subiecit, tertio generalem totius operis indicem addendum esse censuit. Quem satis

88) Quod ipse dolens confessus est præf. tom. III p. XII.

neglegenter confectum multa in ipso libro fuse exposita celasse potius, quam ostendisse, una utentium vox est.

Atque hac ipsa operis divisione quadrifaria factum est, ut multos libros plane omitteret, haud paucos extra ordinem supplementi forma ceteris subicere cogeretur, codicum miscellaneorum, quorum magnus est numerus, partes plerasque ne uno quidem verbo tangeret. De quibus infra cap. XII accuratius disseremus. Accedit, quod in libris singulis ad certam quandam classem transcribendis haud raro numeros falsos posuit nec si quid in hac causa a typothetis peccatum fuerat, vel in altero vel in tertio volumine correxit. Quo factum est, ut maior numerorum falsorum pars nunc demum deprehensa sit, ceteri non nisi mero casu alius alio tempore detegi potuerint.

In describendis vero codicum argumentis eorumque ætatibus definiendis fere ubique magna Sinneri laus conspicitur. Nam in singulis eum rebus pecasse et humanum est et pro illis, quibus vivebat, temporibus facile excusatur. Nec id ipsum latuit, sed libere haec vir modestissimus professus est I p. XXX seq.: «Velim. ut æquus lector, si in errores meos passim inciderit, aliquid laboris, qui exantlandus erat, molestiæ indulgeat. Is certe est, in quo facile obrepere somnus possit. Comparare scripta cum editis, conferre codices cum codicibus, anecdota ab editis discernere, innumeros sæpe tractatus in eodem codice, quamvis diversi admodum argumenti, promiscue positos enumerare et distinguere, titulos accurate describere, scripturarum et notarum labyrinthum evolvere, nec exiguus, nec iucundus erat labor. Eius tamen præmium me haud impar reportaturum arbitror, si opes hactenus incognitas in publicam lucem protulisse dicar. Quæ scintilla, ubi semel illuxerit et in feliciores inciderit manus, maius forsitan lumen excitabit» [89]).

Itaque ut negari sane nequit, post Sinnerum novo catalogo nostræ ætatis studiis magis accommodato quam maxime opus fuisse, ita Sinneri labor, quippe princeps et unicus, immane quantum bona studia iuvasse dicendus est. Nam multo maiora Sinnero olim post Hortinorum Wildiorumque opellas obstacula obstitisse, quam post Sinneri labores severos nobis huius ævi epigonis, res est certissima.

Sinneri catalogus ut typis edi posset, magistratus summi Bernensis munificentia factum esse ipse testatur III, præf. p. VI [90]). Quod vero inter

89) Eundem in modum præf. tom. III p. XII haec scripta sunt: „Plura de hoc Catalogo monenda superessent, si cuncta vellem expendere. Neque me latet negligentia me sæpe peccasse, sæpius vero laborasse inopia librorum. Quæ omnia æqui bonique consulant Eruditi, qui norunt, quantæ sit molis tale opus condere."

90) Cf. Schulrathsmanual IX p. 214 (die 18. Aug. 1760).

primum tomum atque ceteros satis magnum non minus decem annorum spatium intercessit, ob id accidisse videtur, quia illorum tomorum argumenta multo accuratiore indigebant rerum et litterarum scientia, quam theologorum classicorumque, quos vocant, scripta, quibus Sinnerus iam a prima ætate imbutus fuerat. Deinde, cum in primo volumine non nisi pauca haberentur excerpta, multo plurima vel uno vel saltem paucissimis verbis absoluta essent, in reliquis duobus tomis excerptorum farrago in immensam quandam molem excrevit, quæ quia plerumque ad codices inferioris ætatis pessime scriptos pertinent, permulto et tempore et labore ei stetisse consentaneum est. Ipse in tomi II præfatione criticorum quorundam malivolentiam intermissæ per aliquot annos editionis causam fuisse innuere videtur, si quidem haec l. l. p. I (III) leguntur: «Decimus iam ab edito priori Operis nostri Tomo excurrit annus. Inter varia enim quæ in rebus civilibus versanti occurrebant negotia dubius haesi aliquamdiu, an imperfectum relinquerem hunc qualem cumque laborem et me ab Aristarchorum, qui orbi litterato Jura dicunt, iudiciis non semper æquis sartum tectumque servarem, vel potius multorum, qui meam operam laudarunt, adhortationibus vela darem et rursus fragilem truci committerem pelago ratem. Vicit tamen amor incepti operis. . . .» Neque tamen usquam, quid critici illi potissimum vituperassent, significavit vel ab iis se defendit. Habes autem eius operis censuras in Gottingensium annalibus a. 1760 p. 1324—26; a. 1762 p. 918—20; a. 1771 p. 573. 1200; a. 1773 p. 325. 326; a. 1776 p. 360. De ceteris cf. Haller, Bibl. der Schweiz. Gesch. II p. 19.

X.

Catalogi Sinneriani vitia primus patefecit Ferd. Hauthalius, scholiorum Horatianorum editor, libello manu scripto, quem a Sigmundo Wagnero bibliothecæ Bernensis id temporis præfecto admonitus a. 1830 de codicibus Bernensibus conditum bibliothecæ collegio obtulerat. Quo accuratissime singula Sinneri vitiorum genera insectatus quæ potissimum in novo catalogo condendo observanda forent, acute et diligenter monuit. Id enim Hauthalius eo libello, quem meo labore iam dudum ad finem perducto haud sine magno assensu legi, petebat, ut ipsum bibliothecæ nostræ administratores novo codicum catalogo conficiendo præponerent. Sed seu temporum illorum iniuria seu magnorum sumptuum metu honestum viri

ad tale negotium sane aptissimi consilium abiectum est, quamvis, qui de illa re referre iussi erant professores doctissimi ac dignissimi, Leonardus Usteri et Theophilus Studer (qui ut idem post quadraginta et quod excurrit annos susceptum a me laborem fervidissimo amore foveret, felici fato accidit), magno id favore amplexi commendassent. At trium millium et ducentorum francorum veterum (quæ valent quinque fere millia eorum, qui nunc apud nos habentur) summa, quæ pro labore, quem biennio se peracturum promittebat, ut sibi expenderetur Hauthalius voluerat, nimia illis viris visa est. O sordidam istam argenti numerandi rationem in litterarum fovendarum causa adhibitam! Atque in eodem libello Hauthalius id quoque postulaverat, ut aliquot adulescentuli codicum legendorum scientia imbuerentur atque ipse prælectiones palæographicas se velle instituere professus erat. Sed hoc quoque tum neglectum est. Sequentibus annis increscente virorum doctorum, qui codices Bernenses tractabant, numero plura etiam Sinneri vitia detecta sunt, quæ illi in singulorum, quos adhibuerant, codicum descriptione partim correxerunt. In quibus Carolus Guilelmus Muellerus, Otto Jahnius, Henricus Keilius, Martinus Hertzius, Otto Ribbeckius, Carolus Halmius, Hermannus Usenerus præcipue nominandi sunt. Atque Halmium ipsum a. 1865 ultro novum catalogum incohasse iam supra memoravimus. Itaque factum, ut novus post Sinnerum catalogus in dies vehementius a viris doctis efflagitatus iam in certo quodam fundamento extrui posset. Quæ laus illis quos modo nominavi viris quam maxime debetur.

XI.

Iam novi catalogi rationem reddentes primo de ordine a nobis instituto disputabimus, quia iam in ipsa hac re a Sinnero recessimus certis quibusdam causis adducti. Nec certe vituperandus est Sinnerus, quod ordinem ex librorum argumentis petitum multo magis convenire rationi credebat, quam fortuitam istam codicum secundum formarum magnitudines sese excipientium enumerationem, quam inde ab anno 1697 traditam acceperat. Qua de re ipse haec I p. XXXI: « Dubitavi diu, quem ordinem in catalogo sequerer; poteram nempe codices singulos describere et quaecunque in eodem codice continebantur, varii quamvis argumenti continua

serie recensere. Inde vero non poterat non nasci rudis indigestaque moles, ingrata futura lectoribus.» Recte ille quidem, sed hac ipsa distributione quadrifaria nonne idem divellit sæpissime, quae cohærent, consociavit, quæ toto cælo inter se diversa sunt? Nonne in bipertita ista tomi tertii classe quarta eadem illa moles rudis indigestaque conspicitur, quam anxie vitare voluerat? Ut de his, quæ suo loco omissa post supplementi instar supplevit, taceam. At poterant fortasse istæ partes a Sinnero omissæ vel minus recte dispositæ a nobis in suum ordinem redigi aut servatis illis classibus, quas Sinnerus constituerat, aut novis quibusdam additis. Sed talis omnium, quotquot extant, codicum distributio omnibus numeris absoluta ne cogitari quidem omnino potest, quia, si materias spectes, auctores quoque classicos diremas disiungasque necesse sit, si vero tempora, scriptores ecclesiasticos cum auctoribus classicis coniungas oporteat, vel medii ævi historicos cum eiusdem ævi theologis atque poetis ceterisque scriptoribus. Itaque, quoniam nulla potest inveniri codicum diversissimarum sæpe partium dispositio, quæ plane satis faciat, traditum inde ab a. 1697 ordinem, quo hodieque libri dispositi sunt, quamvis ægre ferentes retinuimus[91]) ita, ut a primo numero incipientes usque ad ultimum progrederemur, uno quoque ex ordine codice per singulas eius partes descripto. Qua ratione primo id effectum est, ut nulla in ponendis numeris vitia committi possent, quam in partem præcipue Sinnerus peccaverat; deinde non divellerentur singulæ codicis alicuius partes, sed sub uno omnes conspectu proponerentur: ita nec omitti quidquam poterat nec ignorabatur totus libri unius cuiusque complexus, quæ res ut distincte sciatur, ad discernendas codicum familias aliasque quæstiones solvendas sæpenumero summi momenti esse quis est qui nesciat? Accedit, quod et administrandorum codicum cura ea re quam facillima redditur. Ut vero statim inveniri possint singulorum auctorum codices, adest index generalis locupletissimus nec non indices aliquot speciales, quibus codices Orientales, Græci, Germanici, Gallici, Italici seorsim describuntur. Ceterum scripta anonyma, quæ Sinnerus in indice suo anonymorum nota præmissa sub uno omnia conspectu nec ulla argumenti ratione habita uno loco cumulavit, in nostro per singulas classes divisimus: quæ sunt Alchymistica, Anthologia Latina (i. e. ea carmina, quæ in Riesei anthol. Latina leguntur),

---

91) Novos enim singulis codicibus ad meliorem ordinem digestis numeros inscribere veritus sum, ne turbaretur recepta semel a viris doctis, qui libris Bernensibus adhuc usi sunt, consuetudo. Quod ne duplici quidem numeratione apposita omnino vitari potuisset.

Arabica, Astrologica, Astronomica, Biblica, Carmina (Germanica, Græca, Italica, Gallica, historica, Christiana, varia Latina), Concilia, Ecclesiastica (i. e. tractatus theologici a patribus ecclesiasticis vel ante sæculum XVI scripti), Epistulæ, Geographica, Glossaria, Grammatica, Hebraica, Helvetica, Hierosolymitana, Historica (Annales, chronica univers., singulorum annorum hist.; chronica special.; chartæ; varia per alphabet. digesta), Homiliæ, Inscriptiones, Iuridica, Mathematica, Medica, Musica, Neumæ, Passiones, Philosophica, Physica, Prophetiæ, Rabbinica, Rhetorica, Romana, Theologica (i. e. tractatus theol. inde a sæc. XVI scripti), Tironiana, Turcica e. q. s. Unde intellegitur, utentium nos usui pro viribus consuluisse. Porro sæpe si qui tractatus non ad certa auctorum nomina referri poterant, duobus tribusve locis eosdem collocavimus, ne inspicientium oculos defugerent. Ceterum haec duo monemus: primo hunc catalogum in doctorum virorum usum scriptum esse, qui, cuius potissimum rei certiores fieri velint, sciant; deinde eius modi libros non eo consilio condi, ut continua serie perlegantur, sed ut pro tempore et pro suis quisque studiis viri docti iis utantur.

Atque in describenda singulorum codicum ætate non multum a Sinnero discessi, quia hac provincia satis prospere functus est. Tamen, si quando dubius hærebam inter duo sæcula, id ipsum duobus numeris scriptis significare, quam alterum utrum amplecti malui. Et quamquam verum est, præcipue in noni, decimi et undecimi sæculorum codicibus iniquius sæpe ætatum definitores posteriorem potius quam priorem ætatem amplexos esse, tamen, nisi certa vestigia id prohibere videbantur, severiorem fere, quam clementiorem me esse in haccau sa iudicem satius duxi. Orientalium vero codicum ætates ob id plane omisi, quia ii quoque viri, qui hanc provinciam mea causa susceperant, ob definitionis incertitudinem rem integram reliquerant.

Materiam porro codicum ita semper definivi, ut non nisi inter libros membranaceos et chartaceos distinguerem. Nam quamquam Græci codices fere omnes non chartacei sunt, sed bombycini, tamen eos a ceteris chartaceis non anxie separavi: itaque hoc scito lector, eos libros Græcos, quos quarto decimo vel quinto decimo sæculo assignavi, omnes bombycinos esse, sexti vero decimi chartaceos. Unus solus codex Græcus nr. 360 in membrana scriptus est.

Tunc ubique formæ magnitudinem addidi, qua in re Sinnerus multum peccaverat ita, ut eidem codici sæpe alio loco aliam formam tribueret.

Nec foliorum numeros omisi nisi perraro in aliquot parvi pretii et novellæ ætatis codicibus. Atque hanc provinciam Sinnerus fere nusquam attigerat, ut singulæ alicuius codicis partes, etiamsi eas descripsisset, multa demum cum temporis iactura inveniri potuerint. Ceterum in iis quoque libris, quorum argumentum est uniforme, foliorum numerum sciri sæpe maximi momenti est, ut taceam de permagnis periculis, quæ codici haud paginato (ut hoc verbo utar) a scelestis furibus, qui multi iam in nostram bibliothecam grassati sunt, imminent. Itaque quamvis summo cum tædio magnaque temporis iactura primus pæne omnes libros manu scriptos exceptis perpaucis, quorum paginæ iam numeris notatæ erant, paginatione donavi.

Addidi præterea accurate omnia illa, quæ ad priscos librorum possessores, sive certi fuerunt homines sive monasteria, spectant. Sæpissime enim in definienda alicuius codicis bonitate scire nos refert, unde provenerit aut provenisse videatur. De ea re cf. indicem XII.

Quibus subieci, si quid pictarum aut imaginum aut litterarum initilium inveniebam, hanc quoque novam neque a Sinnero nisi perraro tactam viam ingressus. Nam haec quoque et ad ætates vel origines certius definiendas permultum valent et prosunt artium historiæ perscrutatoribus. Cf. indicem XI.

In ipsis vero codicum argumentis describendis anxie studui, ne quidquam omnino omitterem, sed omnia vel tenuis pretii vel paucarum linearum diligenter describerem. Quis est enim qui nesciat, ipsa talia additamenta, quæ maioribus tractatibus subiecta sunt, sæpenumero his multo graviora esse? Et re vera perraro spes ante concepta talia perscrutantem fefellit. Nec opus est addere, librorum subscriptiones omnes, sive ad tempora, quibus liber quisque scriptus erat, sive ad eorum librarios spectabant, maxima cum cura et indagatas et expressas esse.

Singulas vero cuiusque codicis partes severe inter se distinctas ita descripsi, ut, cum ad notum quendam auctorem liber referendus erat, non nisi nomen eiusque operis titulum ponerem, qua in re vel pravam titulorum Latinitatem passim obviam retinui, alioqui, ubi auctoris nomen non deprehenderam aut opus ineditum vel parum notum esse videbatur, et initia et fines exprimerem. Atque hoc negotio ipsam codicis scripturam secutus ita functus sum, ut notissimas abbreviationes solverem, in aliis, præcipue cum virgula superposita erat, quippe quam typotheta meus haud posset imitari, solas litteras addito in fine stigmate exprimerem. Qua in re sicubi, quod nonnumquam me fecisse libere fateor, magis quam par

erat anxium me præbui, ut vel notiorum scriptorum vel diu editorum specimina proferrem, lectores ut boni consulant oro atque rogo.

De codicum scripturis monere quid supersedi, quia haec quæstio plerumque in incerto posita est; tamen si quid litteris uncialibus, vel Langobardicis, vel Merovingicis, vel adeo Iricis scriptum erat, id vero suo loco significavi. Addo, palimpsestos esse codices 132, 1; 611; 648, 3.

Jam complures unius eiusdemque codicis manus semper distinxi, nec minus si complurium codicum particulæ in unum volumen compactæ erant. Cuiusque vero paginæ lineas numerandas iis, qui singulis codicibus olim utentur, relinquere me posse censui. Tamen, si quis codex binis vel pluribus columnis in quaque pagina positis scriptus erat, sedulo adnotavi, nec omisi quaternionum, si quae inveniebantur, significationes vel vetustas codicum mutilatorum paginationes. Nam haec quoque data occasione permagni momenti esse possunt ad libros mutilatos aliunde, ubi supplementa fortasse invenientur, supplendos.

Quæ omnia non ideo commemoravi, quasi magnum aliquid me perfecisse opinarer a nullo antea excogitatum, sed ne temere minutias quasdam viles sectatus esse crederer. Erunt enim procul dubio, qui rationibus non cognitis meras me sæpe quæ videntur quisquilias vel cum pulvisculo exhausisse sint clamaturi. Sed et longam passionum seriem consulto multo cum tædio singillatim examinavi, postquam Gallus Morelius meus Einsidlensis, amicus, quamvis alii fidei addictus esset et plus una generatione me antecederet, sincerissimus ac fidelissimus, idem et, dum hac vita fungebatur, huius operis fautor fervidissimus, impense me rogavit, ut unam quamque passionem accurate describerem, quia magna passionum pars adhuc in bibliothecis absconsa lateret. Quod viri præstantissimi (eheu præpropera morte nobis et litteris erepti!) consilium eo lubentius secutus sum, quia ex hac quoque litterarum antiquarum parte ad universalem humani ingenii historiam illustrandam boni quid fructus percipi posse confido. Eadem causa ductus et epistularum collectiones non obiter, sed singillatim descripsi, et, ut utentium studiis rite consulerem, omnium, qui litteras acceperant vel scripserant, nomina indici generali inserui. Quam diligentiam si non in Bongarsianis solum, sed etiam in Bernensium epistularum collectionibus, quotquot adsunt, adhibendam esse censui, meminerint viri docti, *Bernensis* bibliothecæ catalogum hic præberi neque alio me consilio novo huic catalogo conficiendo operam dedisse, nisi ut et bonas artes iuvarem et grati mei erga rem publicam Bernensem animi memoriam certo quodam litterarum monumento stabilirem.

Denique brevitati quam maxime studui, quippe qui præcipuam catalogi virtutem in expedita quadam rerum perspicuitate positam esse probe probe scirem. Itaque magnam excerptorum Sinnerianorum molem consulto neglexi, quæ et ipsa non sine fructu olim fuisse lubenter concedo, præsertim cum Sinnerus suo opere primus litterarum orbi thesauros Bernenses reseraverit antea tenui non nisi perquam fama extra Helvetiorum fines notos. Sed ut Sinnerus quasi leno probare debuit exteris nostras divitias, ita hodie, postquam in omnium ora venerunt, si quis eas velit etiam commendare, ridicula pæne res fuerit. Quare longioribus excerptis me constanter abstinui, paucarum vero linearum carmina aliaque id genus pusilli circuitus suis quodque locis irrepere haud ægre passus sum.

Sed cum impense cavissem, ne vel unus codex oculis meis sese subduceret, tamen novellæ ætatis aliquot libros omisi. quia nec magni pretii videbantur et extra aliorum codicum ordinem collocati erant. Quos, ut omnia habeas, hic brevibus recensere statui. Sunt autem hi:

727 Arabschadæ deliciæ Chalifarum, Arabice, Jacobi Kocheri prof. Bern. manu script. 4°.

728 Commentarius Hamasæ, quem conscripsit Abi Zakharja Jahja ben Ali concionator el Tebrisi, Arabice Jacobi Kocheri manu 4°.

729 Commentarius poëseos Hudelitanæ, Arabice, II vol., Jacobi Kocheri manu 4°.

730 Commentarius Gemaricus in Latinum translatus 4°.

732 Martyrologium Aethiopicum, pars II 4°.

735 Moshemii historica Christ. antiqua 4°.

736 Commentum in Jesaiam s. XVIII 4°.

739 Commentum in Samuelem et lib. Regum s. XVIII 4°.

740 Schultensiana. Comment. in Proverb. Lugd. Bat. 1748 4°.

741 Comment. in Joh. Melchioris Dabar Scharasch a. 1771, vol. I. III. IV 8°.

742 Excerpta dictatorum Hemsterhuysii in novum testamentum s. XVIII 8°.

743 Explicationes alphabeticæ verborum Copticorum, manu Suteri script. 4°.

744 Enumeratio sanctorum et formulæ precum et incantationum catholicorum s. XVIII 4°.

745 Vorlesungen von Prof. Schnurrer in Tübingen (Hebr. et Arab.) s. XIX 4°.

747—753 Variæ adnotationes Suteri prof. phil. Bern. (init. s. XIX) in Theocritum, Xenophontem, Horatium, Vergilium.

Addiderat Sinnerus primo catalogi tomo quattuor tabulas palæographicas ære incisas, quales nos quoque in programmate nostro ante biennium evulgato daturos polliciti fueramus. Quod consilium postea abieci ob has causas: primum ne huius libri edendi sumptus per se haud parvi nimis augerentur, deinde quia parva paucorum codicum specimina artem palæographicam haud ita multum iuvare poterant, præsertim cum his ipsis diebus præclaræ tabularum palæographicarum collectiones institutæ sint. Animi vero passendi causa huic libro severis studiis destinato pusillas aliquot litterarum imaginulas addere haud placuit. Pro his Bongarsii imaginem præfigere statuimus, ut et scirent viri docti, quis viri præstantissimi huius bibliothecæ collectoris habitus oris fuisset neve umquam hoc libro utentium quisquam viri de litteris tam bene meriti memoriam sanctissimam grato animo fovere desineret.

XII.

Jam ex his, quæ supra exposui, intellegitur, novo catalogo quam maxime opus fuisse. Nec vero de corrigendis solum Sinneri vitiis in iis, quos descripserat, codicibus agebatur, sed etia ut omnia, quæ apud nos habentur, diligenter tangerentur neve ulla omnino pars inexplorata relinqueretur, magna cura erat. Quo factum est, ut magnus codicum novorum, quos Sinnerus plane omiserat, numerus ceteris accederet, quorum hic prima fit mentio. Sunt autem hi: B2—B8, A4, A5, A29, BB31, AA32, AA33, B33, AA34, B34, B35, AA36, AAA36, AA37, AAA37, B37, AA38, B38, AA39, B39, AA40, AA41, AA42, AA43, AA44, AA45, A46, AA47, AA48, AA49, AA50, C50, BB56, B57, B59, B60, A71, A73, AA90, B90, A91, AA91, A92, A93, 94, A94, A95, A96, B96, A117, 131, 142, 146, 148, 149, 209, 216, A—F219, 220, 227, 228, 231, 232, 252, 253, A260, 262, 286, 319, A326, 350, A421, 447, 479, 488, 494, 517, A517, 523, 536, 543, 545, 549, 552, A559, 566, 569, 578, 583, 595, 604, 606, 640, 643, 650, 673, 675, 677, 684, 694, 695, 704, 720, 722. Quorum (sunt autem numero centum et decem) aliquot sane libri post Sinneri tempora bibliothecæ nostræ inserti sunt, ut BB31 et Halleriana omnia

(AA36, AA38, AA39, AA40, AA41, AA44, A96, B96) nec non B90 et A117; ceteros vero fere centum inexcusatus omisit. Inter hos honoris causa nomino singularum schedarum farragines codicum miscellaneorum AA90, A91, A92, A93, A94, A95, quibus 142 diversorum codicum particulæ insunt hic primum descriptæ. His accedunt codices triginta novem, quorum numeros Sinnerus falso scripserat, ut ad hunc diem inveniri nequiverint nisi quod pauci forte fortuna alius alio tempore deprehensi fuerant. Quos omnes nova descriptione instituta detegere licuit. Sunt autem hi: 18 (Sinn. 29: II, 630), 84 (34: I, 68), AA35 (B36ª: III, 444), A37 (37: III, 1), 438 (38: I, 380), AA90, 12 (A51ᵇ: III, 97), 60 (58: I, 84), 217 (73: II, 280), 37 (96: II, 595), 103 (A103: I, 21), 111 (113: III, 563), 477 (177: I, 234), 225 (226: I, 91), 314 (245: I, 9), 155 (255: I, 83), A280 (280: I, 621), 254 (284: I, 337), 508 (308: I, 477), 315 (314: I, 268), 335 (326: I, 2), 377 (337: I, 230), 345 (346: I, 541), 332 (432: I, 290), 251 (451: I, 52), 452 (453: III, 529), 450 (455: III, 163), 468 (469: III, 131), A76 (476: I, 30), 529 (524: I, 244), 591 (541: III, 329), 453 (543: I, 10), 592 (562: II, 515), 631 (613: II, 154), 544 (644: III, 131), 249 (649: I, 379), 693 (699: I, 11), 533 (933: I, 22), B41 (deest numerus apud Sinnerum: I, 270), 81 (deest numerus apud Sinnerum: III, 308). Vides igitur, centum fere ac quadraginta codices novos a nobis proponi. Quibus omnibus asteriscum (*) apposuimus nec non illis codicum singulorum partibus, quas et ipsas a Sinnero neglectas reperimus. Quarum numerus omni opinione maior evasit, ut, cum in programmate nostro tertiam circiter omnium tractatuum, qui in bibliotheca Bernensi habentur, partem a Sinnero omissam esse suspicabar, timidius me, quam audacius coniecisse læto animo sentiam.

Nec vero prætermittenda esse duximus ea, quæ cum Sinnerus etiam habuisset, nostro tempore desiderantur. Nam aliquot codices a. 1863 a C. L. Steigero bibl. præfecto Sangallensibus redditi sunt[92]); libri nr. 11 et 53 Rohano Cardinale intercedente a. 1774 Argentoratum devenere ibique a. 1870 incendio absumpti; cod. 306 Anglorum leges continens a. 1812 Britannis donatus est. Deinde verisimile, Sinnerum habuisse etiam codicem Apollonii Regis Tyrii historiæ manu Velseri descriptum chart. s. XVI, cum haec dicat I, 277: «Nr. 208 s. XVI cod. chart. Apollonii etc. Manu Velseri descripta.» Adest enim sane in cod. 208 Apollonii historia, sed codex est membranaceus neque Velseri manu scriptus, sed sæculi tertii

92) Qui quomodo Bernam devenerint, supra p. X expositum est.

decimi. Hodie vero non nisi cod. 208 Apollonii historiam continet, ut Sinnerus duorum librorum notitias in unam conflasse videatur. Præterea cod. 711 in Ovidii Ibin comment. vet. continens frustra quæsivi. Nec vidi usquam illam Bongarsii ad Petrum Danielem epistulam IV Id. Dec. 1578, quam quasi ex cod. B 50 petitam Sinnerus I p. 272 edidit. Idem in aliis quoque epistulis accidit, ut autographorum amatores nefarii aut tota folia exsecarent aut frustula saltem epistularum avellerent, cf. cod. 189 fin. (p. 244. 245); cod. 139, 25. 26. 53; cod. 140, 21 et cod. 141, nr. 11, 37, 96, 143, 149, 158, 169, 172, 192, 196, 211, 304, 316. Et in cod. B 149, qui Bongarsii epistulas continet, cum alia (cf. 10—16. 40. 217), tum multa in fine desiderantur nec vero quantum desit certius definiri potest, quia Sinnerus illius libri non nisi parvam particulam descripserat. Haec furta diligenter notavi, si fortasse vulgato crimine abducta quo devenerint aliunde nobis demonstrari posset.

XIII.

Codicibus manu scriptis ut inde a p. 515 appendicem subiungerem eorum librorum typis expressorum, quibus notæ marginales ascriptæ erant, singulari bibliothecæ Bongarsianæ qualitate commotus sum. Nulla enim fere cuiuslibet scriptoris antiqui editio, quæ quidem Bongarsii fuerat, non aut ab ipso aut ab aliis viris doctis, quorum ille libros sibi paraverat, notas marginales exhibet ascriptas, quibus vel lectiones variæ e codicibus manu scriptis petitæ vel virorum doctorum coniecturæ vel singulorum locorum explanationes continentur.

Quorum librorum magna pars iam a Steigero meo seorsim descripta erat: magnam singulas bibliothecæ partes perscrutando — sunt enim bibliothecæ Bongarsianæ libri impressi magnæ reliquorum librorum seriei immixti — ipsi adinvenimus. Nec vero usque ad hanc diem harum opum memoria ulla, nisi paucorum librorum, ad virorum doctorum notitiam pervenerat. Hos libros ita recensui, ut eos scriptores, quibus notæ manu scriptæ adiectæ sunt, ordine alphabetico enumerarem, quo facilius, ad quas materias istæ notæ pertinerent, inveniri posset. Sed quia id quoque sciri refert, a quibus viris haec scripta sint, horum quoque nomina suis quodque locis indicata ordine alphabetico hic breviter subiungam.

Sunt enim hi:

ANCEL: Curopalata p. 525.

ARTOPŒUS, NICOLAUS BALINGIUS: Brassicanus p. 519, Homerus p. 533, Rhenanus p. 545, Terentius p. 548, Theodorus Gaza p. 548.

BOGDANUS, M.: Nicander p. 538.

BONGARSIUS, JACOBUS: Aimoinus p. 515, Ammianus Marcellinus p. 516, Anselmus Gemblacensis p. 516, Apostolius p. 516, Apuleius p. 516, Aratus p. 516, Aristoteles p. 517, Arithmetica p. 518, Arrianus p. 518, Augustæ Historiæ Scriptores p. 518, Ausonius p. 518;

Bavarica synodus p. 519, Boetius p. 519, Bonfinius p. 519, Britannicarum Rerum Scriptores p. 519;

Cæsar p. 519, Carionis chron. p. 520, Caroli Magni annales p. 521, Cassiodorus p. 521, Cato p. 521, Dionysins Cato p. 521, Cedrenus p. 521, Cicero p. 522, Claudianus p. 524, Codinus p. 524, Constantinus Harmenopulus p. 524, Columella p. 524, Constantinus Porphyrogenneta p. 524, Cornelius Nepos p. 524, Curtius p. 525, Cyprianus p. 525, Cyrillus p. 525;

Dictys Cretensis p. 525, Dio Cassius p. 525; Dio Chrysostomus p. 525, Diodorus p. 526, Diogenes Lærtius p. 526;

Ennodius p. 528, Epictetus p. 528, Eusebius p. 528, Eutropius p. 528;

Firmicus p. 529, Florus p. 529, Froissart p. 529, Frontinus p. 529, Fulgentius p. 529;

Gellius p. 529, Genealogicum Romanum p. 530, Germanicarum Rerum Scriptores p. 530, Germanicus p. 530; Grammatici Latini p. 531, Gregorius Turonensis p. 531, Gromatici Latini p. 532, Gualtheri Alexandreis p. 532, Guilelmus Tyrius p. 532; Haythonus Armenius p. 532, Hegesippus p. 532, Hericus p. 532, Hierosolymit. chron. p. 533; Historicorum Roman. fragm. p. 533, Hungaricarum Rerum Scriptores p. 534, Hyginus p. 534;

Jacobus de Vitriaco p. 534, Joannes Biclarensis p. 534, Jordanus p. 534, Josephus p. 534, Isidorus p. 534, Justinus p. 535;

Lipsius p. 536, Luitprandus p. 537;

Mandeville p. 537, Marcellini chron. p. 537, Martialis p. 537, Martinus Polonus p. 537, Merclinus p. 538;

Nicephorus p. 538, Nicetas p. 538, Nicomachus p. 538, Notitia provinciarum Galliæ p. 539;

Obsequens p. 539, Optatianus p. 539, Orosius p. 539;

Panegyrici Latini p. 539, Paulus Aemilius p. 540, Petronius p. 540, Phædrus p. 541, Plinius p. 542, Poetæ Latini minores p. 543, Priscianus p. 543, Probus p. 544, Proclus p. 544, Prosper p. 544, Provinciale ecclesiasticum p. 544, Publius Syrus q. 544;

Quintilianus p. 544;

Robertus Monachus p. 545;

Sallustius p. 545, Seneca p. 546, Servius p. 546, Sextus Ruffus p. 546, Simplicius (?) p. 546, Solinus p. 546, Suetonius p. 547, Symmachus p. 548, Synesius p. 548;

Tacitus p. 548, Theon p. 548, Theophrastus (?) p. 549;

Varro p. 549, Velleius Paterculus p. 550, Vergilius p. 550, Verrius p. 550, Publius Victor p. 550, Aurelius Victor p. 551, Victoris chronicon p. 551;

Zonaras p. 551, Zosimus p. 551.

Bonivard: Cicero p. 522.

Bonius, J.: Hermes Trismegistus p. 533.

Brodæus: Brodæus p. 519, Xenophon (?) p. 551.

Contius, Antonius: Antonini itinerarium p. 516, Eutropius p. 628, Florus p. 529, Justinus p. 535, Porphyrius p. 543, Sextus Ruffus p. 546, Sophronius p. 547, Velleius Paterculus p. 550.

Corbinellus, Jacobus: Terentius p. 548.

Coryletanus, Joannes: Ptolemæus p. 544.

Cuiacius: Cassiodorus p. 521, Curtius p. 525, Fornerius p. 529, Fulgentius p. 529, Hyginus p. 534, Leo Papa p. 536, Longobardorum Leges 536, Macrobius p. 537, Novellæ p. 539, Papinianus p. 540, Plinius p. 542, Quintilianus p. 545, Servius p. 546, Tacitus p. 548.

Curterius, Joannes: Aristoteles p. 518, Callimachus p. 520, Cicero (?) p. 523, Coluthus p. 524, Tryphiodorus p. 549.

Daniel, Franciscus, Petri frater: Ammianus Marcellinus p. 516, Aristoteles p. 517, Asconius Pedianus p. 518, Cicero p. 523, Diaconus p. 525, Gellius p. 529, Herodianus p. 533, Juvenalis p. 536, Micquellus p. 538, Persius p. 540, Theophrastus p. 549.

Daniel, Petrus: Ambrosius p. 516, Ammianus Marcellinus p. 516, Aristoteles p. 517, Asconius Pedianus p. 518; Cæsar p. 520, Censorinus p. 521, Charisius p. 522, Cicero p. 522, Donatus in Terentium p. 526, Fulgentius p. 529, Gellius p. 529, Grammatici Latini p. 531, Horatius p. 534, Lupus Ferrariensis p. 537, Martialis p. 537, Panegyrici Latini p. 539, Persius p. 540, Petronius p. 540, Plinius p. 542,

Querolus (omisi in catalogo, sed cf. supra p. XII), Quintilianus p. 544, Romæ urbis viæ et regiones p. 545, Serenus Sammonicus p. 546, Servius p. 546, Sibyllina oracula p. 546, Sidonius Apollinaris (?) p. 546, Statius p. 547, Suetonius p. 547, Sulpicius p. 548 Symmachus p. 548, Theophrastus p. 549, Varro p. 550.

Denger, Joannes: Biblia p. 519.

Durenheimer, Joannes: Astronomica p. 518.

Eggli, Georgius: Horatius p. 534.

Elitiarius, Joachim: Diodorus p. 526.

Fabricius, Hildanus: Fabr. Hild. p. 529.

Flabellius, Ulricus: Theodorus Gaza p. 548.

Foquelinus, Antonius: Persius p. 540.

Foucherius: Varro (?) p. 549.

Fruterius, Lucas: Apuleius p. 516.

Gruter, Janus: Aristænetus p. 517.

Hentzi, Nicolaus: Cicero p. 523.

Hospinianus, Leonardus: Basilius p. 519, Erasmus Roterod. p. 528, Hebraica p. 532, Hesiodus p. 533, Mela p. 538, Quintilianus p. 544.

Hotomanus, Antonius: Procopius p. 544.

Lefeburb, Michael: Statius p. 547.

Leunclavius: Zosimus p. 551.

Lœffenius, Michael: Aeschylus p. 515.

Lonicerus, Joannes: Hebraica p. 532.

Lynctat, Nicolaus: Grammatici Latini (?) p. 531.

Melanchthon, Philippus: Sophocles p. 547.

Menagius: Hesychius (?) p. 533.

Molitor, Sebastianus: Elegiaci Græci p. 527.

Paradisus, Paulus: Nicander p. 538.

Petavius, Paulus: Horatius p. 534.

Picault, Gabriel: Ammonius p. 516, Fulgentius p. 529, Germanicus p. 530, Hyginus p. 534, Lucanus p. 536, Lucretius p. 536, Macrobius p. 537, Matthæus Westmonasteriensis p. 538, Novellæ (?) p. 539, Papinianus (?) p. 540, Provinciale ecclesiarum p. 544, Servius p. 546.

Pithœus, Franciscus: Avienus p. 518, Poetæ Latini minores p. 543.

Platea, Petrus de: Seneca p. 546.

Plepp, S.: Plato p. 542.

Poccinus, Sebastianus: Sallustius p. 545.

Querculus, L.: Homerus p. 533, Lucianus p. 536.

Ragellus (Rageau): Grammatici Latini p. 531.
Ramus, Petrus: Cicero p. 523, Plato p. 542.
Rechlinger, Emmanuel: Plato p. 542.
Reginaldus (Regnauld): Vico sopra le medaglie etc. p. 550.
Rupeus, Hieronymus: Aristophanes p. 517, Columella p. 524, Demosthenes p. 525, Epictetus p. 528, Euripides p. 528, Polybius p. 543.
Salandronius, Jacobus: Bossus p. 519.
Salmasius, Claudius: Hesychius p. 533.
Saubinus, Petrus: Pindarus p. 541.
Scaliger, Josephus: Varro p. 550.
Schmaltz, Anntonius: Zinggrefius p. 551.
Schottus, Andreas: Antonini itinerarium p. 516, Justinus p. 535.
Sinner, Abraham: Zinggrefius p. 551.
Sleidanus, Joannes: Commines p. 524.
Stephanus, Henricus: Epigrammata Græca p. 528, Oratores Attici p. 539, Plutarchus p. 542, Pollux p. 543, Sallustius p. 545, Vergilius p. 550.
Stracelius, Joannes: Demosthenes p. 525, Xenophon p. 551.
Sylburg, Fridericus: Dionysius Periegetes p. 526, Hesychius p. 533, Lycophr. p. 537, Pollux (?) p. 543, Suidas p. 547, Zetzæ comm. in Lycophr. p. 549.
Tacheron, Jacobus: Augustinus p. 518.
Tarsac: Cicero p. 522.
Telamonius, Bernardus: Cicero p. 523.
Turnebus, Hadrianus: Aristophanes p. 517, Gregorius Nazianz. p. 531, Hesiodus p. 533, Isocrates p. 535, Plato p. 542, Porphyrius p. 543, Sophocles p. 547.
Tusanus, Jacobus: Hesiodus p. 533, Valerius Flaccus p. 549.
Vinetus, Elias: Priscianus de ponderibus (?) p. 544.
Vulcobius, Joannes: Curopalata p. 525, Ulpianus ad Demosthenem p. 551.
Wirtzii: Gnapheus p. 531, Homerus p. 533, Horatius p. 534.
Anonymi: Aeschines p. 515, Aeschylus p. 515, Agricola p. 515, Anonymus des estats etc. de la chretiente p. 516, Anthologia Græca p. 516, Aratus p. 517, Aristophanes p. 517, Aristoteles p. 517, Asconius Pedianus p. 518;
Bauhinus p. 519, Beda p. 519, Byzantina historia p. 519;
Cæsar p. 519, Catholikes supplication p. 521, Catser p. 521;
Catullus p. 521, Cicero p. 522, Curopalata p. 525, Curtius p. 525, Cyprianus p. 525;

Dio Chrysostomus p. 526, Diogenes Laertius p. 526, Dionysius Areopagita p. 526, Diophantus p. 526, Dioscorides p. 526;

Epigrammata Græca p. 528, Etterlin p. 528, Euclides p. 528, Eunapius p. 528, Eustathius p. 528;

Galenus p. 529, Grammatici Latini p. 531;

Harenthals p. 532, Hegesippus p. 532, Hephæstion p. 532, Hero p. 533, Hesiodus p. 533, Hippocrates p. 533, Homerus p. 533, Horapollon p. 533;

Isocrates p. 535, Julius Africanus p. 535, Juvenalis p. 536;

Landi p. 536, Lascaris p. 536, Lawe of free monarchies p. 536, Lucanus p. 536, Lucianus p. 536, Lycophron p. 537;

Macrobius p. 537, Marlianus p. 537, Mela p. 538;

Nicomachus p. 538;

Ovidius p. 539;

Pandectæ p. 539, Paulus Aemilius p. 540, Persius p. 540, Philes p. 541, Plato p. 542, Plautus p. 542, Plinius p. 542, Plutarchus p. 542, Polyænus p. 543, Porphyrius p. 543, Priscianus p. 544, Probierbüchlein p. 544, Propertius p. 544, Prosper p. 544, Psalterium p. 544, Psellus p. 544;

Quintilianus p. 544;

Rhemnius Fannius p. 545, Sallustius p. 545, Saluste p. 545,

Serapion p. 546, Sidonius Apollinaris p. 546, Simplicius p. 546, Sophocles p. 547, Suetonius p. 547, Synesius p. 548;

Theodorus Gaza p. 548, Theognis p. 548, Theophrastus p. 549, Tibullus p. 549, Tonstallus p. 549;

Varro p. 549, Velleius Paterculus p. 550, Vergilius p. 550, Verrius p. 550, Victorini comm. in Ciceronem p. 551, Vincentius Bellovacensis p. 551, Volusius Metianus p. 551, Wimpheling p. 551, Xenophon p. 551.

Vides ex eo numero Bongarsii diligentiam atque assiduitatem quam maxime eminere. Qui quamquam sæpe lectiones varias ex ipsis, quos adhuc habemus, suis codicibus petivit, tamen multo plures ex alienis fontibus haustæ sunt. Atque idem de Petri Danielis notis dicendum. Unde intellegas, cur in describendis bibliothecæ Bernensis subsidiis criticis hanc quoque provinciam nobis tangendam esse crediderimus. Inter ceteros Brodæi, Cuiacii, Curterii, Francisci Danielis, Foquelini, Fruterii, Gruteri, Petavii, Fr. Pithœi, Salmasii, Scaligeri, Henrici Stephani, Sylburgii,

Turnebi, aliorum nomina debita veneratione prosequimur. Quibus si minoris notæ aliquot viros addidimus, id eo factum, ne quid ad istam partem pertinens omitteretur.

Ceterum ex illa librorum impressorum perscrutatione id quoque lucrati sumus, ut aliquot codicum particulas ipsis libris adnexas deprehenderemus, cf. Astronomica p. 518, Carmina Gallica p. 520, Chartæ p. 522, Ecclesiastica p. 526, Geographica p. 530, Glossarium Belgicum p. 530, Grammatica p. 531, Hebraica p. 532, Juridica p. 535, Medica p. 538, Missalia p. 538, Philosophica p. 541, Probierbüchlein p. 544. Eadem occasione illæ schedulæ membranaceæ inventæ sunt, quas nr. 722 notatas codicum catalogo subieci.

XIV.

Codicibus et libris descriptis indices quam potui locupletissimos subieci varii generis. Quorum primus omnium maximus cuncta et nomina et res continet, quorum in libro mentio facta est: nec singularum epistularum auctorum vel acceptorum, nec Sanctorum (s. v. Passiones) nominibus peperci. Anonymorum vero scripta, quæ satis multa sunt, in sua genera divisi atque s. v. Alchimistica, Astrologica, Biblica, Carmina etc. (cf. pag. LIII) singillatim recensui, graviora sub diversis indicis nominibus repetivi [93]). Ubique vero non paginas, sed codicum numeros ascripsi, quorum memoria in summa quaque pagina repetitur. Huic indici generali addidi aliquot indiculos speciales (V—X), quibus Orientalia, Græca, Germanica, Gallica, Italica comprehendi: quod ideo institui, ut, siquis non nisi certi sermonis codices Bernenses vellet cognoscere, eos statim uno aspectu perlustrare posset. Quamquam, quia haec brevissime tanguntur, qui plura quæret, ad generalem dehinc semper indicem erit delegandus. Atque indicem IV his præmisi, ut, quot cuiusque generis codices apud nos extarent, intellegeretur. Indices II et III ad codicum ætates spectant studiis palæographicis accommodati (s. VI etiam cod. 123, 8 esse scias); nr. XI cum

---

93) Ubi id attendas velim, immensum numerum eorum tractatuum, qui ad theologiam spectant, me ita partitum esse, ut, quæ priorum temporum essent sive Patrum sive aliorum ecclesiasticorum, præscripto *Ecclesiasticorum* nomine comprehenderem, reliqua modernæ ætatis inde a sæc. XVI scripta s. v. *Theologica* subiungerem.

15, f. 119^{ab} (f. 114—118 perierunt) **Nomina confessorum claustri S. Michaelis, Germanice.**

B 53. s. XIII membr. 4° f. 211.

Mengoris libri XX de naturis rerum. *Naturas rerum in diuersis auctorum scriptis late per orbem sparsas inuenies* etc.

In fine habes hos versus:

Post libri finem non cessa reddere laudem
Christo qui forti studuit se tradere morti
Me qui discernis uel qui mea uerbula cernis
Scriptis scriptoris nosces hiis nomen et horis
b a
Est autem dictus Mengor humilisque sacerdos
Ordinis inuicti monachus sancti benedicti
Pro quo tu caris christum precibusque precaris
Ne sit dampnatus uerum sine fine beatus.

54. s. XV chart. 2° f. 98 duabus manibus script. f. 1—53 et (f. 54—56 scriptura vacant) f. 57—98. Fuit Bongarsii.

1, f. 1^a — f. 53^a *Ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν Φιλοστοργίου ἐπιτομὴ ἀπὸ φωνῆς Φωτίου πατριάρχου.*

ὅτι ἐν δώδεκα λόγοις αὐτοῦ ἡ ἱστορία περαίνεται — εἰς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀπεχώρησαν. τέλος ἐστὶ τῶν ἐκλόγων τοῦ παρόντος βιβλίου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας φιλοστοργίου.

2, f. 57^a — f. 98^a **Eusebii liber quartus et quintus de vita Constantini, Græce, sine titulo.**

Τοῦ τετάρτου λόγου τὰ κεφάλαια. Ὅπως δωρεαῖς καὶ προκοπαῖς ἀξιωμάτων ἐτίμα τοὺς πλείστνος — οὗτος γὰρ ἐστιν ἀήττητος σύμμαχος καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν δικαίων ὁ δὲ αὐτὸς κριτὴς ἄριστος ἀθανασίας ἡγεμὼν αἰδίου ζωῆς χορηγός. Τέλος καὶ χῷ δόξα.

A 54. s. XVI chart. 4° f. 88.

Johannis Reuclin Phorcensis de arte cabalistica libri tres iam denuo adcurate revisi. Præmissus est operis index. In tegumento posteriori manu cuiusdam Sebastiani de Sinarelens nonnulla

de hoc opere lingua Gallica scripta sunt, quorum extrema hæc sunt: *Ce manuscrit fut donné et tiré des Archives de St. pierre de Ronnue* (Ravine?) *par le pape, oncle de Catetherine* (sic) *de Medicis pour franscois premier Roy de france curieux de cette sorte de Science qui le enrichit la bibliothe* (sic) *de St. victor à paris. Sebastien de Sinarelens.* In altero tegumento depictum est insigne eiusdem Sebastiani de Sinarelens.

B 54. s. XV chart. 4° f. 104 (f. 1—23 insignita sunt numeris 305—328.)
1, f. 1ᵃ — f. 16ᵃ **B. de Florentia liber alchymiæ.**
2, f. 16ᵃ — f. 23ᵇ **Præcepta alchymica.**
3, f. 24ᵃ — f. 104ᵇ **Summa magistri Geberis de alchymia.**

55. s. XVI chart. 2° f. 323.
Versionis Tremellio-Junianæ pars (Jobum Psalmos Proverbia Ecclesiasten et Canticum Canticorum continens) cum annotatione ab ipso Junio scripta. Cf. cod. 56.

56. s. XVI chart. 2° f. 451.
Eiusdem operis, quod nr. 55 descripsimus, pars altera, Jesaiam, Jeremiam et Ezechielem continens. 19 Martii anno 77.

A 55. s. IX—X membr. 4° f. 26.
Canonum Lateranensis synodi sub Martino papa a. 649 celebratæ, qua damnati sunt Sergius, Cyrus, Theodorus, Pyrrus atque Paulus cum hæreticis eorum scriptis, fragm.
. . . *turba autem timoris operatio. Vt ostendat per omnia hominis carnem animam rationalem — inter eos de quibus impie gesserunt in eum.*
f. 6ᵃ *Martinus sanctissimus ac beatissimus episcopus sanctæ dei ecclesiæ catholicæ adque apostolicæ urbis romæ dixit. Quoniam prædictis uiris idest auctoribus* etc.
f. 9ᵇ *Sancta synodus dixit. Licet auctores nouitatis ut iam nobis ex omnibus adprobatum est* etc.
Inde a f. 17ᵃ secuntur subscriptiones.
f. 20ᵃ *Johannis episcopus sanctæ mediolanensis ecclesiæ omnibus sinodaliter definitis a sanctissimis uobis in confirmationæ orthodoxæ fidei sanctorum patrum* etc.
f. 20ᵇ *Generalis epistola beati Martini papæ propter hereses qui denegant in Christo uero deo nostro duas naturas et duas naturales operationes idest diuinam et humanam et similiter duas naturales in ipso uoluntates* (litt. uncial).
Hæc epistula a fine mutila est, desinens in hæc verba f. 26ᵇ: *sed consolamini et tanto magis quantum uideremus.*
Sunt omnino quaterniones tres litteris H, J et K insigniti.

B 55. s. XVI chart. 8° f. 86.
1, f. 1ᵃ — f. 33ᵃ **Libro nel qual' si tratta delle Comete composto gia circa settanta anni passati ma adesso nuouamente fuor' mandato, dal Thurecese medico Fisico huomo dottissimo.**

*2, f. 33ᵇ — f. 86ᵃ **Della cometa che l'anno 1472 appariva.**

A 56. s. IX—X membr. 4° f. 8.

Martini papæ epistula (Lateranensis concilii a. 649 celebrati fragmentum), a calce mutil. *TINO PIISSIMO AUGUSTO anno nono sub die XIIII KL. nouemb. indiccion. octaua. Præsidente sancto ac beatissimo martino papa sanctæ sedis apostolicæ urbis romæ. Præpositis sacrosanctis et uenerabilibus euangeliis in ecclesia domini dei et saluatoris* etc.

Ex his quæ a nobis relecta sunt in præterito secretario monumentorum series a sergio et pyrro confecta etc. — *ut nec alio iam necesse sit inpropria destrutionæ.*

Est quaternio unus numero XV insignitus.

B 56. s. X membr. 4° f. 178. Fuit Bongarsii. Fol. 1, 3ᵇ—6ᵇ scriptura vacant; in f. 5ᵃ figura depicta est, qua virtutes singulæ stemmatis modo describuntur.

*1, f. 2ᵃ sæc. XI **Tractatus mathematicus de simplici divisione cum differentia, de composita divisione cum differentia, de æqualitate.** *DE SIMPLICI DIUISIONE CVM DIFFERENTIA. Oportet si per singularem decenum ac centenum aut quem libet diuidere temptaueris — Si uero sola eum unitate præcesserit nullus sibi supponatur numerus.*

*2, f. 2ᵇ — 3ᵃ sæc. XI **De fistulis organicis tractatus diversi.** *DE FISTVLIS ORGANICIS QᵒMᵒ FIANT. Cuprum purissimum tundendo ad summam tenuitatem extenditur — Reliquas ipsius ordinis sic facies ut superiores grauioris ordinis fecisti.*

Descripsi in monachorum Einsidlensium (P. A. Schubigeri) usum.

3, f. 7ᵃ — f. 176ᵇ. **Martianus Capella cum commentario Remigii Autisiodorensis.**

Cf. Vsenerum mus. Rhen. XXV p. 605 seq., p. 616. Remigii commentarius in cod. Bern. 331 multo plenior extat. In ultimis foliis habes figuram philosophicarum disciplinarum conexum ostendentem atque hominis imaginem ruditer depictam.

BB 56. s. XVI (a. 1577) chart. 4° f. 231.

*1, f. 1ᵃ — f. 26ᵃ **Etliche Messiven oder Send Brieff von ainer warhafften Wunderbarlichen historien so sich zu Badua verloffen mit ainem Armen menschen etc.** Sunt litteræ VI.

*2, f. 27ᵃ — f. 44ᵃ **Teutsches lands Klag vnd Verweiss gegen dem Keysser Carlo V desz vnbillichen Bekriegens vnnd freyhaitt Raubens das solliches wyder alle Billigkait vnnd Recht beschäche.** Sunt carmina Germanice scripta.

*3, f. 44ᵃ — f. 49ᵇ **Der Grewlich Caimsmordt der ain Römischer Hispanier Alphonsus Dietz an seinem leiblichen vnd einigem Christlichen Bruder Johan Dietzen vmb des hailigen Evangelions willen zu Newburg an der Thunow den 27 tag des mertzens dises Jars begangen hat, carmen German.**

* 4, f. 51ᵃ — f. 160ᵇ **Fassnacht Küochlin oder warnung Büchlin, carmina Germ.**

5, f. 162ᵃ — f. 231ᵇ **Bekantnus Christlichs glaubens Bernharten herxheimers.**

57. s. XVI chart. 2° f. 209.

1, f. 1ᵃ — f. 203ᵇ **Tractatus theologicus Mart. Buceri de regno Christi in Anglia restituendo.** *Præfatio. Beneuolentia et benignitas dei patris nostri cœlestis per seruatorem nostrum Jesum Christum Rex amplissime et religiosissime, augeatur continenter serenissimæ Maiestati tuæ. Haud ita pridem resciui — salutemque omnium populorum quos habet in hoc et in regnis aliis. Amen. Amen.* Sequitur operis huius argumentum per capita divisum.

2, f. 204ᵃ — f. 209ᵇ **M. Buceri testamentum prius Argentinæ editum antequam in Angliam una cum P. Martyre, Paulo Fagio, A. Rodolpho Cevalerio et J. Tremellio religionis causa cum nollet subscribere illi interim proficisceretur.** *In nomine sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, Dei Patris filii et spiritus Sancti. Amen. Notum sit uniuersis ac singulis per præsens publicum instrumentum quod Anno a Natiuitate Domini ac seruatoris nostri Jesu Christi MDXLVIII Indictione sexta imperatore illustrissimo inuictissimoque principe ac Domino, Domino Carolo — nomineque ac signo meo in testimonium suprascriptorum omnium ordinarie uocatus ac requisitus subscripsi et obsignaui.*

* 3, Inter f. 175 et f. 176 inserta est schedula, in cuius pagina priore legitur **epistula Joannis Vollatti** ad nescio quem (puto ad eum, qui hunc librum scripsit) **argumenti medici;** in posteriore vero **enumeratio quorundam nominum** et Latine et Germanice expressorum, quæ ad nomina propria et regionum et urbium et hominum pertinent; e. g.: *Hirsburchio Insbruck, Vertius Wirtz* etc.

A 57. s. X membr. 4° f. 16. Ex libris Petri Danielis Aurelii 1564.

Epiphanii Episcopi Cypri de mensuris et ponderibus in S. Scriptura. Fin.: *Talentum super omnia pondera quibus alia appenduntur excellet.* Apographon cum adnotationibus Danæi legitur in cod. Bern. 189 nr. 27. Sunt quaterniones duo III et V.

B 57. s. ? chart. 4° f. 56.

* **Descriptio Mausolei Taj a Ajra, Arabice.** In tegumento hæc leguntur: *Description du Mausolée nommé Taj à Ajra que l'Empereur Akber Shah fit construire pour Nour Jehan avec tous les détails de la bâtisse tant pour les fraix que le mésurage avec une introduction préliminaire des motifs qui induisèrent l'Empereur à le faire ériger. Note de Mr. Wild, Capitaine au Service britannique, aux Indes orientales, ce 18 8bre 1823.* Est manu scriptum Arabicum, a J. S. Wyttenbachio pastore bibl. Bern. oblatum.

58. s. XV (1468) chart. 4° f. 100; fuit Bongarsii; manus secunda inc. a fol. 42.

Itinerarium Johannis de Mandeville de terra sancta. Inc: *Comme il soit ainsi que le terre d'oultre mer c'est a ssavoir la saincte que on dit la terre de promission entre toutes autres terres soit la plus excellente et la plus digne dame et souveraine de toutes autres terres....*

Fol. 1ᵇ legitur: *Je Jehan de Mandeville, chevalier, fesoit ce que je ne suis dignes nes et nourry d'Angleterre de la ville de Alban qui passe la mer l'an 1422 le jour de saint Michel...*

Expl.: *Car dieu prent tousjours amer cy ceulx qui meurent en bonne entencion et qui vraiement se repentent de bon cuer.*

Subscriptum est: *Mandeville lequel fut assouvy le 17ᵐᵉ jour de mars l'an 1468.* Vide Nr. 125, A 280.

A 58. s. X membr. 4° f. 16. Omnium foliorum partes superiores perierunt.

1, f. 1ᵃ — f. 7ᵇ **Epistulæ S. Hieronymi aliquot.** Prima ab initio mutila est, desinens in verba: *per te salutare uolo. Amen.* (I p. 324 ed. Vall.), secunda f. 1ᵇ incipit: *epistola sancti hier. secunda ad paulinum presbyterum de omnibus diuinæ historiæ libris XXXVI* (I p. 268 ed. Vall.).

Inde a f. 7ᵃ alius tractatus incipit, cuius initium temporum iniquitate periit.

2, f. 7ᵇ — f. 16ᵇ **Translatio S. Hieronymi de tractatu Origenis in epithalamicis (homiliæ II).**

a, *De cantico canticorum tractatus. quomodo didicimus per moysen* etc. (III, p. 511 ed. Vall.).

b, *INCIPIT OMELIA SECUNDA. Ab eo loco in quo scriptum est. Nardus mea dedit odorem suum* etc. (III p. 515 ed. Vall.)

B 58. s. XIX chart. 4°.

***Sigmundi Wagneri collectanea de Aegypto, congesta ex actis erud. Gottingens. a. 1811 seq.**

59. s. XV chart 4° f. 275, olim Bongarsii.

Historia fabulosa regis Philippi de Madien, composita a Perrinet Dupin. Inc. *A la grace de vous tres excellent et puissant princesse Anne, fille du roy de Cipre, duchesse de Savoye, princesse de Pyemont, contesse de Genesue et dame de plusieurs autres contes, baronnes et haultes seigneuries se recommande vre. tres humble et obeissant subject et serviteur Perrinet Dupin natif de la ville de Rochelle ... lequel ... commenca le premier jour du moys de Juing 1447 a veoir et visiter les livres de Celtrins, roy de Caldee, Exambard de Calvaire, Minoys, roy d'Auffrique, Bruyant de Cartaige, Flormont de Dunis et aultres jusques au nombre de neuf ou dix faisans mencion de batailles anciennes, esquelz il a trouve plusieurs chauses parlans des fays et vaillances du gentil roy phle. de Medien, qui moult luy ont semble plaisans...*

Præcedit index capitum. Cf. ed. Paris. 1587.

A 59. s. XVII (1601) membr. 4° f. 119.

Edicta civitatis Veneticæ collecta pro Podesta di Por-

tolle, Italice. Inc. *Nos Marinus Grimano dei gratia dux Venetiarum etc. commettemo à te nobel homo Tomaso da Ca Fradello che andar debbi Podestà di Portolle reggendo quei fedeli nostri ad' honor del sig*[r]. *Dio*. Vltimum edictum ad annum 1601 pertinet.

B59. s. XVIII chart. 4°.

*1, **Variæ lectiones ad maiorem Prudentii operum partem codd. mscr. trium sæc. XIII et XIIII bibl. publ. Bern. cura J. Guern. Huberi cum ed. Delphin. 1687 collatorum. A. 1723.** Vsus est Huberus cod. Bern. 394, quem 13° vel 14° sæculo scriptum esse autumabat, et cod. Bern. 264, quem sæc. 13° vel 14° et ipsum assignabat. Tertium accuratius non definivit, sed sæc. XIV esse forma 4ª et non nisi fragmenta pauca continere dicit.

*2, **Eiusdem Huberi adnotationes ad Prudentium.**

*3, **Eiusdem tentamina ad Petri de Ebulo libros III motibus Siculis.**

*4, **Eiusdem synopsis historica Petri de Ebulo libri primi.**
Vltimo loco legitur a. 1830 scriptus **Ludovici Augusti Comitis Mellini tractatus de monumento sepulcrali prope Joppen invento, Germanice (translat. ex lingua Gallica),** cum epistula eiusdem Mellini, qua bibliothecæ Bern. sese commendat.

60. s. XV chart. 4° f. 126. Anno 1546 cuiusdam Petri Dureau fuit; Sinnerus I, 84 falso num. 58 posuit.

Chronicæ Francorum collectæ a Beato Gregorio Turonensi episcopo.

A60. s. XV chart. 4° f. 15.

Horatii ars poetica, cum glossis aliquot. In fine hæc habes: *Explicit liber de arte poetica horacii quem ego frater bertrandus ginesce ordinis fratrum minorum conuentus ruthen. prouincie aquitanie scripsi parisius in camera magistri anthonii calmelli in sacra theologia parisius . . . . . . anno domini millesimo CCCC° LXVII°* etc. *Finis adest operi fessa date membra quieti.*

Secuntur versus aliquot ex **Vergilio** et **Ovidio** excerpti:

Non multa bona que secuntur.
Stat sua cuique dies et ineuitabile tempus etc.
Cum subiit illius tristissima noctis ymago etc.

In pagina ultima habes nonnullos versus, quibus **Senecæ** et **Persii** nomina inscripta sunt:

Seneca.
Ite alias posthac sollicitate animas
Me procul a uobis deus aduocat illicet actis
Rebus terrenis hospita terra uale.
Corpus amara tamen solempnibus accipe saxis
Namque animam celo reddimus ossa tibi.

Persius.
Liber eram et uacuo meditabar uiuere lecto
At me composita pace fefellit amor.

Cur hec in terris facies humana moratur?
Jupiter ignoro pristina furta tua.
Pacis amor deus est pacem ueneramur amantes
Stant mihi (?) cum domina prelia dura mea.

B 60. s. XI membr. 4° f. 68. Post f. 13 unum folium s. XV insertum est.
*1, f. 1ª — f. 4ᵇ **Missale, cum neumis.**
*2, f. 5ª — 13ᵇ **Calendarium.** Manu rec. passim nomina donatorum, ni fallor, adscripta sunt.
*3, f. 13 A et 13 B sæc. XV **Orationes aliquot (exorcismus salis).**
*4, f. 14ª — f. 68ᵇ **Missale, cum neumis.**

61. s. XV chart. 4° f. 318. In prima pagina picturæ duæ belle depictæ extant. In libri initio legitur: *Pro Leonardo Hospiniano Stammenio.*
Perspectiva Magistri Witelonis de Viconia, cum figuris mathematicis plurimis, libri X. *Veritatis amatori fratri wilhelmo de morbeka witelo filuis thuringorum et polonorum eterne lucis irrefracto mentis radio felicem intuitum et intellectum perspicuum subscriptorum. Vniuersalium entium studiosus — nichil eque bonum estimantes cuius sit honor et gloria per infinita secula. Amen.*

A 61. s. XIII membr. 4° f. 49. Fuit P. Danielis.
1, f. 1ª — 10ᵇ **Glossæ in Juvenalem.**
*2, f. 10ᵇ — f. 11ᵇ **Excerpta de tropis et figuris et de grammatica.**
3, f. 12ª — f. 49ᵇ **Juvenalis satiræ, mutil. ab initio.** Incipiunt a sat I, v. 77. Adiectæ sunt glossæ marginales et interlineares.

62. s. XV chart. 4° f. 200. Ex bibliotheca Nic. Fabri. Codex diversis manibus exaratus est.
Florentinorum facta usque ad a. 1444, sine titulo. *Diuturna michi cogitatio fuit et sepe in alterutram partem sententia pronior facundumne foret ut res gestas flo. populi forisque et domi contentiones habitas — cum ingenti gloria et exaltatione ciuitatis. TEΛΟσ.*
In codicis tegumento posteriori agglutinatum est fragm. **chartæ** membr. Gallice scriptæ ad testamentum aliquod, ni fallor, pertinentis, cuius in fine hæc leguntur: *Donne et fait ...... le samedi jour de feste de la chaize saint pere lan mil CCCC et VIII.* (VIIII ?) *a. Rousseau.*
Simile quid in altero tegumento exhibetur.

63. s. XV chart. 4° f. 323. Fuit Houssardi plutonomi cuiusdam, cuius nomen in f. 1ª legitur atque in fine.
1, f. 1ª — f. 223ᵇ **Epistulæ Nicolai de Clamengiis.**
2, f. 223ᵇ — f. 235ª **Nicolai de Clamengiis liber de lapsu et reparatione Justitiæ ad illustrem et serenissimum principem Philippum ducem Burgundionum.** Præmissa est epistula dedicatoria.
3, f. 235ª — f. 240ᵇ **Carmina varia eiusdem Nicolai.**
a, f. 235ª — f. 237ª *Deploratio calamitatis ecclesiastice per scisma*

nephandissimum cum exhortatione pape et pontificum ad eius extirpationem.

Xpiste graues sponse semper miserate labores —
Pellite si paulum remis insistitis actum est.

b, f 237[a] — f. 238[b] *Descriptio et laus urbis ianue.*
Janua quam perhibent iano condente locatam —
Et tandem grex unus erit pastore sub uno.

c, f. 238[b] — f. 239[b] *Descriptio uite rustice cum laude et approbatione.*
Fronde super uiridi locus est in gramine ameno —
Aulicus equat sed geminam gontherus in auro.

d, f. 239[b] — f. 240[b] *Descriptio uite tirannice cum reprobatione.*
Rupis in horrende scopulis locus altus ad auras —
Libertas uita incolumis contenta paratu.

Expliciunt epistole nicolai de clamengiis cantoris baiocensis. Deo gracias. Explicit liber sit scriptor crimine liber. Explicit expliceat ludere scriptor eat. Vinum scriptori debetur de meliori.
F. 241 scriptura vacat.

4, f. 242[a] — f. 249[b] **Nicolai de Clamengiis liber de filio prodigo.**

5, f. 250[a] — f. 255[b] **Eiusdem liber de fructu Heremi.**

6, f. 256[a] — f. 260[a] **Eiusdem liber de prosperitate adversitatis.**

7, f. 260[a] — f. 275[a] **Eiusdem liber de novis festivitatibus.**

8, f. 275[b] — f. 285[b] **Eiusdem liber de studio theologiæ.**

9, f. 285[b] — f. 312[b] **Epistulæ eiusdem sub nomine universitatis studii Parisiensis compositæ.**

10, f. 312[b] — f. 316[a] **Eiusdem tractatus brevis contra prælatos Symoniacos.**

11, f. 316[a] — f. 318[b] **Eiusdem sermo de sanctis innocentibus.**

12, f. 318[b] — f. 323[b] **Eiusdem orationes X.**

In fine legitur: *Expliciunt quedam breuia opuscula Nicolai de Clamengiis cantoris baiocensis.*

In initio et in fine eius codicis duo **chartæ membranaceæ** fragmenta adglutinata sunt: charta Gallice sæc. XV scripta ad regem nescio quem pertinet subscriptumque in prioris fragmenti fine: *et de notre regne le dixseptiesme.* Præterea in primo libri folio verso, quod alia scriptura vacat, pauca leguntur ad pactum quoddam pertinentia (ce 12 de Mars 1575) scripta Gallice.

A 63. s. XV init. chart. 4° f. 13—258.

Lectionarium, Germanice. Desunt folia XII priora; initium tale est: *gebar amon. Amon gebar iosiam. Josias gebar ioconiam* etc.

In fine legitur: *Dis bu°ch wart vs geschriben in dem iare do man zalt von von* (sic) *christus geburt zwei vn. XIIII. C. iar an dem nechsten zistag nach dem ingenden iare. Bittent got für den schriber.*

65. s. XV chart. 4° f. 234. Fol. 143ᵇ — f. 148ᵇ scriptura vacant. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ᵃ — f. 143ᵃ **Historia Pisanorum, Gallice.** *Cy commense la table des Rubrykes de ce present liure le quel traicte de quelle nacion vindrent et dessendirent les pysains et de leurs faicts et haultes entrepryses et comment tout le pays fut mys à destinction. P]ourtant que parolles sont vaines et estcriptures permanentes* etc.

2, f. 149ᵃ — f. 167ᵃ **De origine prima Francorum, cum stemmatis regum.** *Franci ex sua prima origine fuere troiani — filius nomine Philippus circa festum sancti Johannis baptiste anno domini M°CCC°XXI qui obiit infra annum ....*

3, f. 168ᵃ — f. 234ᵃ **Chronica Nederlandica de episcopis Tungricis Vltratraiectinis Leodiensibus, sermone Batavo.** *Cornike van den gen ... (genen?) die te Tongeren te Trecht en. te lüdic busscop gewest syn.* Desinit in annum 1483.

Cf. Borgnet, Rapport à la commission royale de l'histoire de Belgique, le 3 Août 1857, p. 87. 88, qui nonnulla inde excerpsit.

A 65. s. XVI membr. 4° f. 41.

Marguerite de Navarre, La coche accompagnée d'onze histoires, sine titulo, vers. 1384.

Inc. *Ayant perdue l'aueugle vainceur*
Non seulement le sentiment du cueur..

Fol. 39ᵃ. *C'est donc a vous ma cousine et maistresse*
Que mon labeur et mon honneur s'adresse
Vous requerant comme amye parfaicte
Que vous teniez ceste œuure par moy faicte..

Cf. Sinner III, 418—421, et 'les Marguérites de la Marguérite', Lyon 1547, V, p. 265—323; Paris 1554, II, p. 365—389, ubi *les histoires* vel scenarum descriptiones desunt.

66. s. XI—XII membr. 4° f. 120.

1, f. 1ᵃ — f. 115ᵇ **Sancti Clementis episcopi de disputatione Sancti Petri cum Simone mago continens in se libros decem (recognitiones).**

2, f. 115ᵇ — f. 120ᵇ **Epistulæ duæ Sancti Clementis de ordinatione clericorum et ecclesiæ.** Altera epistula fine vacat; desinit in verba: *per te ipse sibi dampnationem accipiet.*

A 66. s. XIV membr. 4° f. 220.

1, f. 1ᵃ — f. 204ᵇ **Opus prolixum, in quo secundum alphabetum agitur de rebus theologicis, ecclesiasticis, iuridicis, ab initio mutil.** Primo loco de 'abbate' agitur, ultimo de 'uxore'. In fine habes:

Finis adest operi quo iure peritus haberi
Quis poterit modico studio certissima dico.

Explicit opus singulare scriptum per manum fratris philippi de sabina a... achi (*monachi*, quod Sinnerus sibi legere visus est, certe scriptum non fuit) *de oratorio in andegauia et incepit*

illud die prima mensis martii et deo duce finiuit ultima die mensis maii. Et hoc dum esset studens parisius in sancto bernardo. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo II°.

*2, f. 206a — f. 217a **Requisitae digesti veteris.** *I. Adoptionibus. IIII Alienatione mutandi iudicii causa facta arbitris* etc.
In fine legitur: *Expliciunt Requisite iuris.*

*3, f. 218a — f. 220b **Simile opus illius, quod nr. 1 recensuimus, sed multo brevius.** *Abbas conueniri potest super causa conuentus sui* etc. Non nisi super litteras A—E extenditur, a fine mutil.

67. s. XIV—XV membr. 4° f. 161 pulchris litteris initialibus ornatus. Fuit Bongarsii.

Valerii Maximi urbis Romanæ iuris peritissimi factorum similiter ac dictorum memorabilium libri IX. Vltima verba recentiori manu suppleta sunt inde a vocabulis his: *cessit. Multo fortius ille qui Cornelio Sylla* etc. In fine legitur: *Valerii maximi factorum et dictorum memorabilium liber nonus desinit. Incipit præfatio in Epithoma decimi libri. C. Titi Probi.*

In prima pagina hæc scripta sunt: *Hunc librum ex manuscriptis et vetustissimum et certissimum arbitror cum ob alia multa quæ in vulgaribus libris corrupta ex hoc restitui facile possunt tum quod in eo erat liber X^us quem extraximus inde. Inuentus est a me inter veteres libros calamo exaratos in librarioli cuiusdam officina. J. Jacobi Lauernii et amicorum.*

Sed ea, quæ in folio ultimo suppleta sunt, eadem manu scripta sunt, qua hæc, quæ modo attuli. Libri decimi hodie nec vestigium nec vola in eo codice invenitur.

A 67. s. XVI chart. 4° f. 136.

* **Comœdiæ tres ecclesiasticæ, Germanice.** *Drü Geistliche Spyl oder Comedien. Das Erst. Peccator Conuersus: das ist Von wahrer vnd heilsammer bekherung eines rüwenden Sünders. Das Ander Miles Christianus: das ist Vonn dem Kampf vnd geistlichen Strytt eines bekehrten Christen mit denn innerlichen Versuchungen dess Sathans. Das dritte: Martyr Christianus: Das ist Von dem Strytt wider die üsserliche verfolgungen dess Theüfels vnd der Welt. Vss Gottes Wortt vnd gottseliger Lüthen Erfarung gesteltt.*

68. s. XV chart. 4° f. 120.

A. Gellii Noctium Atticarum lib. I—XX. In fine legitur: *A. Gelii noctium atticarum liber XX hic finit. Ego ludouicus de Gauilla Roberti filius francigena exscripsi* (fuit — *it*) *hunc librum auli Gelii noctium atticarum in Castro alme ciuitatis Sibenici. Sub anno a natiuitate domini nostri ihesu cristi Millesimo CCCC^mo XL° octauo et die octaua mensis Junii uiuam in celis. Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste. Hic liber est scriptus quis* (sic) *scripsit. ego de Gauilla ludouicus.*

In folio ultimo Bongarsii manu scriptum est: *Ces deux livres sont au Sr C. Waldtkirch de Basle.*

A 68. s. XVI chart. 4° f. 48.
Confession des hochgelerten hern Simonis Sulceri der heyligen schrifft doctor vnd superattententen der Kürchen zue basell. Aus bestelung eins ersammen Rhates gestellt. Anno 1578. Sulceri effigies præfixa est.

69. s. XIV membr. 4° f. 162. Fuit olim collegii S. Mariæ Oxoniensis (f. 5ª *liber legatus collegio beate marie oxon. per magistrum Rogerum Cannay quondam socium eiusdem;* f. 159ᵇ *Tradatur iste liber coll. domini R. be. marie Oxon.*). Descripsit mihi Ed. Winkelmannus.

*1, f. 1ª — f. 2ᵇ **Excerpta varia ad Angliam (e. c. ad Cantuarienses) pertinentia.** Fere ubique de episcopis et rebus ecclesiasticis agitur.

2, f. 3ª — f. 4ᵇ chart. sæc. XV **Catalogus onomasticus Martini chron.**

3, f. 5ª — f. 50ᵇ **Chronica fratris Martini Pœnitentiarii domini Papæ et Capellani (finitur anno 1270).** *Quoniam scire tempora summorum pontificum romanorum ac imperatorum* etc.

*4, f. 50ᵇ **Excerptum grammaticum de syllabis et eorum accentibus.** *Nota quod quelibet dictio trium aut plurium sillabarum quo ad cursum dictaminis si penultimam sillabam habeat breuem breuis accentus esse censetur — in exemplis præcedentibus euidenter apparet. Explicit.*

*5, f. 51ª — f. 115ᵇ **Summa dictaminis composita per dominum T. Capuanum, a fine mutil.** *In hoc prohemio repræhenduntur illi qui præcipitant summas et confundunt iudicium per manus tabellionis pᵘ annotatas et un.* Sunt partes X; inde a f. 112ª epistulæ quintæ partis XXVI et sextæ partis XVI, quæ supra omissæ fuerant, corollarii instar subiectæ sunt.

*6, f. 116ª — f. 133ª **Epistularum collectio, incipiens a Martini IV Papæ bulla excommunicatoria contra Sicilienses Petrumque Arragoniensem directa. Sine titulo.** *Martinus episcopus seruus seruorum dei ad certitudinem præsentium et futurorum memoriam. longa retro — honorare studeas.* Sunt epistulæ etc. ad rebellionem Siciliensem, Carolum I de Anjou, mediæ Italiæ bella (Orvieto) aliaque id genus pertinentes.

*7, f. 133ª — f. 139ª **Epistularum Romanarum collectio (magna ex parte domini episcopi Penestren.).** *Regi Sicilie illustri ex parte domini episcopi penestren. super uictoria habita contra hostes ecclesie — gladius facilius mres* (?) *conflabit ad vulnus* (?).

*8, f. 139ª — f. 141ª **Factum et guerra de Gallia de le** (sic) **Guilelmo et fratre suo David.** *Quemadmodum ystoriographorum grata laudabilisque prioritas — ordo scripture non sit regulariter attendendus.*

*9, f. 141ᵇ — f. 147ᵇ **Epistulæ Martini IV (1282) et Nicolai III (1279).**

*10, f. 147ᵇ — f. 150ª **Tractatus Bonagnidæ de dispensationibus.** *Attendens ego bonagnida de are . . . co. sed insufficiens canonici iuris professor — licet enim hic libellus sit breuis et*

paruus potest tamen dici ortus iste breuis dulcia poma gerit (leg. *dici: hortus iste* etc.). *Explicit summa de dispensacionibus.*

*11, f. 150^a — f. 159^b **Forma specialis litterarum citatoriarum in causa pecuniaria (summa dictaminis composita per mag. Dominicum Hispanum).** *Sequitur et alia quando rector spoliat clericum — Nos desiderium eius fauore prosequentes bnnoso m' q' et c. Explicit summa dictaminis composita per magistrum dominicum hispanum secundum quam notarii archiepiscoporum uel episcoporum debent notarie officium excercere* (sic).'

*12, f. 159^b — f. 160^a **Epistulæ tres.**

a, *Magnifico uiro domino Carulo suo tamquam domino deuotus eius . . . de Neapoli. et c. Deserende rebellium ceruiositate — semper extollatur augmentis.*

b, *Reuerentissime domine domine ss. dei gratia regine anglie relicte me. h. regis anglie deuotus eius . . . . de N. Prosperis mentis et corporis habundare successibus — si commode poteritis subuenire.*

c, *Edgardo regi anglie deuotus magnificencie sue clericus. R. prosperis semper habundare successibus et se ad mandata paratum — ualeat regia celsitudo per tempora longa feliciter et continuis semper extollatur augmentis.*

*13, f. 160^b — f. 162^b **Epistulæ diversæ atque chartæ ad Angliam pertinentes.** Scripta sunt hæc eadem manu, qua illa, quæ f. 1. 2. 50^b inesse dixi.

A 69. s. XVI membr. 8° f. 4.

Psalmi IV, Græce.

1, f. 1^a *Ψαλμὸς α.* (Versus hexam. 23).

Ὄλβιος ἐστὶν ἐκεῖνος ὅς οὐ σκολιοῖο κελεύθου
Ἴχνια μαστεύει καὶ οὐκ ἄδικα φρονεόντων etc.

2, f. 1^b *Ψαλ. β* (Stroph. sapph. XIII).

Τίπτ' ἀολλίσθη τόσος ὄχλος ὄχλος ἀνδρῶν etc.

3, f. 3^a *Ψαλμὸς η.* (Strophæ X).

Ἄφθιτ' ἄναξ καὶ ἀγητὲ σεῦ οὔνομα ὡς πέλει μέγιστον
θαῦμα βροτοῖσιν, οὗ τὸ μυρίον κλέος
διῆκε κἀπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀώ.

4, f. 3^b *ψαλμὸς ς* (Stroph. sapph. XII).

Μὴ λυγρᾶς μοι δέσποτα λίσσομαι σε etc.

70. s. XV chart. 4° f. 195. Fuit Bongarsii, antea T. Mallessei Castrilucii (Chattelluz),, nec non J. Fontenayii et Millesii cuiusdam.

*1, f. 1^a — f. 2^a **Excerpta varia (laudes) de Francis.** F. 2^b scriptura vacat.

2, f. 3^a — f. 195^b **Origo Francorum.** *CCCLXXV. Post illud famosum et cunctis populis et gentibus notum troiane ciuitatis excidium victoribus grecis cedentes reliquie troianorum pars eorum* — (a. 1308) *suffragiis martirum et monachorum ibi deo seruiencium commendauit.* Adiecta sunt manu sæc. XVI hæc: *Le present*

volume et plusieurs aultres auoient este mis par commandement du grand Roi francois premier de ce nom entre les mains du seigneur paul Emile auecq. plusieurs anciens fragmens Instructions et memoires par messire marc le groing cheualier viconte de la mothe au groing premier gentilhomme de la chambre du roi et despuis preuost de l'hostel et grand preuost de france pour dresser au vrai l'histoire de france ce qui auroit este faict auecq. laide du dict viconte et du S^r de laugay commis par le dict Roi ainsi quil (?) appert par les lettres patentes surce expediees par le chancelier du prat.

In fine codicis post aliquot folia scriptura vacantia nonnulla leguntur **excerpta historiæ Gallicæ** sæc. XV, eodem scripta sæculo, Gallice.

Præterea tegumentis ambobus adhæret **charta membranacea** sæc. XV scripta, Gallice: *à messieurs les venerables doyens du chapitre de la chapelle aux . . . . de benig^ne a dijon.* Nec non in ipso tegumento aliquid hæret Gallice scriptum, sed typis impressum sæc. XV ni fallor exeuntis aut XVI ineuntis artem culinariam Francogallice tradens.

A 70. s. XV chart. et membr. 8° f. 116. Litt. init. pictæ aliquot insunt f. 2ᵃ, f. 101ᵃ, f. 106ᵇ.

1, f. 2ᵃ — f. 98ᵃ **Sallustii bellum Catilinarium et Jugurthinum.**

2, f. 99ᵃ — f. 106ᵃ **Sallustii invectiva in Ciceronem et Ciceronis in Sallustium.**

3, f. 106ᵇ — f. 116ᵃ **Ciceronis oratio in Catilinam I.**

In tegumentis agglutinatæ sunt imagines xylographica arte descriptæ satis vetustæ.

Fol. 1ᵃ habetur **excerptum A. Gellii** de Sallustio (lib. XVII cap. 18).

71. s. XV partim membr. partim chart. fol. 191. Fol. 1ᵇ legitur: *Barbato pertinet emptus in padua pro II flor.....* Fol. 1ᵃ scriptum est: *Liber doctoris petri dar .... anno etc. 1463.*

1, f. 1 — f. 2ᵇ **Tractatus medicus de ingenio sanitatis.**

2, f. 3ᵃ — f. 191 **Tractatus medici diversi, sine titulis. Inserta sunt quædam scholastica** (cf. f. 137ᵇ, f. 142ᵇ).

In fine (f. 191ᵃ) hæc habes: *Explicit liber secundus cum auxilio magni et excelsi et sue gloriose matris Marie et beate barbare et c.* Secuntur aliquot præcepta medica.

Tegumento alteri affixa est **charta membr. Germanice scripta ad annum 1387 pertinens.**

F. 34ᵇ nonnulla Germanice scripta vocabula inveniuntur, diversas hominum occupationes describentia, e. q.: *Snyder, Steynmetz, Smyt, Du^echer, Suster, Burge, Snyder, Kurszner, Smyt, Edelman, Beckre, Apt, Nesteller* etc. Hæc ad taxas quas vocant medicas aliis alias constituendas pertinere videntur. Inter hos tractatus libellum chymicum et Joannis de Gadestein librum de morbis inveniri Sinnerus rettulit III, 11 et III, 71 nescio quo iure.

A 71. s. XVI chart. 8° f. 119.

* **Tractatus alchymicus de metallorum purgatione.** Quædam Germanice, multo plurima Latine scripta sunt. Pro tegumentis sunt fragmenta **Vergilii** Aeneidos sæc. XIII scripta (e lib. VIII et IX).

72. s. IX membr. 4° f. 108. Fuit magistrorum pauperum de Sourbona, cf. f. 1ª (m. s. XIII) et f. 108ᵇ.

1, f. 1ª — f. 107ᵇ **Regulæ pastoralis Gregorii liber scriptus ad Johannem episcopum.**

* 2, f. 107ᵇ — f. 108ª **Capitulatio libri 'scintillæ scripturarum.'** *CAP. I De caritate — XLVIIII De elemosinis.* Ad Carnotenses hic liber olim pertinuisse putandus est; nam legitur f. 107ᵇ hoc hymni initium suprascriptis neumis: *In ciuitate carnotum minister.*

A 72. s. XIII—XIV membr. 12° f. 562. Donavit bibl. Bern. Vincentius quidam Perret V. D. M. a. 1702. Liber nitidissime scriptus est in membrana tenuissima.

Hieronymi Vulgata. In initio unum folium desideratur.

In fine habes **interpretationes Hebræorum nominum secundum alphabetum.** Sequitur **epistula ad Laodicenses,** tum **excerpta ecclesiastica varia,** denique **lectionarii conspectus** et alia **excerpta ecclesiastica** (de annalibus Hebræorum, de dignitate virginum etc.).

73. s. XV chart. 4° pag. 500. Fuit Bongarsii. In tegumenti folio legitur: *Ex studio Seguiniano Seraphiniano tilletiano.* Insunt imagines atramento delineatæ.

1, p. 1 — p. 185 **Chronicum Galliæ (historia regum Francorum).** *Prologus auctoris* (rubr.) *Considerans historie regis francorum prolixitatem — gregorius hoc nomine decimus. Explicit.* Incipit a duce primo Priamo et desinit in Gregorii Papæ X et regis Ludovici tempora (a. 1270).

2, p. 185 — p. 500 **Incipit cronographia regum Francorum subsequentium et quorundam aliorum. Et primo de Philippo quarto.** *Post ludouicum regem francorum deuotissimum philippus quartus filius eius regnat in francia* etc.

p. 379 legitur **kalendarium Regis Navarræ** *(Rex francorum nummularius, Imperator Agrippa, Rex anglie laceratus* etc.) cum explicatione Gallica. Præterea res Flandricæ fusius tanguntur. Vltimo loco **de Gersone** agitur. In fine habes: *Hec est proposicio facta ex parte uniuersitatis parisiensis coram dominis ex sanguine regali et omni consilio qui erant congregati pro reformatione regni anno domini MCCCC quinto sabbato die VII nouembris. et hanc edidit magister Johannes de Gerson cancellarius cathedralis ecclesiæ beate Marie parisius.*

A 73. s. XIII—XIV membr. 12° f. 475. Cum pulchris litt. initialibus. Liber nitidissime in membrana tenuissima scriptus est.

* **Hieronymi Vulgata.** Prologi pars et primi geneseos capitis quædam desunt; in fine leguntur argumenta et prologi in prophetas,

in librum evangeliorum, in epistolas (Pelagii et Hieronymi) et in apocalypsin. In ultimo folio hæc habes: *Hunc librum Simon Lütoldus minister uerbi Dei in Erlenbach in septemuallibus Jonæ Dannmatteeo (Dannmattero?) dono dedit anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto tertia die eiusdem anni 1556.*

74. s. XII membr. 4° f. 196. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ª — f. 59ᵇ **Sulpicii Severi de vita S. Martini libri IV.**

f. 1ª *Incipit epistola seueri ad desiderium de uita sancti martini.*

f. 1ᵇ *Incipiunt capitula libri primi de uita et uirtutibus sancti martini episcopi.*

f. 2ª *Incipit præfatio in uita beati martini.*

f. 2ᵇ *Explicit prologus. Incipit liber primus* etc.

f. 16ª *Explicit liber primus* etc. *Incipit epistola seueri ad eusebium præsbiterum postea episcopum.*

f. 18ª *Explicit epistola seueri. Incipit alia eiusdem ad aurelium diaconum.*

f. 20ª *Incipit epistola seueri sulpicii ad socrum suam qualiter beatus martinus de hoc mundo migrauerit.*

f. 22ᵇ *Incipiunt capitula dialogi seueri.*

f. 38ᵇ *Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tercii.*

f. 48ᵇ *Incipiunt capitula libri IIII^ti.*

2, f. 59ᵇ — f. 60ᵇ **Epistula de transitu Sancti Martini episcopi.** *Archadii uero et honorii secundo imperii anno — anni quadringenti duodecim computantur.*

3, f. 61ª — f. 133ª **Gregorii Turonici libri IV de virtutibus Sancti Martini, præmissa capitulatione.** *Georgius florenti. gregori turonici Incipit liber primus de virtutibus sancti martini episcopi* (rubr.).

F. 133ᵇ scriptura vacat.

4, f. 134ª — f. 154ᵇ **Præfatio Amphilochii episcopi Iconii in vita et miraculis sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociæ cum vita eiusdem.**

5, f. 155ª — f. 193ᵇ **Præfatio domni Bernardi Abbatis Clarevallensis in vita Sancti Malachiæ episcopi, cum vita eiusdem.**

6, f. 193ᵇ — f. 196ᵇ **Sermo eiusdem domni Bernardi Clarevallensis de eodem sancto.**

A74. s. XVI chart. 12° f. 94.

Wolfgangi Musculi itinerarium conventus Isnachii a. 1536. Hæc partim Latine, partim Germanice scripta multa continent, quæ ad conventum Isenacensem et Martinum Lutherum spectant; in fine legitur *litteræ D. Lutheri quas nobis misit Isenacum 12 Maii anno 1536 (Venerabili in Domino uiro Wolfgango Capitoni ministro ecclesie Argentinensis suo in Christo fratri).* In ultima vero pagina habes carmen Latinum VIII versuum (distich.), cuius initium hoc est:

Est graue constanti deducere cœpta tenore
Molestamque adeo continuare uiam etc.

Cf. Streuber Berner Taschenbuch ed. Lauterburg 1860, p. 27 seq.

75. s. XII membr. 4° f. 160 binis columnis scriptus.
Commentarius in psalmos. *Cum omnes prophetias spiritus sancti reuelatione constet esse locutos* etc. Continet comment. in psalmos 1—74. Inde a f. 153ª usque ad finem nomina Augustini et Cassiani (AG., CAS.) singulis paginis superscripta sunt. Vide cod. nr. 76.

76. s. XII membr. 4° f. 160.
Commentarius in psalmos. Est continuatio cod. 75 et continet comment. in psalmos 75—150.

A 76. s. XIV—XV chart. 12° fol. 137. Liber Cartusien. in Basilea.
* **Speculum peccatorum.** Insunt tractatus theologici diversi, velut f. 3ª *Recommendatio infirmantium,* f. 18ª *orationes compendiosæ de passione Christi,* f. 26ª *de sanctissima passione Domini,* f. 63ᵇ *Reuelatio Sanctæ Katharinæ,* f. 64ª *confessionarium,* f. 67ª *speculum peccatorum,* f. 81ª *Basilius de cella,* f. 90ª *orationes pro diuersis natalibus,* f. 91ª *uersus ad cellicolam (Regula carthusie dos (?) ut caro nostra teratur* etc.*),* f. 91ᵇ *Tractatus de informatione spiritualis uitæ ac uirtute et profectu religiosorum a fratre Bon. generalis ordinis fratrum minorum et sacræ theologie magistro compilatus,* f. 106ª *incipit paruula direccio exercicii spiritualis religiose uiuentium per ebdomadam* etc., f. 109ª *Seraphicus doctor Bonauen. dicitur tradidisse supscriptam doctrinam* etc., f. 110ª *de pusillanimitate,* f. 113ª *Sanctus ieronimus de essencia trinitatis uel deitatis et de dictis de deo,* f. 121ᵇ *Dominus Johannes de grinonde,* f. 126ª *epistola domini Bonauenture cardinalis de modo compendioso proficiendi.*
A Sinnero non nisi tractatus ultimus memoratur falso numero 476 (tom. I p. 30).

77. s. XV chart. 4° f. 126, olim Bongarsii.
Ce sont croniques extraictes et abregees des livres de monseigneur Baudouyn d'Avesnes († 1289) *filz jadis de la contesse Marguerite de Flandres et de Haynau qui fut moult sage homs et en assembla de plusieurs livres et cy apres s'ensuivent les chapitres dont ce livre fait mencion.* Incipit *de la formacion d'Adam et Eve* (f. 4ª), desinit fol. 126 in anno 1350, ubi hæc leguntur: *En ce temps assemblerent les nobles de plusieurs contrees et fut le pais de beaunoins et d'entour aus en plusieurs lieux et le peuple tue et leurs richesses tollies, dont grant plante en avoient. Lors assembla le regent des nobles hommes jusque a xl^m. ou plus et alla assegier Paris. Et requist conseil a ses .... amys comment il pourrait sa guerre mener contre ceulx qui lui et ses amys guerroient si cruelement. La eult conseil le regent comme sa bataille faisoit contre ceulx de Paris et il fust victorieux et il l'abandonnast a destruire aux nobles homes, moult seroit merveilleuse la perte et mult grant anny en pourroit avoir le roy Jehan son pere....*
C. Dom Bouquet XXI, 160 seq.

A 77. s. XIV—XV chart. 12° f. 151. Liber Cartusien. in Basilea donatus a domino Nicolao Rusch magistro Zunfftarum (sic) Basilien.
Cursus de omnibus Sanctis.

Continentur in hoc libro ista:
* f. 2a *Oratio de Sancto Albano et de Sancta Vrsula.*
f. 3a *Cursus de trinitate.*
f. 13a *Cursus pro defunctis fidelibus animabus.*
f. 24a *Cursus de omnibus sanctis.*
* f. 32b *Cursus de corpore Christi.*
* f. 43b *Cursus de passione domini.*
* f. 59b *Cursus de passione Mariæ uirginis.*
* f. 73b *Cursus de anima Christi.*
* f. 81b *Cursus de misericordia domini.*
* f. 90b *Cursus pro peccatis.*
* f. 98b *Cursus de septem gaudiis beatæ Mariæ uirginis.*
* f. 116a *Missa multum salutifera.*
* f. 135a *Orationes deuotæ adiungendæ horis canonicis.*
* f. 143a *Gratiarum actiones deuotissimæ passionis Christi.*
* f. 151a *Horæ de doloribus B. Mariæ uirginis.*

78. s. XII membr. 4° f. 124.
Prologus Vilelmi in vita Sancti Bernardi Clarevallis Abbatis, cum vita eiusdem (libri V).

f. 42a legitur: *Subscriptio operis præcedentis quam auctore defuncto burchardus abbas valernensis apposuit.*

f. 43a *Explicit liber primus de uita sancti bernardi clareuallis abbatis. Incipit præfatio hernaldi boneuallis abbatis in secundo libro uitæ eiusdem.*

f. 73b *Incipit prologus in ultimos tres libellos de uita eiusdem.*

f. 124a *Explicit liber quintus de uita sancti bernardi clareuallis abbatis sermo eiusdem de eodem in anniuersaria die depositionis ipsius.*
Hæc omnia rubro colore scripta sunt; opusculi illius, cuius ultimo loco mentio fit, non nisi hæc vocabula supersunt:

f. 124a *]uam dulcis. | hodie dilectissimi deuotis filiis.*

A 78. s. XIV membr. et chart. 12° f. 200.
Varia opera Raymundi Lullii.

1, f. 1a — f. 24b **Lapidarium Raymundi Lulii.**
2, f. 25a — f. 31b **Ars conversionis Mercurii et Saturni in aurum et argentum et conservationis humani corporis. Romæ a. 1332.**
3, f. 32a **Epistola super compendium Raymundi.**
4, f. 33a — f. 59b **Liber eximii doctoris Raymondi Lulii qui est eius appertorium alkimie.**
5, f. 60a — f. 71b **Rubrica de augmentatione seu multiplicatione ipsorum lapidum.**
6, f. 72a — f. 78b **Epistola attractionis** (suprascr. **accurtationis**) **lapidis benedicti Raymundi Lulii missa regi Roberto.**
7, f. 79a — f. 94b **Appertorium abreviatum Raymundi Lulii.**

8, f. 95ª — f. 134ᵇ **Extracta ex tertio libro quintæ essentiæ Raymundi Lulii.**

9, f. 135ª — f. 141ª **Conclusio summatim ad intellectum codicilli et testamenti et aliorum librorum nostrorum.... liber nominatus Repertorium Raymundi Lulii.**

10, f. 141ᵇ — f. 145ª **Dictamen venerabilis doctoris nostri Raymundi Lulii super compositionem lapidis philosophorum.** Est Gallice scriptum cum interpretatione Latina; in fine legitur: *Explicit carmen.*

11, f. 145ª — f. 148ª **Amphorismi** (sic) **operis philozophici alkimie.**

12, f. 148ª — f. 150ª **Secretum de rectitudine aquæ in Mercurium.**

13, f. 150ª — f. 154ᵇ **Extracta ex libro qui dicitur: Liber de intentione alkymistarum, Raymundi Lulii.**

14, f. 155ª — f. 156ᵇ **Tractatus de circulatione et convenientia elementorum.**

15, f. 157ª — f. 169ᵇ **Parvus tractatus ex testamento venerabilis doctoris Raymundi Lulii abstractus per Petrum de Preriau super veram compositionem lapidis philosophorum.**

16, f. 170ª — f. 173ᵇ **Liber Mercuriorum.**

17, f. 174ª — f. 184ª **Nobilis instructio et multum excellens res et valde mirabilis super factum alkymiæ.**

18, f. 184ᵇ — f. 189ᵇ **Tractatus de congelatione Mercurii per herbas Raymundi Lulii.**

19, f. 190ª — f. 200ª] **Tractatus de investigatione secreti occulti Raymundi Lulii.**

79. s. XIII membr. 4° f. 141.

Gregorii papæ Homiliarum in Ezechiel. libr. I, 1—12 (5 incipit fol. 35, 6 fol. 41; 12 mutilata in fine) **versio Gallica.** Inc. *Ci encomencet li prefai del bieneureit Gregoire l'apostoile de Rome. a son tres chier frere marien l'eueske. Gregoires li serianz des serianz damedex saluit en iesu crist.* (*Prologue:*) *Ju auoie mis en vuli* (?) *les omelies ke traites sunt del bieneurous Ezechiel ensi cum ie les reconteue devant lo peule por la grant noise des encanceons ki m'assailiuet.*

Expl. *Mestiers estoit dons k'il fust apeleiz filz d'omme entre les repostes choses k'il trespercieuet. por ceu k'il conissest a des k'il estoit ensi k'il iors ne s'esleuest decele choses ou il estoit moneiz. ce qu'est ke nostre sires.. elevet lo prophete fil d'omme ki estoit si souent susleueiz as haltes choses. se por ceu k'il lo uoloit faire remenbrant de sa propre enfarmeteit. por ceu k'il consachanz de son enfarme condicion ne s'esleuest en sa panse por la grande.* Respondent hæc ultima verba eis quæ leguntur in Greg. homil. libr. I, 12 (v. St. Greg. opera, Paris 1605 I p. 1134 B) *ut conscius conditionis infirmæ elevari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis suæ.*

A 79. an. 1700. chart. 16° f. 119.

Expositio cabbalistica psalmorum Davidis. cum charact. magicis, Italice. Inc. *Vere virtù de salmi di David rè d'Israel, tratti dagli antichi cabalisti et dall' ebraica lingua con fedeltà tradotti con l'intelligense et caratteri; et ogni salmo serue per dimostrare quali virtù siano o possono essere ne' salmi di Dauid. Questo dunque e il uero nome di Elim. cioè Virtù de salmi di Dauid tratto dall' Ebraico di mano propria Jabacadai Gietigia gran cabalista.*. Cf. Sinner I, 32 — 34.

80. s. XV chart. 4° f. XIII et 193. In tegumentis ambobus picturæ duæ extant tormenta militaria describentes. Multa folia perierunt.

1, f. I[a] — XIII[b] **Calendarium.** In fine legitur:

Item uersus horum signorum.
Sunt aries minuendo bona aquarius libra sagitta
Thaurus et ipse leo capricornus sunt mala uirgo
Scorpio et pisces gemini cancer sunt mediocres.

2, f. 1[a] — f. 193[a] **Collectio tractatuum medicinalium instituta per Johannem Getzenhenne de Drechtungeshusen anno domini millesimo CCCC° vicesimo quinto in vigilia nativitatis gloriosæ virginis Mariæ.** Opus titulo caret; sed habes ea, quæ supra posuimus, f. 193[a]. Insunt f. 1 *liber ysagnarum*; f. 23 *de febribus*, f. 58 *de urina;* f. 76 *liber pulsuum philareti* (in fine f. 80: *liber theopholi de pulsubus); f.* 82 *liber regni galieni;* f. 124 *præcepta de cibis, qui singulis mensibus sumendi sint;* f. 125[b] *de fleubotomationibus;* f. 127[b] *uirtutes herbarum per metra;* f. 130 *de destillatione;* f. 135 *de corporis humani partibus;* f. 152 *de uirtutibus herbarum;* f. 160[b] *practica puerorum;* f. 162 præcepta medica varia; f. 167 *de membris,* cum versibus; f. 182 *de digestione;* f. 186 *liber ponderum,* cum tabula; f. 193 præcepta pauca medica.

A 80. s. XVI chart. 12° f. 110.

Territii ethica Christiana.

81. s. XV chart. 2° f. 262, absolutus a. 163 = 1403 p. Chr.

Dav. Kimchi, liber radicum. Scripsit Isaac quidam fil. Simcha. — Sinnerus numerum omisit III, 308.

A 81. s. XV chart. 32° f. 260. Liber Cartusien. Basil. minorum.

Rosarius Beatæ Annæ et virginis Mariæ. Insunt multæ precationes et hymni in honorem Annæ et Mariæ scripti. Quæ in foliis 259 et 260 leguntur, Germanice scripta sunt.

82. s. XV membr. 4° f. 104.

1, f. 1 — f. 52[a] **L'istoire de la passion notre saulueur.** Vita Christi secundum libr. evang. cum patrum explicationibus et præceptis moralibus. Inc. *Selon la sentence du philosophe Aristote en son premier liure de phisique qui veult auoir congnoissance d'aucune chouse, il doit premierement des causes enquerir et demander; pourtant nous qui voulons l'istoire de la passion notre saulueur, nous deuons scauoir que trois chouses furent*

principalles de sa mort, les deux de mauvaise voulente. La premiere fut des juifs l'enuie....

f. 44b .. *et pourtant celuy qui ceste presente euure a compillee et de diuers liures extraicte prie que ceulx qui ceste presente passion liront qu'ilz aient memoire des chouses qui dedens ceste passion liront s'ont coustume a l'onneur de ceulx et de dieu qui perdurablement et sans fin regne et regnera. explicit.*

f. 45a *Le testament ainsi acheue, nostre sgr regarda luciffer qui se tenoit sur ung des bras de la croix pour entandre quelle fin il feroit....*

f. 52a ... *et en ses parolles fut reconffortee la virge marie et lors elle reffrignit ses douleurs en esperance et certaine attante de estre prouchainement conssoullee de la ressurrection de laquelle nous veille faire participant le pere, le filz et le saint esperit ung dieu, une trinite. Amen deo gracias. Explicit Duvergier.*

2, f. 52a — f. 52b **Miraculum quoddam**, Latine, ab alia manu exaratum: *Quædam paupercula nuper fuit muliercula reclusa que toto cordis affectu numerum scire cupiens cicatricum domini nostri iesu, ut eas debite honorificeque venerari posset deuotione non modica....*

*3, f. 52b — f. 53b **Invocatio Dei, sermone Latino.**

*4, f. 54a — f. 104 **Miracula virginis Mariæ composita a Jehan le conte, Gallice.** Inc. *Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona duodecim stellarum c'est a dire que vng grant signe est apparu ou ciel, c'est a scauoir vne femme vestue......*

f. 54a (lin. 25) .. *elle eut apres son filz sus toutes aultres auctorite et puissance de faire miracles et donner aide et confort a tous ceulx qui deuotement la requerront si qe il appert par plussrs belles miracles glorieux et exemples qui s'ensuyvent concueillies et assembleez de plussrs histoires liures et volumez que ie frè Jehan le conte de l'ordre des freres mineurs au commendement de tres noble et redoubte seigneur et prince pierre d'alencon [† 1404] et au plaisir de ma noble et puissante damme madamme marie sa femme ay mis par ordre en langaige francoys et premierement racompteray de theophille comment la glorieuse virge marie l'apaisa....*

A 82. s. XV chart. 32° f. 208. Fuit olim Carthus. Basil.

1, f. 1a — f. 24b **Epistola domini Bonaventuræ Cardinalis de modo proficiendi compendioso.**

*2, f. 25a — f. 32b **Psalterium beatissimæ virginis Mariæ in tria distinctum rosaria.** Est typis expressum.

*3, f. 34a — f. 42b **Alphabetum parvum boni religiosi in schola dei ordinatum a domino Sancto Bonaventura.**

4, f. 43a — f. 46b **Alphabetum religiosorum incipientium eiusdem Bonaventuræ.**

*5, f. 47a — f. 69b **Precationes diversæ devotæ.**

*6, f. 70a — f. 70b **De S. Adelheydi imperatrice.**

*7, f. 71a — f. 76a **Oratio B. Mechtildis virginis.**

*8, f. 76b — f. 169b **Precationes diversæ.**

*9, f. 170a — f. 181b **Excerpta de dictis sanctorum doctorum de diversis defectibus et negligentiis.** In fine habes: *Istam materiam excopiaui de originali quod allatum fuit per dominum heinricum de Colonia de Cartusia 1472 et intellexi quod hanc practicam ibidem seruant.*

*10, f. 184a — f. 208b **Precationes diversæ.**

83. s. X membr. 4° f. II et 154. F. 1a et passim: *liber sancti remigii rem.* (Remensis). F. 1b in marg. inf. *LIBER FRATRIS EMMONIS DONO TEVTBOLDI AD OBSEQVIVM SANCTI REMIGII. scripsit illi partim frater uuarinus partim hernardus clericus.*

*1, f. Ib — IIa sæc. X **Fragmentum chartæ,** qua de donatione aliqua agi videtur. Sanctorum Remigii et Germani mentio fit.

2, f. 1a — f. 17a **Observationes grammaticæ variæ, sine titulo.** *Illud quod horatius ait — ut claudo carmen subdo libenter amen.* Excerpsi in anecdotis Helveticis p. 172—183, cf. ib. præf. p. CIII. Multa similia sunt eorum, quæ in Ermenrici ad Grimoldum epistula leguntur, cf. ed. Dümmleri a. 1873.

*3, f. 17a **Breve glossarium Latinum.** *Moris est consuetudinis est — angelus domini idest filius quid est angelus domini angelus magni consilii.*
F. 17b scriptura vacat.

4, f. 18a — f. 62b **Nonii Marcelli liber quartus.** In Luciani Muelleri usum contulit Adolphus Hartmannus uxoris meæ frater.

5, f. 63a — f. 74a **Observationes grammaticæ variæ.** *Beatus hieronimus in libro hebraicorum nominum — Non strab. quatenus est stratum uero genris.* Excerpta dedi in anecdotis Helveticis grammaticis p. 183—188 et præf. p. CIV. Cf. ad nr. 2.
F. 74b et 75a scriptura vacant.

6, f. 75b — f. 77a **Flacci Albini (Alcuini) de saltu lunæ ad Carolum regem. (Alc. ep. I, 81 ed. Frob.)** In margine legitur: *KARLUM quem Dauid uocat.*

7, f. 77b — f. 85b **De sex ætatibus mundi (Bedæ) cum historia regum Francorum, præcipue Caroli magni.** *Adam cum esset centum triginta annorum genuit seth — Imperator hludouuicus hlutharium filium suum in imperio cum consilio francorum constituit.* Cf. Pertz Archiv V p. 486 seq.

8, f. 86a **Nomina regum Francorum.** *Hlotharius regnauit annos XLIIII — Hludouuicus annos XL.*

9, f. 86a **Nomina Abbatum monasterii Sancti Vedasti. Sine titulo.** *ANNO AB INCARNATIONE DOMINI DCLXXXVIIII ET ANNO VII REGNI THEODERICI REGIS Atta abba cœpit regere monasterium sci uedasti eumque sub suo regimine tenuit annos XX — Adalungus annos XXX. Folcho* (*h* del.) *annos IIII.*

*10, **Tabula ponderum et mensurarum, cum siglis.** *I as unc. XII — Minamque quam greci mnan uocant centum dragmis appenditur. Tympanum quippe est pellis in ligno extensa.* Postrema male ceteris adglutinata sunt.

*11, f. 87ª — f. 90ᵇ **Hieronymi epistula ad Vincentium scripta, cum epitoma chronicæ.** *EVSEBIUS HIERONIM' VI*CEN*TIO et SVIS SALVTEM. Vetus iste dissertorum mos fuit ut exercendi ingenii causa græcos libros — in terra nostra barbaris incerta sunt omnia. EXPLICIT PRÆFATIO. INCIPIT EPITOMA. Moyses gentis hebrææ qui primus — quæ uniuersa in suis locis cum summa breuitatæ ponemus. ualete.*

12, f. 90ᵇ — f. 99ᵇ **Isidori Hispaniensis Chronica (= vol. VII, 63 seq. ed. Areval.).**

13, f. 99ᵇ — f. 100ᵇ **Eiusdem laus Gothorum (= ib. VII, 109).**

14, f. 100ᵇ — f. 101ª **Laus Hispaniæ provinciæ eiusdem (= ib. VII, 107).**

*15, f. 101ª — f. 102ª **Augustinus ad Casulanum Presbyterum de ieiunio sabbati.** *Quisquis dominicum diem ieiunio decernendum putauerit — et quod facit ipse sine ullo scrupulo uel disceptatione sectare.*

*16, f. 102ᵇ **Glossarium Græco-Latinum.** *ΔPIAΔEC deæ syluarum sunt — ex his componitur creagra.* Edidi in anecdotis Helveticis præf. p. C—CI.

*17, f. 103ªᵇ sæc. XII **Fragmentum libri missalis.**

18, f. 104ª — f. 154ᵇ sæc. XI—XII **Pauli Diaconi de gestis Langobardorum libri VI, mutil. a calce.** Desinit in hæc verba: *At liutprandus postquam XXXᵗᵃ et uno annis VIIᵗᵉᵐ que mensibus principatum obtinuit iam ætate maturus huius uitæ cursum expleuit corpusque eius* etc.

A 83. s. XV membr. 32° f. 204. Fuit Cartusiens. in Basilea.

1, f. 1ª — f. 32ᵇ **De Sancto Hugone Lincolniensi episcopo ordinis Cartusiensis meditationes et supplicationes, cum oratione de eodem.**

*2, f. 33ª — f. 72ᵇ **De dulcissimo doctore Gregorio Papa meditationes.**

3, f. 73ª — f. 102ª **De Sancto Jheronimo meditationes.**

*4, f. 104ª — f. 116ᵇ **De Sancto Augustino meditationes.**

*5, f. 117ª — f. 131ᵇ **De Sancto Ambrosio meditationes.**

*6, f. 133ª — f. 150ª **De B. Bernardo meditationes.**

*7, f. 150ᵇ — f. 153ª **Oratio ad S. Thomam Canthuariensem.**

*8, f. 155ª — f. 180ᵇ **De S. Servatio Tungrensis ecclesiæ episcope meditationes.**

*9, f. 181ª — f. 197ᵇ **De S. Abbate Anthonio med.**

*10, f. 198ª — f. 203ᵇ **De Pontifice Nicolao.**

In fine hæc habes (f. 204ª): *Finitur anno domini 1475 circa*

festum Sancti Johannis Baptiste per manus fratris iohannis gips; müller Cartus. in Basilea minori.

84. s. XV chart. 4° f. 335.

Petri Richardi versionis Gallicæ castelli fidei Christianæ libri IV et V.

f. 1 — f. 267ª continent libr. IV, cuius initium extat apud Sinn. I, 69 seq. Incipit: *Cy commence le quatriesme liure de la fortresse de la foy, lequel parle de la naissance de Machomet en trois manieres. Apres ce que la bataille des juifz* etc.

f. 268 — f. 335ᵇ continent libr. V. Incipit: *Cy commence le cinquiesme et derrenier liure de ce present volume intitule la fortresse de la foy .... (l. 13) douze consideracions me viennent au deuant en l'entendement a traictier touchant la bataille des dyables. La premiere sera a sauoir s'il est des dyables et quelle chose c'est et de leur noblesse et nature, la seconde sera de leur science, la tierce sera de la bataille des dyables au ciel, la quarte sera de leur habitacion, la quinte sera de leur puissance et preeminence, la sixiesme sera de la bataille des dyables contre le gendre humain depuis quilz cheyrent du ciel jusques a l'aduenement de Jhesu crist, la septieme sera de la perdicion de la seignourie des dyables, la huitiesme sera des proprietez et malices des dyables, la neufiesme sera de la bataille des dyables apres l'aduenement de Jhesu crist, la xᵉ sera de la diuersite des dyables assauoir son puet auoir esperitz familliers, la vnzieme sera de la qualite et figure des corps esquelz les dyables apperent et assauoir s'ilz peuent entrer es corps humains ou es ames, la douzieme sera par quelle fin la bataille des dyables doit cesser.*

Explicit: *Ce present volume a este translate de latin en francois par Pierre Richart dit l'oiselet, prestre et cure de Marques.* A manu Bongarsii hæc notata sunt in folio 1: *ce liure a este escrit l'an 1460 comme il est marque cy apres.*

A84. s. XIV—XV membr. 8° f. 119. Insunt picturæ nobilissimæ. f: 11ᵇ, 15ᵇ, 25ᵇ seq., 29ᵇ, 40ᵇ, 47ᵇ, 51ᵇ etc. Perquisivit Piperus prof. Berolinensis a. 1860.

1, f. 1ª — f. 6ᵇ **Calendarium.**

2, f. 7ª — f. 113ª **Missale (precationum collectio).** *Incipiunt hore de sancta cruce* etc.

f. 113ª seq. usque ad finem nonnullæ precationes leguntur Nederlandice scriptæ: *Dit ghebet suldi lesen wanneer dz ghidat helighe sacrament begheert te ontfanghen. O Heilich lichæm gods ontfærint hu ouer mynen ærmen sondeghe lichæm* etc. Gremaud abbas, qui hunc librum inspexit, hæc adnotavit: *Ni un bréviaire ni un missel, mais simplement un Recueil de divers Offices et Prières.*

85. s. IX membr. 4° f. 147. Insunt picturæ memorabiles quattuor evangelistarum imagines capitibus ferinis describentes, quas imitando expressit Piperus, prof. Berol. 1860.

1, f. 1ª — f. 146ᵇ **Hieronymi versio testamenti novi (quattuor evangelia).**

*2, f. 147[ab] **Fragmentum precaria nonnulla continens, mutil. ab initio et a calce:** ...... *tibi angelum præuium præstitisti — et comes esse ... luisti.*

Exempli gratia hæc leguntur f. 147[a] col. 1 inf.: *IN TEMPR. BELLI. .... usque æternæ deus te toto corde prostrati suppliciter exorantes ut et preteritorum nobis concedas ueniam delictorum et ab omni mortalitatis incursu continua nos miseratione protegas quia tunc defensionem tuam nos* (corr. *non*) *diffidimus adfuturam cum a nobis ea quibus te offendimus dignanter expuleris per christum.*

A 85. Deest hodie; de hoc adnotavit Sinn. I, 108 hæc: *Scipione Lentulo ministro libro della chiesa di Chiauenna da notarsi le cose che alla giornata si risolvano fatto nel 1568.*

86. s. XIV membr. 2° f. 485. Fuit Bongarsii et ante eum Marnat cuiusdam (a. 1559).

Corpus iuris Justiniani.

f. 1[a] — f. 130[b] Justiniani codicis lib. I—XII.
f. 130[a] — f. 179[b] liber constitutionum novellarum.
f. 180[a] — f. 199[b] Institutiones.
f. 200[a] — f. 482[b] Digestum vetus lib. I—L.
Inde a f. 483[a] usque ad finem secuntur singulorum librorum quæ vocantur rubricæ.

A 86. s. XVI chart. 2° f. 386.

Descriptio sive narratio rerum gestarum a duobus primis Hebræorum Regibus Saulo et Davide, auctore Scipione Lentulo. Clavennæ 1595, Italice.

87. s. XI init. (a. 1004) membr. 2° f. 18.

Fol. 1[b] manu sæc. XIV legitur: *Werinharius episcopus dedit sancte Marie.* Conferendus est codex similis argumenti nec tamen eiusdem nr. 299.

F. 1[a] scriptura vacat.

Libri Anicii Manlii Severini Boetii artis Geometriæ et Arithmeticæ numero V ab Euclide translati de Græco in Latinum. Addita sunt multa ex agrimensorum scriptis excerpta.

Insunt figuræ mathematicæ.

f. 1[a] *INCIPIVNT LIBRI* etc. — *DE GRECO IN LATINUM. REGVLA ARTIS GEOMETRIÆ QVÆ EST FONS SENSVVM ET ORIGO DICTIONVM Geometria est disciplina magnitudinis immobilis formarumque descriptio contemplatiua* etc. — *ideo extraclusus quia ultra limites finitimos cluditur.*

f. 2[a] *DE CONTROVERSIIS. Controuersiarum materiæ sunt duæ. Finis et locus — de aqua pluuiæ accessu. de itineribus.*

f. 2[a] *DE POSITIONE TERMINORVM. Controuersia est inter duos pluresque uicinos — huiusmodi litigium teminetur* (sic).

f. 2[b] *DE ALLVBIONE. Genera controuersiarum ex flumine hæc sunt. Non quod de occupatis agris agitur — quoniam non possessoris negligentia sed tempestatis uiolentia apparet arreptum.*

f. 2ᵇ *DE SVBSICCIVIS AGRIS. Ager subsiciuus secundum suas determinationes — sed totum hic iudicandi hominem artificem oportebit.*

f. 3ᵃ *NOMINA AGRIMENSORVM. Igini Juli frontini. Siculi. Flacci. Ageni. Vrbici — Imperatoris Honorii iussu. Imperatoris Constantini iussu.*

f. 3ᵃ *NOMINA LAPIDVM FINALIVM ET ARCARVM POSITIONES. Ortogonus rectus rectum angulum mittit — Masuleus. Arca finalis. Cippus. Kalafiones.*

f. 3ᵃ *INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI HVIVS. Tu qui uis perfectus esse geometricus lege ista omnia quæ capitulata sunt subterius. Nam inprimis scire te oportet — quod* (corr. *quot*) *in partes sit diuisio. Si scis ista omnia ad plenitudinem nosti locorum segregationem. Nam qui ignora*ⁿ*t regulam huius artis multa opponunt falsa pro ueris.*

f. 3ᵇ *EXPLICIT.* ^LIBER^ *INCIPIT. ANICII MANLII SEVERINI BŒTII GEOMETRICORVM. II. AB EVCLIDE TRANSLATVS. Δ[Q]uomodo inuenta est geometria? M. Inuentam esse geometriam œgiptii dicunt pro necessitate terminorum terræ quos nilus inundationis tempore infundebat. Δ. Vnde uocata est geometria? M. Geometria nominata est — Δ Quæ sunt in demonstratione geometrica? M. Propositio. dispotio* (sic). *distributio. descriptio. demonstratio et conclusio.*

f. 3ᵇ sine titulo, sed unius lineæ spatio vacuo relicto:

[R]estat autem nobis profundissimam quandam tradere disciplinam quæ ad omnem naturæ uim rerumque integritatem maxima ratione pertineat — Minoris uero numeri aliqua pars unus ses. atque idem per partes secundum maiorum normam multitudinemque protenditur.

f. 4ᵇ *DE PARIBVS ET IMPARIBVS NVMERIS. [D]escriptio autem quæ subposita est hoc modo facta est. Quantoscumque in ordine pariter parium numerorum — et rursus XXVIII et XII si iungas faciunt XL.*

(Hinc sequitur alia pars, quæ a cod. 299 f. 6ᵇ abest: *quorum XX medietas medius eorum terminus inuenitur. At uero ubi duas medietates habent utræque extremitates iunctæ utrisque medietatibus — qua in re manifestum est hunc numerum ex superioribus duobus esse procreatum quoniam eorum retinet proprietates.)*

f. 4ᵇ *Quoniam autem naturaliter et secundum propriam ordinis consequentiam — Si igitur duo prima latera propositæ formulæ quæ faciunt angulum sub uno ad X.*

(Postrema verba, scilicet: *usque nunc uero propositum ad sequentia conuertamus* omissa sunt, cf. cod. Bern. 299 f. 6ᵇ. Sed codex noster multo plura habet, quam cod. 299: nam post verba: *speciem esse monstrauimus* cod. 299 nihil habet nisi: *et reliq.*, noster vero particulam satis amplam:

licet hoc nobis posterioris operis ordine clarescat hic quoque perstringentes id quod proposuimus planissime breuiterque, doceamus. Sit enim talis descriptio in qua ponatur in ordine — et ad scien-

tiam utilissima et ad exercitationem iocundissima. Si igitur duo prima etc.)

f. 5^a (titulus omissus est, cf. cod. 299 f. 6^b) *[P]rincipium mensuræ punctum uocatur cum medium tenet figuræ — ad lineæ terminos duæ rectæ lineæ subiunguntur.*

f. 5^b *DE TRIANGVLI RATIONE ET LINEARVM. Ad datum punctum datæ rectæ lineæ æqualem rectam lineam collocare duabus inæqualibus — qui sub duobus reliquis lateribus continetur. EXPLICIT RATIO ANGVLORVM.*

f. 6^a *Si sint duæ rectæ lineæ quarum una quidem indiuisa altera uero — dato rectolineo cum collocare quadratum. EXPLICIT LIB. III.*

f. 6^b *INCIPIT LIB. IIII. ANICII MANLII SEVERINI BOETII AB ECLIDE* (sic) *TRANSLATVS. [S]i in circulo per centrum linea quædam recta dirigatur — multiplicationibus suis .....* (quiddam?) *excedentes atque alternatim portionibus suis terminum facientes.*

f. 7^a (sine titulo, cf. cod. 299 f. 11^a) *Ad dato puncto datas rectas lineas ducere quæ datum circulum tangant — qui maior potestas limitum rectarum ripæ uen. confirmant.*

f. 7^a *DE INTERNA RATIONE ET NON RECIPIENDOS* (corr. — *DIS*) *LIMITES* (corr. *TIB*;) *Sunt et medii termini qui dicuntur epidonici pede longum et crassum — centuria habet in se iugera. CC.*

f. 7^b *INCIPIT ALTERCATIO DVORVM GEOMETRICORVM DE FIGVRIS NVMERIS ET MENSVRIS. [Q]uoniam diuersæ formæ agrorum ueniunt in disputationem — in distributione figuræ. In demonstratione summitas in conclusione extremitas. EXPLICIT. ANICII. MANLII. SEVERINI. BŒTII. LIB. V. ARTIS GEOMETRIÆ DE GRECO IN LATINVM TRANSLATVS AB EVCLIDE PERITISSIMO GEOMETRICO. Hi namque libri continent numerorum causas et diuisiones circulorum et omnium figurarum rationes extremitatum et summitatum genera angulorum et mensurarum expositiones.*

f. 8^b (tractatus de geometria, sine titulo; deest in codice 299)
[G]eometriæ disciplina primum ab ægiptiis reperta dicitur quod inundante nilo et omnium possessionibus limo obductis — Duco .i. latus per aliud fiunt .II. d. quæ faciunt iugera VIII. tabulas II. perticas LII.

f. 9^b — f. 12^b (sine titulo, cf. cod. 299 f. 14^a — f. 21^a) *[P]odismi mensurarum genera sunt tria. Rectum planum solidum. Rectum est — Miliarius habet I. passus. ped. V. Stadia VIII.*

f. 12^b *DE MENSVRIS. Mensura est quicquid pondere capacitate longitudine latitudine altitudine animoque finitur. Cuius genera sunt tria. Rectum planum solidum — pedes in palmos palmos in uncias et uncias in digitos diuiserunt.*

f. 12^b (sine titulo, scriptura continuata, cf. cod. 299 f. 41^a) *Digitus est pars minima agrestium mensurarum. Inde uncia habet digitos III. Palmus autem IIII digitos habet — In numero enim centuriæ multiplicatæ sunt sed nomen mutare non potuerunt.*

f. 13^a (sine titulo, scriptura continuata, cf. cod. 299 f. 22^a) *Si quis*

uoluerit per unum latus octogonum designare ita ut habeat pedes X aut quantum uoluerit. super mediam lineam circinum figis — quadrati ea mensura et facies octogonum.

f. 13ᵃ *DE AGRIS. Ager latine appellari dicitur eo quod in eo agatur aliquid. Alii agrum ex greco nominare manifestius credunt — Item subseciua qui in diuisura agri non efficiunt. Centuria idest iugera ccᵗᵃ.*

f. 13ᵃ *DE LIMITIB; CONSTITVENDIS. Ab hoc exemplo antiqui mensuras agrorum normalis longitudinis incluserunt. Primum duos limites constituerunt — sicut supra diximus et ab eis strigas et scama uocauerunt.*

f. 13ᵃ *DE IVGERIB; METIENDIS* (cf. cod. 299 f. 25ᵃ) *Castrenses iugerus quadratus habet per. CCLXXXVIII. Pedes autem quadratos XXVIII DCCC idest per latus .i. perticas XVIII — tot igitur quadratas perticas in hoc agro esse dicimus.*

f. 13ᵇ *NOMINA LIMITVM. Limites orientales dicuntur decumani ager assignatus. LIM. Septemtrionales cardines ager centuriatus — LIM. Solitarii. LIM. Perpetui.*

f. 14ᵃ *IVLII FRONTINI DE AGRORVM QVALITATE. Agrorum qualitates sunt tres. Vna agri diuisi et assignati. altera mensura per extremitates compræhensi — Ager extraclusus est qui intra finitimam lineam et centurias interiacet. Ideoque extraclusus quia ultra limites finitima linea clauditur.*

f. 14ᵃ — f. 15ᵃ *AGGENI VRBICI. Suscepimus qualitates agrorum tractandas atque plano sermone et lucido exponendas. Et uolumus ea quæ a ueteribus — Postea apud quosdam nomina a loci natura acceperunt et qui ad mare ex'pectant maritimos qui ad montem montanos appellauerunt.*

f. 14 A (est lacinia pusilla) *DICTA CASSIODORI. Indendamus* (sic) *schema terræ. Ipse enim orbis qui appellatur et circulus. Circulus autem est sicut geometræ* (corr. *tri*) *definierunt — Quotiens uero sola mente capiuntur intelligibilia tantum esse non dubium est.*

f. 15ᵃ (sine titulo, sed trium linearum spatio relicto, tractatus de limitibus) *[M]ulti solis ortum et occasum compræhenderunt qui est omni tempore mobilis nec potest secundum cursum suum compræhendi — a maiore quæ est AB minori quæ est CD æqualis abscisa est ea quæ est AG quod oportebat facere.*

f. 16ᵇ *GENERA LINEAMENTORVM* (cf. cod. 299 f. 26ᵃ seq.) *Gradus habet pedes IIS. Passus habet pedes V. — Plurilatera forma est quæ pusquam* (sic) *IIII lineis continetur ut quinque laterum totidemque angulorum ex tribus circumferentibus et duabus rectis.*

Sequitur hæc subscriptio f. 17ᵇ: *Ego constantius peccator et indignus sacerdos sancti petri luxouiensis cœnobii scripsi ad seruiendum* (fuit: særu —) *ei hos libros boetii de geometria diebus tantum XI infra id. iun. et VI KL. iul. anno MIIII ab incarnatione domini. couersionis autem nostræ .II. præcepto pii patris milonis. Sit ergo utenti gratia scriptori uenia. fraudatori anathema.*

f. 18ª (eadem manu, qua cetera) *EX LIBRO CENSORINO* (corr. —*NI*) *DE GEOMETRICA. Geometrica est scientia digerendi figuras numeros emetiendi cum sui resolutionibus. Numerus est — hebes maior recto. Acutus minor recto.*

DE FIGVRIS. Figura est quæ aliquo fine aut aliquibus finibus continetur. Circulus est figura — Paralle lineæ sunt quæ in eadem planitie positæ numquam inter se contingunt.

DE POSTVLATIS. Postulata geometriarum sunt V ut liceat ab omni signo ad omnem rectam lineam ducere — et si paribus paria adempta et quæ isdem (fuit: *hisdem*) *paria sunt et inter se paria sunt.*

Cf. Censorini edit. Teubn. Hultschii præf. p. 12.

Sequitur in fine f. 18ª tabula astronomica, qua inde ab anno MIIII usque ad annum MXXV indictiones, epactæ, cyclus lunaris etc. describuntur.

f. 18ᵇ scriptura vacat.

Descripsit F. Siacci a. 1861 in Boncompagnii principis usum. Cf. Blume in Lachmanni ed. agrimens. II, 69.

A 87. s. XVI chart. 4° f. 145.

Libro degli Scandali i quali impediscono molte persone di venire a ricevere la pura dottrina dell' Evangelio, composta dal pastore M. Giovan Calvino et hora traslatato dalla lingua Latina nella Italiana da Paolo Lentolo Grigione.

88. s. X membr. 2° f. 11. Insunt picturæ speciosissimæ ad singulas Zodiaci figuras pertinentes, quas descripsit a. 1872 Rahnius Turicensis. F. 1ª scriptura vacat; f. 1ᵇ legitur: *Uverinharius episcopus dedit sanctæ Mariæ.*

Claudii Cæsaris Arati phænomena cum Avieni prognosticorum versibus aliquot mixta. Adiecta sunt scholia, quæ ex Martini Hertzii apographo edidit Breyssig: Germanici Cæsaris Aratea 1867, p. 233 seq. Versui 552 Avieni prognosticorum subiunctus est in libri fine hic versus Christianus:

Vale fidens domino christi uestitus amore.

Dixit de hoc codice Orellius olim in editione sua quæ a. 1831 prodiit p. 140, cf. Breyssig l. l. p. XVII. XVIII, qui ibidem de singulis cod. partibus, additamentis, interpolationibus etc. disseruit.

A 88. s. XVI chart. 4° f. 51.

Trattati e discorsi della vita e della morte, li quali sono stati raccolti dal S. Philippo di Mornay S. di Plessi Merlino, ridotto dalla lingua Francese nell' Italiana da Scipione Lentolo.

Idem opus duobus exemplaribus adest; alterum folia 209 occupat.

89. s. VIII—IX membr. 2° f. 172.

1, f. 1ª — f. 4ᵇ **Aliquot conciliorum decreta.** *INCIP. DECRETVM QVOD FACTVM FVIT AD VERMERIA PALATIVM TEMPORIB; PIPPINI REGIS. DE MODIS EXCOMMVNICA-*

TIONIS TAM de *CLERICIS QVAM DE LAICIS. ap. VIIII Si quis presbyter ab episcopo suo degradatus fuerit et ipse per contemptum postea aliquid de suo officio — oportet etiam præsenti testificatione prædicare et bone fame præconiis non tacere.*

2, f. 5ᵃ — f. 17ᵃ **Definitio ecclesiasticorum dogmatum.** *DEFINITIO ÆCCLESIASTICORVM DOGMATVM. I CAP. de fide II de incarnatione christi* etc. *LIII de id qualiter ad imaginem dei anima sit creata.*

credimus

I DE FIDE. Patrem eo quod habeat filium — ueluti pelle creatori sui dispositione uestitur. explic. (inter f. 16 et 17 unum folium intercidit).

3, f. 17ᵃ — f. 31ᵃ **Capitula diversorum conciliorum super canonem.** Hæc isto ordine se excipiunt: *capitula canon. apostolorum, tituli Niceni concilii num. XX, tituli canon. Ancyrani concilii num. XXIIII, tituli canon. Effesan. concilii num. XV, Neocæsariensis conc. era XIIII, concilii Gangrensis era XX, Antioceni conc. num. XXV, tituli can. apud Laoditiam Phrigiæ congregati numero LIIII, era LVIIII, apud Constantinopolim IIII, Calcidonensis concilii XXVII, Sardicensis conc. numero XXI apud Cartaginem num. XXXIII, diversorum conciliorum Affricane prouintie nūm. CV.*

4, f. 31ᵃ — f. 169ᵇ **Ecclesiasticæ regulæ conciliorum supra dictorum.** Eodem se omnia ordine excipiunt, quo argumenta superius fuerant collocata.

5, f. 169ᵇ — f. 171ᵇ **Testimonium seu testes quemadmodum probari debeant.** *explicit affricani concilii TESTIMONIVM SEV TESTES QVEMADMODVM PROBARI DEBEANT. De testimonio perfecto deuteronomium et euangelium — scriptum est. deus stetit in sinagoga deorum.*

6, f. 171ᵇ — f. 172ᵇ **Glossarium Latinum ad Canones pertinens, a fine mutil. (A—P).** *INCIPIUNT UERBA DIFFICILLIMA EXCERPTA DE CANONES INTERP. Adstruere adfirmare. appareor oboedior. auspicium idest qui auem uolantem colat — parsimoniæ pars. prostipula meretrix. prætulerit superposuerit.* Multæ insunt huic glossario glossæ Germanicæ, quarum partem publici iuris fecit Graffius Deutscher Sprachschatz tom. I præf.

Ceterum hoc glossarium duabus manibus scriptum est sæc. VIII—IX et sæc. IX; quæ altera manu scripta sunt, ea omnia inter lineas posita sunt.

Quæ inde a vocabulo 'prætulerit' olim in hoc codice sequebantur, eorum partem descripsit Bongarsius cod. 493, nr. 16.

A 89. s. XVI chart. 4° f. 81.

Istoria dell oribili crudelta commesse nella persona del signor Guasparri di Coligni 1573 tradotta dal francese in italiano.

90. s. XII membr. 2° f. 139. Insunt litteræ initiales artificiose depictæ. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ª — f. 130ª **Historia Hugonis monachi Sancti Benedicti Floriacensis, cum glossis marginalibus. Præmissa est epistula ad Ivonem Carnotensem episcop. directa.**

2, f. 130ª — f. 138ᵇ **Historia Francorum, sine titulo.** *Anthenor et alii profugi ab excidio troie asia peruagata frigeque rege facto — partim sua simplicitate partim procerum suorum infidelitate deo donante uictor extitit.*

3, f. 138ᵇ — f. 139ª **Historia Francorum, sine titulo.** *Post captam troiam atque deletam eneas cum XX et II nauibus cum quibus paris alexander in greciam ierat — Ludouicus gen.* (generavit) *Ludouicum. Ludouicus gen. philippum.*

A 90. XV (1477) membr. 12° f. 311.

1, f. 2ᵇ — f. 13ª **Calendarium, Germanice.**
2, f. 15ª — f. 66ᵇ **Der Curs von vnser frowen.**
3, f. 67ª — f. 109ᵇ **Die vigile der totten.**
4, f. 113ª — f. 132ª **Die siben psalmen (cum litania).**
5, f. 133ª — f. 142ᵇ **Von dem sacrament.**
6, f. 142ᵇ — f. 148ª **Von den lidens vnseres herren.**
7, f. 149ª — f. 156ª **Von vnser frowen gebett.**
8, f. 156ª — f. 157ᵇ **Von Sant Johans dem toᵉffer.**
9, f. 157ᵇ — f. 160ª **Von Sant Johans evangelist.**
10, f. 160ᵇ — f. 162ᵇ **Von Sant Jacob.**
11, f. 162ᵇ **Von Sant Thoman.**
12, f. 163ª **Von Sant Anthonien.**
13, f. 164ᵇ **Von Sant Sebastian.**
14, f. 165ᵇ **Von Sant Yvo.**
15, f. 167ª **Von Sant Erhart.**
16, f. 167ᵇ **Von Sant Matern.**
17, f. 170ª **Von Sant Katrin.**
18, f. 171ᵇ **Von Sant Barblen.**
19, f. 173ᵇ **Von Sant Ottilien.**
20, f. 178ª **Von Sant Appollonien.**
21, f. 178ᵇ **Von dinem eignen engel.**
22, f. 180ª **Von ablas einer Kilchen.**
23, f. 182ª **Keiser Karlus eigen gebett.**
24, f. 187ᵇ **Ein gebett sant Augustins.**
25, f. 189ª **Ein gebett ysideri wider den hall der boᵉsen geist.**
26, f. 190ᵇ **Ein gebette zuᵒ anbetten das heilig Crutze.**
27, f. 192ª **Von den XVI nothelfern.**
28, f. 193ª **Die acht vers sant Bernharts.**
29, f. 194ᵇ **Excerpta evangeliorum, Germanice.**
30, f. 198ª — f. 311ª **Kostliche vnd andechtige gebett durch die gantzen wochen.**

Erat breviarium hospitalis Bernensis, cui nomen erat 'Sailer-Spital'. Cf. Messmer, das Insel-Spital in Bern 1825 p. 16; A. Jahn. Bern-Chronik p. 166.

AA 90. Cod. sched. fragm. miscell. continens particulas 30. Sinn. omisit.

1, sæc. X membr. 8° fol. 3 quorum duo posteriora inter se cohærent. **Carmen metro trochaico scriptum rythmice argumenti biblici, mutil. ab initio et a fine, continens versus 180.**

Clamat ecce supplex mea nunc ad te miseria —
Exue me peto meis domine flagitiis.

2, s. X—XI membr. 4° f. 2. **Fragmentum passionis sive vitæ Sancti Cornelii episcopi.** *augusti nomine basilissam senatricem baptizauerit — cum tyrannus infestus sacerdotibus dei fanda atque nefanda minaretur cum multo patientius et tolerabilius.*

3, s. XI—XII membr. 4° f. 6. Est quaternionis ternio interior.

a, f. 1ª **Tractatus theologicus de Dei qualitatibus, ab initio mutilus.** *omnia nouit antequam fiant. pro his factis suis penitere non potest — Vigilare dei est in defensionem electorum suorum et ultionem inimicorum suorum se manifestum demonstrare.*

b, f. 1ᵇ — f. 3ª **Tractatus theologicus P. cuiusdam monachi de die iudicii, sine titulo.** *Dilectissimo fratri. ade. p. peccator monachus humilem in deo salutem. Quid me frater carissime quid ante mundi creationem fuerit — feliciter introducaris in gloriam præstante domino nostro iesu christo cui est honor et gloria in secula seculorum. AMEN.*

c, f. 3ª **Quæstiones aliquot philosophicæ.** *Quenam summa boni est? mens que sibi conscia recti. Pernities hominis que maxima — quod stulti proprium? Non posse et uelle nocere.*

d, f. 3ª — f. 3ᵇ **Tractatus de septem miraculis mundi.** *Incipit de VII miraculis mundis ab hominibus factis de capitolio rome. Primum miraculum capitolium rome que est ciuitas ciuitatum — (Dianæ templum) centum uiginti et octo columpne finem faciunt tam mirabilis edificii.*

e, f. 4ª **Tractatus de sacro baptismo.** *DE SACRO BAPTISMO. Primo paganos* (corr. *— nus*) *cathecuminus fit accedens ad baptismum — qui fuit in baptismo per gratiam uite danatus* (corr. *— donatus*) *eterne.*

f, f. 4ª — f. 5ª **Anselmi archiepiscopi sententia de malo et nihil.** *Si malum nichil est quomodo nomen eius aliquid significat? — aliquid bonum fecit aut aliquid uel bonum est quod fecit. EXPLICIT.*

g, f. 5ª — f. 5ᵇ **De novem gradibus Christi.** *Nouem gradus sunt ecclesie* etc. *Nouem gradibus fuit christus N. Hostiarius fuit — Perseuerantia bona usque in finem. AMEN.*

h, f. 5ᵇ — f. 6ª **Tractatus de XII abusivis mundi.** *de XII. ABVSIVIS MUNDI. Sapiens sine bonis operibus — qui habet laudem dei in corde suo in postremo apud deum gaudebit*

et animam suam in celo mirificabit in secula seculorum. AMEN.

i, f. 6ª — f. 6ᵇ **Quæstiones theologicæ nonnullæ, sine titulo, in fine mutil.** *Solet queri cur pre aliis scripturis in ecclesia psalmi cantentur — et preterea alia generali ratione quia sicut noua crescit et roboratur sic christus creuit de uirtute.*

4, s. XI—XII membr. 12° f. 4.

a, f. 1ª **Tractatus theologicus ab initio mutilus de cena dominica.** *carni et sanguini adhuc communicantes — cum gratiarum actione et cum temperantia atque sobrietate.*

b, f. 1ª — f. 1ᵇ **Ivonis Carnotensis epistula ad Pontium abbatem Cluniacensem.** *Juo dei gratia carnotensis ecclesie minister pontio uenerabili cluniacensi abbati in regimine sibi commisso placere summo rectori. Quesiuit a paruitate mea prudens diligentia uestra — ex auctoritate uel diuina inspiratione dicere ualuerit.*

c, f. 1ᵇ — f. 3ᵇ **Excerpta Alexandri papæ, Augustini, Anselmi, Eusebii, aliorum.** *ALEXANDER papa. Sufficit sacerdoti unam missam cantare — et de ancilla nec nocet de ancilla nasci quia præualet semen patris.*

d, f. 4ª **Carmen hexametris et pentametris X constans sine titulo, spectans ad patruum indulgentem.**
Longa salus tranquilla (sic) *quies reuerenda potestas —*
Correcto saltem non neget ille cibum.

e, f. 4ᵇ **Carmen distichicum versibus XVIII constans ad Julianam amatorie scriptum, sine titulo.**
Carmina missa grauis mihi sunt fomenta caloris —
Aspectu recrees lumina nostra tuo.

5, s. XII membr. 12° f. 6. **Passio Donati, Placidi, Evurcii, Victorini et Flavianæ, mutil. ab initio.** *quam et seruientibus ei omnem humanitatis curam exibuit — intercedentibus omnibus sanctis quibus fuerat famulatus. Regnante domino n. i. x. q. c. p. et s. s. u. et r. in secula seculorum.* Est quaternionis ternio interior.

6, s. XI membr. 8° f. 8.

a, f. 1ª — f. 5ª **Tractatus de officio missæ, mutil. ab initio.** *monstrant uitam prædicatorum sæcularibus extrinsecus esse despectam — in festiuis diebus sanctorum uero similiter unum pro requie animarum alterum quia contemplatur dominum.*

b, f. 5ª — f. 5ᵇ **Ordo missæ a sancto Petro expositus.** *INCIPIT ORDO MISSE A SANCTO PETRO CVM EXPOSICIONE SVA. Missa pro multis causis celebratur — in quo iusti ab iniustis separabuntar.*

c, f. 5ᵇ — f. 8ᵇ **Missæ ordo expositionis totius ex concordia scripturarum divinarum.** *Introitus misse. cui conuenit. Patriarcharum prophetarumque præconiis — et erant semper in templo laudantes dominum et benedicentes.*

7, s. X membr. 12° f. 8; sed desideratur pars singulorum foliorum superior. **Dicta moralia, mutil. ab initio et a fine.** *Caue mendacium in omnibus. Omne quod mendatium est peccatum est — Senioribus presta obœdientiam Famulare impe.* Est hic quaternio numero VIII insignitus; tituli leguntur hi: f. 4ᵃ de bono et malo usu; f. 6ᵃ de doctrina; f. 7ᵇ de curiositate.

8, s. XI—XII membr. 4° f. 1 columnis binis script.; utriusque paginæ sinistræ litteræ priores resectæ sunt. **Fragmentum chronicæ ad Pippini tempora pertinentis.**

f. 1ᵃ col. sin. . . . . *alii congruentes* . . . . *s ei non deessent* . . . . . *multis mansis* etc. (Pippini nomen lin. 15 legitur).

f. 1ᵃ col. dextr. lin. 6: *Temporibus igitur diue memoriæ Karoli augusti disponente rerum omnium domino eundem locum pristine reddere nobilitati teodulfus nobilissimus et moribus et genere* — f. 1ᵇ col. dextr. *et nouum* . . . . *archem conscripsit* . . . . . *claudius dogmat* . . . . . *stigma beatæ et ui* . . . . . De Miciacensi monasterio agi videtur, cf. f. 1ᵃ col. sin. lin. 5: . . . . *ciacensis monaste*. . . .

9, s. XI membr. 4° f. 2. Inter f. 1 et 2 plura folia interciderunt. **Regulæ pastoralis fragmentum.** *Parens cuius filius non baptizatus obiit ann. I. p. et numquam sit sine aliqua pena — De sustinentibus penas post mortem XXXVIIII. Non esse credendum demones uel* . . . . *XL.* In margine super. f. 1ᵇ et 2ᵃ scriptum est: *liber uicesimus quartus;* f. 2ᵇ col. 1 capitulatio novi libri incipit.

10, s. XIII membr. 8° f. 12.

a, f. 1 — f. 11ᵇ **Exempla (sc. narrationes) diversa monachorum et laicorum cum excerptis theologicis variis Augustini, Isidori, aliorum.** *amore se separauit. Nulla mens quietem habet que curis terrenis se subdidit — peccator per hec quidem diem peccata sua in confessione euadet ab ore diaboli.*

b, f. 11ᵇ — f. 12ᵃ **Excerpta varia theologica Origenis, Augustini, aliorum.** *Origenes. Siquis causa periclitatur consulit iura et legis peritos — Item purgans animas cum corporibus exutas si cuius opus exarserit saluus erit* . . . . *per ignem. Item etiam aliter crucians math. XXV° ite maledicti in ignem eternum.*

f. 11ᵇ in margine imo habes aliquot versus scholasticos, verbi gratia:

Si pluit in festo processi martiniani
Imber erit nimius et deuastatio grani.

c, f. 12ᵇ **Excerpta ex Bernardo et Gregorio.** *Bernardus. Monachus secundum nomen litterarum — ut columba in animi statione etc. De prelatis. Greg. Ve tibi si prees et non prodes — delinquencium uitia per zelum iusticie erectus etc.*

11, s. X membr. 4° f. 8.

a, f. 1ᵃ — f. 8ᵃ **Homeliæ ad prandium et convivium fratrum legendæ, numero VI.** *INCIPIT AVCTORITATEM*

ANTE FRATRIB; VESTRIS AD PRANDIVM ET CVMVIVIVM ILLORVM LEGERE ET INTELLIGERE. Igitur cognoscat uniuersalis ecclesiam que per totam orbem terrarum longe lateque in pace est diffusa — ab adam usque in hodiernum diem orent pro nobis. AMEN.

b, f. 8ᵃ — f. 8ᵇ **Litania, a fine mutil.** *Sequitur LETANIA. Kyrrie eleyson III. christe AVDI NOS. III. — a subitania morte deus* (?).

12, s. XII membr. 4° f. 10. *sal*

a, f. 1ᵃ — f. 9ᵇ **Præcepta medica.** *Sacerdotal. quo utebantur sacerdotes in diebus helie prophete propter dolorem capitis — paruus pulsus est qui leui ictu ambitum arterie tetendit et inspicientium digitos breuiter pulsauerit.* Est idem, quod Sinnerus III, 97 nominat nr. A 51ᵇ.

b, f. 10ᵃ **Præcepta moralia.** *Qui derelinqunt legem laudant imperium — per ancillam cum heres fuerit domine sue.*

c, f. 10ᵃ **Præcepta medica.** *Diaprassum magnum sanat capitis uertigines — et in umbra sicati usui reseruentur.*

d, f. 10ᵇ **Tractatus de amore Dei, partim ex Dionysio excerptus.** *Hec enim omnia uno eodemque accipienda sunt intellectu. ut enim uoluntas et amor — non recipit intellectum habere et accidentium.*

e, f. 10ᵇ **Præcepta medica.** *Emplastrum ad pectus et epat* (corr. *epar*) *et splen* etc.

13, s. XII membr. 8° f. 8 **Beniamin Richardi de duodecim patriarchis, a fine mutil.** *Incipit beniamin richardi de duodecim patriharchis* (rubr.) *BENIAMIN adolescentᵘlus in mentis excesu audiant adolescentuli — pene reprimere irritacionem culpe et cogitaciones cogitacionibus.*

14, s. XI—XII membr. 8° f. 6 **Tractatus theologicus mutil. a fine et ab initio, de spiritu sancto, de ecclesia et hæresibus, de hæreticis, de gentibus, de lege, de VII regulis legis, de differentia testamentorum, de symbolo et oratione, de communione et baptismo, de martyrio, de miraculis sanctorum, de Antichristo et eius signis, de resurrectione, de iudicio.** *Diabolus dum in christo carnem humanitatis impetit — Tercius ordo eorum qui iudicantur et regnant illi ordi. . . .*

15, s. XII membr. 8° f. 8 **Glossæ in Leviticum, in librum Numerorum, in Deuteronomium, in prologum Jesu Nave, in librum Josue, in librum Judicum, in prologum Regum, in librum Regum, a fine mutil.** *In leuitico. Vaiecra hebrayce leuiticus grece misterialis latine — absque retractatione morietur i. sine mora. Da iudicium.*

16, s. IX membr. 4° f. 8 **Dialogus de astronomia, mutil. ab initio.** *Stella quæ uesper dicitur uesperum uel uespera nominatur. D. Crepusculum quid est. M. hoc est dubia lux — sed non fuerunt nominati illo uocabulo quo modo nominantur apud*

christianos. Laudantur in hoc opusculo Isidorus (f. 1[a]), Macrobius (f. 4[a]), Vergilius (f. 5[b]), Dionysius (f. 7[b]).

17, s. X membr. 8° f. 4 **Sedulii ad Macedonium epistula, a fine mutil. cum glossis interlinearibus.** *Domino patri macedonio presbytero Sedulius in christo salutem. Priusquam uenerabilis pater — nec pigeat te post tanti gurgitis emensa discrimina fluctuanti.* Est quaternionis binio interior.

18, s. IX membr. 4° f. 8 **Augustini de magistro fragm. op. Bened. tom. I p. 547—557 mutil. ab initio et a fine.** *AUG. Quid nomen nonne similiter habet? — quibus cognoscimus cariorem nobis esse oportere quamuis non omnia quæ significantur.*

19, s. X membr. 2° f. 1.

a, f. 1[a] **Hymni varii, tetrapodiis iambicis scripti.**

α, Sine titulo:

Rex christe serui laudibus —
nec temporis distantia.

β, Sine titulo:

Deo quod ortus sit deus —
æquis cluat honoribus.

γ, *DE INNOCENTIBVS.*
Furens herodes impie —
suis iuuent sublimibus.

δ, *DE MARTYRE STEPHANO.*
Jesu salus certantium —
Nos adiuuent in sæculis.

b, f. 1[b] **Collectio versuum variorum, præcipue ex Horatio petitorum ad comprobandam singulorum verborum quantitatem metricam.** Tractatus hic ita putredine deletus est, ut legi fere nequeat. Similem scriptiunculam nuper post Riesium publici iuris fecit Henricus Keilius progr. æstiv. univers. Halens. 1872.

20, s. XII—XIII membr. 8° f. 6. Vnio medius intercidit.

a, f. 1 — f. 6[b] **Beda de tropis et figuris, ab initio mutil.** *affluenter. Egra Paulus petiit pro amoneri — non redeat retro. Memores estote uxoris loth.*
Comprime lingua sonum, desine plura loqui.

b, f. 6[b] **Præcepta medica tria, Gallice.**
Pur garir de tutes gutes pernez ices herbes — al ius de nef herbes par mesure.
Pur tutes gutes pernez par nef iurs nef — le matin freid. e le seir chaut.
*Pur garir de tute plaies — e warance par peis en cuntre tute les aut'*s *herbes.*

21, s. IX membr. 2° f. 1. Fuit Bongarsii. **Prisciani grammatici fragmentum lib. XVIII, 205 p. 308, 9 H — XVIII, 211 p. 312, 3 (cum Græcis).** *pro in præsenti . . . dicunt thucydides — sophocles in œdipode epico* ΛΟΝΟΗ ΚΑΙδΟΚeΠe

ΤΟΥΤΥΦΑΟΥΤΙΝΑeΝΤ ΡΟΠΗΝΗ ΦΡΟΝΤΙ δΑΕΞeΙΝ. Dixi de hoc fragmento variasque lectiones excerpsi in anecdotorum Helveticorum præf. p. CLXXI seq.

22, s. X membr. forma fol. f. 2. Fuit P. Petavii et Putschii. **Prisciani grammatici fragmentum lib. XVIII, 21 p. 217, 20 H — XVIII, 34 p. 223, 12 H; lib. XVIII, 52 p. 230, 7 H—XVIII, 68 p. 235, 24 cum glossis nonnullis.** Dixi de hoc fragmento scripturæ discrepantia addita in anecdotorum Helveticorum præf. p. CLXX seq.

23, s. VIII membr. forma fol. fol. 1 **Isidori etymol. fragmentum** *oppulentissimam condiderunt quam a piscium copia sidona appellauerunt — Amazones efesum in asia construxerunt. Teseus uero smirnam construxit* (lib. XV, 1, 28—39).

24, s. XIV membr. 4° f. 8 **Augustini de civitate Dei fragmentum lib. XVIII cap. 4 med. — cap. 9 fin.; cap. 18 (cod. 19) p. 242, 28 ed. Domb. — cap. 30 p. 258, 12.**

f. 1ᵃ — 2ᵇ *ea ueritatis quoniam fortiter seruans male amanti — C. Xᵐ Et tamen marcus.*

f. 3ᵃ — 8ᵇ *quidam non nunc prestantius patri suo — in uirtute domini et in honore.*

Inter f. 2 et 3 exciderunt folia quattuor; nam f. 1 et 2 quaternionis unionem intimum exhibent; f. 3—8 novi quaternionis atque eius sequentis ternionem interiorem.

25, s. XIII et XIV membr. 8° f. 8.

a, f. 1ᵃ — f. 5ᵃ sæc. XIII **Dissuasio Valerii ad Rufinum amicum suum.** *Incipit dissuasio* etc. (rubr.) *Loqui prohibeor et tacere non possum — ne præstigiatis oculis tendas quo ego timeo. Sed ne horestem scripsisse uidear. Vale.*

b, f. 5ᵃ s. XIV **Excerpta nonnulla theologica.** *Quociens a nobis petitur — et famam ualeat denigrare.* Secuntur versus tres:

Sunt tria quæ nullus poterit nisi conferat usus
Scribere perfecte uersus componere recte
Quod magis est mirum pulcrum proferre latinum.

c, f. 5ᵇ — f. 8ᵇ s. XIV **Regratiatio quam fecit dominus Johannes fabri scolaris pari' tunc domino abbati Eustachio sancti Vedasti et conventui, cum commentario.** *Gratias ago tibi domine] hec uerba scripta sunt — rerum et uiolata necessitate propriis laudibus uelle decorari. Qui bona negligit et mala diligit incurrit abissum. Nulla pecunia nulla potencia liberat ipsum.* Secuntur alia manu scriptæ aliquot adnotatiunculæ morales. Hic quaternio manu sæc. XIV—XV numeris 161—168 insignitus est.

26, s. X membr. 4° f. 5 **Orthographia incerti, quæ Bedæ esse fertur (p. 2775 Putsch.) a fine mutil.** ..... *Littera etiam nota prænominis est — et manat fons siue terra aquam idest gignit ac producit* = p. 2784 P. Præmissa sunt ultima tractatus grammatici alicuius verba hæc: .... *do casus pro casu ponitur ut hic pro ablatiuis acusatiuis sicut proximum sicut fratrem nostrum idest sicut de proximo sicut de fratre nostro.*

27, s. XI membr. 8° f. 6.

a, f. 1ᵃ — f. 2ᵃ **Tractatus theologicus de symbolo apostolico ab initio mutil.** *Credimus sanctam trinitatem idest patrem et filium — cuius uisio erit eterna omnium sanctorum beatitudo et gloria. Gracia et pax a deo patre et domino iesu christo filio eius sit ista confitenti in omnia sæcula sæculorum. amen.*

b, f. 2ᵃ — f. 2ᵇ **Carmen de Christo, sine titulo, versibus XX consistens.** Cf. A 91, 19, e, 3.
Melchisedec domino panem uinumque litauit —
Qui patris ad dextram sedet et mactatur in aris.
Additi sunt alia manu hi versus:
Ecce uides in lege typos et signa perisse
ad propriumque capud tria sacramenta redisse.

c, f. 2ᵇ **Carmen de cruce, sine titulo, versuum XII bis scriptum.** *Hoc semel ablato cursum prior ille peregit — Est peccudum peccudes post christum sacrificare.* Ante hoc carmen duæ lineæ erasæ sunt; post carmen habes nonnullas preces.

d, f. 3ᵃ — f. 6ᵇ **Passio sancti Andreæ apostoli, a fine mutil.** *INCIPIT PASSIO SANCTI ANDREE APOSTOLI QVE EST PRIDIE KL. DECEMBRIS. Passionem sancti andree apostoli quam oculis nostris uidimus — Si uis credere christum sicut promisi aperietur tibi.*

28, s. XII membr. 2° f. 1 **Fragmentum legum.** *ut diximus in ipsa obligatione un. fide iusso interuenire debent — de sacramento dato rothar rex de cer. . .* Agitur: *de quantitate solidorum, de rebus emptis a conductore case, de treuuis, de non sue rei uenditione, de his que ob causam dantur.*

29, s. X—XI membr. 12° f. 8.

a, f. 1ᵃ — f. 4ᵃ **Prisciani grammatici fragmentum a lib. XVIII p. 360, 20 ed. Hertz usque ad fin., omissis Græcis.** *latini ignoscit culpam et magis femininum — Sed postquam intus sum omnium rerum satur.*

b, f. 4ᵇ — f. 6ᵃ **Incerti vita Prisciani.** *CVM IN CAPITE VNIVSCVIVSQ; LIBRI MVLta possint — quia in salutatione epistolæ iuliani commemoratur nomen.* Edidi hanc vitam in anecdotis Helveticis præf. p. CLXVII — CLXIX. (præf. p. CLXVIII, 18 scribas: *si requirimus*).

c, f. 6ᵃ — f. 6ᵇ **Tractatus de atomo et de divisione.** *Atomus dicitur sine incisione — ut postquam inde exierint perspici nequeant.*

d, f. 6ᵇ — f. 8ᵃ **Epistulæ Senecæ ad Lucilium tres primæ (tertiæ non nisi pars prior adest).** *EPISTOLA SENECÆ. Ita fac mi lucili — (III) post amicitiam credendum est ante amicitiam.*

e, f. 8ᵇ **Catonis distichorum præfatio, a fine mutil, sine titulo.** *Cum animaduerterem quam plurimos — pacienter*

uince minorem ne contempseris. Nihil arbi [trio uirium feceris].

Fol. 5[b] et 6[a] in marg. infer. scripti sunt hi versus litteris uncialibus:

Hunc auctore deo paruum scribendo libellum
Frater Lelaldus utile fecit opus
Ord . . . . magnis . . . . Prisciani
Suasu Giraldi o Benedicte tibi.

Cf. cod. 450 nr. 11.

B 90. s. XVIII chart. fol.

* **Material-Register über die peinliche Gerichts-Ordnung der Kayserin Königin zu Hungarn und Boheim Maria Theresia de anno 1769, verfertiget in annis 1775—1776.**

91. s. XV membr. 2° f. XXXV + 247.

Commentum in Catonis disticha prolixum (speculum regiminis). *Omne quodcumque facitis in uerbo aut opere illud in nomine domini nostri ihesu christi facite gratias agentes deo* etc. Præmissum est lexicon ad alphabeti rationem directum, quo singuli distichorum loci explicantur. In fine hæc habes colore gilvo scripta: *Valentinus de lodieres huic libro finem imposuit anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo die uigilie natiuitatis beati iohannis baptiste hora nona. Jhesus. Is codex seu liber scriptus fuit per prænominati manum in domo seu prioratu beate Marie boninuncii Aurelian.*

* **A 91.** Cod sched. fragm. miscell. continens particulas 25. Omis. Sinn.

1, s. XI—XII membr. 2° f. 2. Fol. 2 scriptura vacat.

a, **Tractatus de ara Dei, ab initio mutil.** *similitudinis dicitur ut quia in eo subtilior est natura eo in illo imago dei similius insinuetur expressa — cuncta tamen per caritatem singulorum sunt.*

b, **Excerptum ex Remigio astronomicum, a fine mutil.** *Remig. in mathem. cap. CCCLI. Si anni recte computantur — neomenia .i. initium noue. . . .*

2, s. X membr. 8 f. 9.

a, f.[a] 1 — f. 3[a] **Augustini liber de utilitate credendi.** *LIBER BEATI AUGUSTINI DE UTILITATE CREDENDI TITULO TERTIO DECIMO. INCIPIT PROLOGUS EX LIBRO RETRACTATIONVM SANCTI AUGUSTINI. Jam uere apud iponem regium bresbiter scripsi librum — sed quasi gloriam filii dei. Plenum gratiae et ueritatis.*

b, f. 3[b] — f. 4[b]. 5 marg. 6[a] — 9[b] (f. 9[b] putredine deletum). **Excerpta theologica cum ex Patribus tum ex Augustino.** *Siue ut lacius intelligitur deuotio saluatoris — proibemur ne solliciti simus.*

c, f. 5[ab] **Tractatus de sabbato mutil. ab initio et a fine.** *et noui testamenti uno spiritu. Quantum enim ad litteram pertinet — uideat primo totam sanctam scripturam ueteris.*

3, s. X membr. 4° f. 1 **Juvenalis saturæ II v. 32—147.** Primæ quæque unius cuiusque versus litteræ omissæ sunt.

4, s. X membr. 4° f. 2 **Martiani Capellæ fragmenta.**
a, f. 1 = lib. V § 453—461 ed. Kopp: *faciendum. Quæ pars q .... uris æquitate perpenditur — quam status apparet necesse est confessa depulsio facti.*
b, f. 2 = lib. V § 512—519 ed. Kopp: *ut si dicas castra tam africani morte rem publicam — modo de utera iambum laudat. Nec.* Hæc folia olim in codice Nr. 47 ab Halmio inventa fuerant.

5, s. X—XI membr. 4° f. 1 **Lucani Pharsal. lib. IX, v. 14—172.**

6, s. X—XI membr. 2° f. 1 **Fragmentum commentarii in Statii Thebaida a Lactantio scripti (lib. I fin. et init. lib. II).** *indolem profitetur. — Obliquat uentes id .... in mentes. — Confudere sonis par ..... — Id enim ratio eternitatis expostulat. EXPLICIT LIBER .I. INCIPIT LIBER SECVNDVS. Reditus mercurii cum umbra lai per tenarum promunctorium. Aduentus ipsius umbræ ad thebas. l..... mitatio eius in tiresiam et admonicio ut contra fratrem bella suscipiat. Descriptio orientis diei. pollicitatio adrasti filias suas....*
Scripturæ discrepantiam olim Ottoni Muellero Statii editori transmisi. Dextra et superior folii pars misere lacerata est.

7, s. X membr. 2° f. 2. Fol. 1ᵃ scriptura vacat. Videtur tertius quaternionis unio fuisse. **Dioscoridis de virtute specierum liber, Latine.**
a, f. 1 continet capitula: *INCIPIVNT CAPITVLA DIOSCHORIDES DE UIRTUTIBUS SPECIERUM.*
I DE HYRIS ILLIRICA
II De achoru —
XCIIII de uapiro
XCV de mirica.
b, f. 2 (cap. XIX med.) *Cædria ut populi haudardini his melior est de montibus* — (cap. XXXII) *extergit uino mixto tiniolas et furforis emendat n....*
Est scriptura quæ vocatur Langobardica; in f. 1 pagina recta quaternionis LXI (fortasse L non ad hunc numerum pertinet) signum scriptum est.

8, s. VI membr. 4° fol. 2 et laciniæ tres, litteris uncialibus pulcherrime exarat. **Tractatus theologicus satis prolixus super Genesis cap. 1.** Folia 1 et 2 inter se cohærent neque tamen sese excipiunt; f. 3 est dimidiatum, f. 4 et 5 non nisi frustula pusilla relicta sunt, ut nihil hinc percipi possit.
f. 1 *Creaturæ quæ cæli et terræ nomine propter quod id quod de illa perficiendum erat commemorata est trinitas insinuatur creatoris — Duo quippe sunt propter quæ amat deus creaturam su...*
f. 2 *Quod maneret spiritus dei superferebatur super aquam — Unus enim dies idemque primus.*
f. 3 *quidquid erat inuisibile met* (sic) *incompositum cui sic deus personaret — dictum est quia in uerbum patri coæternum non.*

9, s. XIV membr. 12° f. 2; f. 1 et f. 2ª scriptura vacant. **Oratio Sancti Augustini.** *Oratio sancti augustini. Domine deus omnipotens — et nobis proficere ad salutem. . . .* Sequitur catalogus eius libri, cuius olim hæc folia fuerunt; inerant *quattuor euangelistæ, actus apostolorum, omnes epistulæ Pauli, Jacobi, Petri, Johannis, Apocalypsis, prouerbia Salomonis, ecclesiastes, cantica canticorum, liber sapientiæ, ecclesiasticus, duodecim prophetæ, Hiob et Tobias.* Subscriptum est: *de sancto petro.*

10, s. XI membr. 8° f. 6 **Tractatus super initio Genesis, mutil. a fine et ab initio.** *Dignatione . . . . . . Is itaque moyses aperuit os suum et effudit quod in eo dominus loquebatur — Quando enim dixit et facta sunt nichil interest quod exprimas cum simul utrumque sit factum. Simul ne eo saltem prærogatiua celo diuine.*

11, s. XII membr. 8° f. 2.

a, f. 1ª **Præcepta aliquot medica.** *Seminis amomi. spice nardi malaba trifilo — paciens iaceat remotis amicis præter unam quæ eam. . .*

b, f. 1ᵇ **Tractatus de lapidibus pretiosis.** *De cristallo. hic lapis clarior est omnibus lapidibus — Aliter. Calculus genus est lapidis durissimi et rotundi et omni puritate lenissimi.*

c, f. 2ª — f. 2ᵇ **Præcepta medica.** *Circa VI uero oram pullus gallinaceus elixus cum pipere — angustiora folia habens tibi . . . . . copiam ambulandi reSTITVAT.*

12, s. XIII et XIV membr. 4° f. 11.

a, f. 1 et 11 s. XIV (XV in. ?) **Jurisconsulti vel ecclesiastici cuiusdam adnotationes clientium nomina continentes, Gallice.**

b, f. 2ª — f. 10ª **Tractatus philosophicus de summo bono, cum scholiis, sine titulo.** *Omnis ars et omnis doctrina . . . . similiter autem et proheresis et operatio boni alicuius — laudamus autem secundum habitum habituum autem eos qui dicimus laudabiles uirtutes et intellectuales.*

13, s. X membr. 4° f. 8. In f. 2ª legitur: ***Ex libb. Petri Danielis Aurelii 1564.*** Primum folium laceratum est. Fol. 8ᵇ quat. signum .II. legitur. **Augustini tractatus de fide catholica mutil. a fine et ab initio.** Augustini nomen manu recenti superpositum est. f. 2ª: *leguntur in æcclesiis et a sacerdotibus exponuntur si tundunt pectora qui hæc implere conantur — et corpus quandam pacem suæ formæ sine qua prorsus nihil esset. ergo ille est.*

14, s. XI membr. 8° f. 4 (3. 1. 2. 4) **Boetii de arithmetica fragm.** f. 1 (p. 1344 extr. ed. Bas. 1570) *uariabilis motus est sortita substantiam. Et illam primo immutabile naturam — atque illud in sua natura permanere putat indiuiduum inconiunctumque.*

f. 2 (p. 1348 extr. ed. Bas.) *ad eundem ordinem cuncta triangulorum ratio constabit — nos enim ipsas summas letragonorum et parte altera longiorum geminauimus ad primas secundasque proporciones.*

f. 3 (p. 1342 ed. Bas.) *E]rgo si ab unitate tantum discrepent qui multiplicantur — Senarius scl. qui fit ex tribus* .... (lacuna) *si. Sequentes.*

f. 4 (p. 1351 ed. Bas.) *modo continentiam. Quorum compositio — inde alia permulta quæ omnia persequi non est necesse [N]unc uero.* Desinit in media pagina f. 4ᵇ. Subscriptum est alia manu sæc. XIII—XIV (?) *Liber sancti Martini de Sagio. Qui subtraxerit anathema sit. amen.* Sunt uniones duo, I (f. 3. 4) et III (f. 1. 2).

15, s. X—XI membr. 12° f. 6 **Præcepta medica.** *absincii sucus auri infusus uermes excludit — hæc omnia in puluerem redigis et stomacum melle calido perunges et puluerem spargis supra et operis lana et fasciabis.* Fol. 6ᵇ pars inferior alia manu sæc. X—XI exarata est.

16, s. XI membr. 8° f. 10 **Tractatus medicus de plantarum virtutibus et de morbis sanandis, mutil. ab initio et a fine.** ... *stom.* (= stomachum?) *confortat. Calorem extinguit. Ventrem constipat — Si autem hectica mixta fuerit cum putrida inpossibile est curari.* Desinit in media pagina f. 10ᵇ.

Fol. 1ᵃ hos titulos habes: *de mora celsi, de prunis, de persica;* fol. 1ᵇ legitur capitulatio: *De cessatione menstrui, de exitu matric. et ani* etc. (in fine: *de prouocanda urina*), quæ res in sequentibus tractantur præter titulos 12 ultimos in capitulatione memoratos; sunt autem particulæ 29. Vltimo loco de hectica agitur.

Insertum est f. 4ᵃᵇ inter tractatus de pustulis faciei et de impetigine excerptum **Galeni de purgationibus:** *EXCERPTUM DE LIBRO GAL. Qui sani sunt corpore in purgationibus debilitantur — et statim purgatio incipiet et si incepta fuerit amplius prouocabitur.*

17, s. XI (XII) membr. 12° f. 5.

a, f. 1ᵃ — f. 1ᵇ **Præcepta medica.** *Assum balneum sic facies arthemisie rute — Sitim et sudorem stringit.*

b, f. 1ᵇ — f. 5ᵇ **Tractatus de clarea sive de arte pingendi, a fine mutil.** *De clarea. Sciendum igitur duo esse genera clarearum — superius umbrata colore pictura sit uariata cum nimis......*

18, s. IX—X membr. 12° f. 8 **Glossarium Latinum.** *IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CRISTI INCIPIT GLOSARIVM ROBORATVM SVMMA AVCTORITATE. ΠΡΗΠΟΤΗΤΑ Pulcritudo. IΔΗΑ forma. ΗΠΙCΤΙΜΙΝ disciplinam. habet autem nomen a discendo — [a]pocrifa [s]ecreta eo quod origo eorum non patead occulta uel remota.*

Sunt plures particulæ inter se diversæ:

1, f. 1ᵃᵇ glossarium Græco-Latinum.

2, f. 2ᵃ — f. 3ᵃ *Agirastas Grecarum acciones — Venerandosus ueneracione dignus. Nam sicut palato discernimus dulcem rem et amaram, ita per sapienciam bonam et malam.*

3, f. 3ᵃ — f. 7ᵇ *A litera in omnibus gentibus ideo prior est quia nascentibus iter prebet loquendi — Entheca* (h suprascr.) *Supellectile.*

4, f. 8^{ab} *[A]bsida lucida eo quod lumen accepto partu resplendeat — [A]procrifa* etc. (conf. supra).
Multa manu II sæc. X inter lineas addita sunt.

19, s. XII—XIII membr. 4° f. 16. Fol. 1—8 et 9—12 atque 13—16 diversis manibus scripta sunt.

a, f. 1^a — f. 7^b **Excerpta ex commentariis Remigii in Martianum Capellam.** *EXCEPTA DE LIBRO REMIGII SUPER MARTIANVM. Virgo armata decens. inuocatio est ad palladem — Medici aforismata uocant breuia et perfecta præcepta. est autem aforismon breuis sermo. peroratio est. peroratio epilogus uel clausula. Nam perorare est orationem terminare. Amen.*

b, f. 7^b — f. 8^a **Excerpta diversa ex Solino (de menstruis mulierum) et Suetonio (de Augusto).**

c, f. 8^a — f. 8^b **Narrationes de Diogene aliæque historiolæ, dicta Senecæ, Socratis, Ciceronis, Demosthenis, Aristotelis, Cæsaris, Theophrasti.** *Refert satyrus quod diogenes pallio duplici usus sit — Sepultus apud te semper sit sermo quem solus audieris. Versus.*

Sat dulcis labor est cum fructu ferre laborem.
divitie trepidant. paupertas libera res est.
Vir constans quicquid cepit complere laborat.
Exigue ut fumus sic flamma ex crimine surgit.

d, f. 9 — f. 12^b **Bernardi Silvestris megacosmus, ab initio mutil.** Cf. cod. Bern. 710 f. 96 seq. et f. 99^b vers. 7.

Ossibus extraitur elephas dorsoque camelus —
Efficiens est causa deus formalis ydea.
Finalis bonitas materialis yle.
Explicit.
Asperius nichil est humili cum surgit altum.

Adiecti sunt hi versus eadem manu:

α, *Turpe quidem dici sed si modo uera fatemur*
Vulgus amicitias utilitate probat.

β, *Cuidam prebe* (leg. *præbet*) *aui fuscum notura* (leg. *natura*) *colorem.*
Illi subtrahe cor: albedine uincet olorem.

Est huius ænigmatis explicatio cornicis et nivis (cornix — nix) nomen. Simile ænigma habes in cod. Bern. 268 a Petro Daniele scripto.

e, f. 13^a — f. 15^a **Carmina varia cum scholiis, ab initio mutil. ut videtur, sine titulis.**

1, De sacrificio missæ.

Nam dum pro iusto sacris assistitur aris
Pro iusto grates ipse minister agit —
Subditur 'ite' quia uestra est deuotio missa
Sedibus ethereis angelicis manibus.

Sunt versus 38.

2, De coniugio.

[H]ostia coniugii baptismus qualia .....
Talia nunc res ipsa redit euanuit uerb. —
Vt sacra sub Christo dilectio porrigeretur
Femina sub Christo sic nubere lege iubetur.

Sunt versus 60.

3, De cena dominica. Cf. AA 90, 27, b.

Melchisedec domino panem uinumque litauit
Christus idem statuens factum (?) *uetus euacuauit —*
Ad propriumque capud tria sacramenta redisse.

Sunt versus 36. In fine addita sunt verba: *Post legatur scribere proposui et cetera.*

4, De cena dominica.

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes
Et trahimur quo nos uita peracta uocat —
Vtque fides adsit terrorque recedat et error
Fit cibus ipse caro panis igmago (sic) *manus.*

Sunt versus 32.

5, De diebus festis ecclesiæ.

Infesto prisce primum (?) *deponitur ale —*
Omnis apostolus hanc uult absque ea por. q; latina.

Sunt versus 23.

f, f. 15[b] — f. 16[a] (f. 16[b] scriptura vacat). **Excerpta poetica varia varii argumenti sine titulo, numero 18. Separantur virgulis in initio singularum partium positis.**

1, V. 19 et unus in margine scriptus:

Adnectit sua dona fides in munere multo —
Soluat nunc casus agitet nunc gloria frangat.

2, V. 9

Diuicias animo calcans et mente triumphans —
Informet munus et doni condiat usum.

3, V. 3

Resplendet pars una domus pars altera uili
Macerie deiecta iacet: pars ista superbit
Culmine sublimi, pars illa fatiscit hiatu.

4, V. 9

Si nostros gemitus et nostre tedia sortis —
Fauctorique (sic) *suo moueat factura querelam.*

5, V. 17

Assistens fronesis pluit (sic) *omnia dona sophie —*
Naufragium, tollit prædo, depauperat hostis.

6, V. 9

Hic uidet angelice plebis superique senatus —
Sic mater que nulla uiri commercia nouit.

7, V. 10

Ergo tuo nutu numen celeste caduca —
Virtut. titulis aliorum moribus instet.

8, V. 7
Nil maius conferre potest natura uel astra (?) —
Vix opus esse suum credit quod fecerat ipsa.
9, V. 4
Non minor in donis ratio succedit et omne —
Desinit ipsa tamen redeunt cum fenore dona.
10, V. 20
Con letatur homo plorat con rideat orbis —
Dans tumidas uoces et uerba loquacia fastus.
11, V. 2
Pro pudor incestus aberit regnante pudore
Languescit facinus mundum pietate regente.
12, V. 28
Non satis est uidisse mori: plus exigit hostis —
Mens morti tandemque simul cum morte recedit.
13, V. 2
Gloria supplantat mentem (?) *conuicia laudes*
Conceptum prædatur honor contagia uirtus.
14, V. 5
Non ibi nascentis expirat gratia floris —
Hunc florem non urit hyens non exquoquid estas.
15, V. 14
Hic est qui carnis intrans ergastula nostre —
Egrotat . . . medicus ut san . . . morbidus. . . . .
16, V. 7
Fit fecunda salix sterilis pirus orphana fructu —
Nuncius aduersi casus et præco doloris.
17, V. 3
Qui pater et proles . . . . . natus et auctor
Cuncta regit sine fine regens quo rege triumphat
In celo miles in terra militat. . . . .
18, V. 5
Non male colla sedent humeris non insidet altis —
Duricie proprii describunt signa pudoris.

20, **s. XII et XIII membr. 8° f. 4.**

a, f. 1ᵃ — f. 2ᵃ, 2ᵇ marg. 3ᵇ marg. sæc. XIII **Bedæ de tropis liber, sine titulo.** *Yperbole est dictio fidem excedens* (cf. Halmii rhetor. Lat. min. p. 615, 27) — *expolitio est cum in eodem loco manemus et aliud et atque aliud dicere uidemur.*

b, f. 2ᵃ — f. 3ᵇ s. XII **Carmen musicum, sine titulo.**
Gliscunt corda meis hominum molita camenis
Vna mihi uirtus numeratos contulit ictus
In celis summo gratissima carmina fundo
Dans aule christi munus sub uoce ministri
Ordine me scripsi primo qui carmina fixi.

Sequitur carmen metro trochaico scriptum:
Musicorum et cantorum magna est distantia —
Quos si sapis hac in arte nichil est utilius.

Idem carmen legitur in sequenti fragmento nr. 21. Gallo Morelio meo descripseram.

c, f. 4ᵃ s. XIII **De minutiis abaci tractatus metrologicus.** *Vntia ablata de asse remanet deunx — siliqua VIᵃ calcus octaua. he sunt minutiæ in abaco.*

d, f. 4ᵇ s. XIII **Excerpta aliquot ad dialecticam pertinentia (unum ex Boetio petitum est).** *So. (sc. Socrates) non est homo. v. si so. non est tunc illud est — cum res existant et cum constantia non coniuntur* (sic) *extrema.*

21, s. XII membr. 8° f. 6.

a, f. 1ᵃ — f. 5ᵇ **Tractatus musicus ab initio mutilus.** *tonus Item inter aliquam uocem et tertiam a se tum ditono* (corr. *ditonus*) *idest duo toni ut a C ad E — ipso doctore semper humanis* (corr. —*as*) *tenebras illustrante cuius summa sapientia per cuncta uiget scla.* Descripsi in monachorum Einsidlensium (P. Anselmi Schubigeri) usum.

b, f. 6ᵃ — f. 6ᵇ **Carmen musicum** (de quo sub nr. 20 dictum est) **sine titulo, a fine mutil.**

Gliscunt corda meis hominum mollita camenis —
Quamuis omnes uoces cantus atque modus habeat.

22, s. XIV membr. 2° f. 2 **Excerpta varia iuridica.**

23, s. XV membr. 8° f. 1. **Excerptum de Lactantii et Boetii vita cum excerpto Hieronymi de Lactantio.**

Altera pagina scriptura vacat.

24, s. XVI membr. 4° f. 1 **Petri Danielis excerpta ex libris aliquot manuscriptis.** Recensentur septem codices eorumque initia et subscriptiones describuntur. Sunt autem hi: *Claudius episcopus in epistulas Pauli ad Galatas usque ad Hebræos, idem in ep. Pauli ad Romanos usque ad Corinthios II, Heimonis expositio in apocalypsin, Philareti liber de pulsibus, Magistri Bruni præfatio super psalterium, Macrobius in Somnium Scipionis, lib. IV Gregorii Florentii Turonicæ sedis archiepiscopi de uirtutibus ..... beati Martini episcopi præfatio.* Videntur esse codices, quos amici Petro Danieli utendos et excerpendos tradiderant.

25, s. ? membr. 4° f. 2 **Fragmentum Thalmudis Hebraicum.** Foliorum margines summi et dextri circumcisi sunt.

AA 91. s. XV chart. fol. fol. 174. Insunt picturæ.

***Carmen Parcivalis Eschenbachii.** Ab initio mutil.; incipit autem sic:

Sprach er wellte gerne sechen
Wa ritterschafft da wer geschechen
Er abe mit dem helde reit etc.

In fine habes: *Explicit barczifal Z. an. purificacionis marie anno LXVII per me Joh. Steinheim (Stemheim?) de Constancia. Dis buch ist Jörg friburgeren von bern. 1467.* Cf. von der Hagen Briefe in die Heimath I p. 205.

92. s. ? membr. 2° f. 318.
Veteris Test. pars secunda, Prophetas priores et posteriores continens, Hebraice. Textus punctis vocalib., accentib. et Masora instructus. Multa perperam scripta, lituris emendata vel omissa ad marginem minuto charactere suppleta sunt. Uberiora de hoc codice, in quibus mihi manum auctoris « Vindiciarum textus Esajæ » Dav. Kocheri, agnoscere videor, videsis apud Sinnerum I, 15.

***A 92.** Cod. miscell. sched. continens particulas 35. Om. Sinn.

1, s. IX membr. 8° f. 15 **Glossarium Latinum.** *Ancilia arma cælestia. Anceps dubium. Antes extremi ordines uenearum — Scilleus animal siue scopulus. Scenopheia tabernaculorum fictio. Schema figura.*

In fol. 2ª legitur quaternionis numerus VII; in f. 15ᵇ numerus VIII. Inter f. 1 et 2 nullus adest defectus, ut f. 1 quaternionis VIti folium ultimum fuisse recte inde conicias. Inter fol. 9 et 10 duo folia exciderunt.

2, s. IX membr. 8° f. 5. Foliorum 1 et 4 non nisi partes dimidiæ supersunt.

a, f. 1ª — f. 2ª col. 1 **Glossarii Latini fragm.** *Saceltum* (sic) *templum modicum. Seuitas iniquitas. Sarga non idoneus — Vascum inanem nugatorium. Xitus locus deambulationis. Xanxis fluuius troiæ.*

b, f. 2ª col. 2 — f. 5ᵇ **Glossarii Latini fragm.** *Auitum antiquum. Armonia nuncupant ex multis uocabulis aptam modulationem. Arbitria uoluntaria iudicia — Medius fidius deus sanctus mala aduertens. Merum purum uel sincere siue incorruptum. FINIT LIBER.* Est quaternio, cuius desunt folia 1. 2. et 7.

3, s. IX membr. 8° f. 2 **Glossarii Latini fragmentum, scriptura Longobardica exaratum.** *Exemta subblata. Exacta peracta explorata. Exerte euidenter prespicue — Grandebus senior anticus. Graditum gratis datum. Grandi natui ex grande gere (= genere) nati.* Inter fol. 1 et 2 desunt minimum fol. 2, sed fortasse verius IV dixeris.

4, s. X membr. 12° f. 7 **Glossarii Latini fragmentum.** *Basilei autem ob hanc causam uocantur quod tamquam bases populum sustineant. Basium dicimus quod uxori damus. Sauium quod scorto. item basium blandiciæ est sauium uoluptatis* — f. 7ª (f. 7ᵇ ita evanuit putredine, ut non nisi rara in gurgite vasto nantia possint animadverti vocabula) *Lacesso prouoco aliquem ad iniuriam. Lacium italia a latendo eo quod ibi latuerit saturnus fugiens iouem. Libertus cui beneficio domini libertas tribuitur.*

5, s. X membr. 8° f. 2 **Hieronymi Vulgatæ fragmentum Geneseos.** *quibus emptis cum uenissemus ad deuersorium aperuimus sacculos nostros — pecuniam quoque duplicem ..... uobiscum et illam ..... inuenist...*

6, s. IX membr. 4° f. 8 columnis VI script. **Synonyma Ciceronis, sine titulo.** *ABDITVM opertum absconsum obscurum — Vitare declinare cauere subtiliter fugere.* Titulus manu recenti additus est hic: *Secuntur sinonima Ciceronis.*

f. 8ᵇ scriptura vacat, f. 8ᵃ habes manu sæc. IX duos partium orationis catalogos lingua peregrina nescio qua scriptos:

Semath nomen — agrideraᵇt præpos.
Oma nomen — girothi interiectio.

Publici iuris feci hos catalogos in anecdotis Helveticis grammaticis præf. p. CCL.

7, s. IX—X membr. 12° f. 10.

a, f. 1ᵃ — f. 9ᵇ **Boetii de consolatione philosophiæ libri carmina IV, 2, 11 — extrem. I, 3. 4. II, 1. 2. 3. IV, 6. II, 4. 5. 6. 7. 8. III, 1—10, v. 1.**

b, f. 10ᵃᵇ **De metris Boetii commentationis fragmentum Servati Lupi.** *Quicum. queso. lammen. te preci piti Summam. quecre. dit glo. riam. Quintum decimum faliscum* — (Tertium et XX) *anapestum recipiunt. Huic autem generi.*

Horum fragmentorum varias lectiones Peipero exscripsi; cf. Peiperi edit. Boetii Lipsiæ 1871 præf. p. VIII; de Servati Lupi fragmento cf. ed. Peiperi præf. p. XXVII, 80 — p. XXVIII, 127.

8, s. IX membr. 8° f. 39 **Regulæ monachales.** *IC. 11. Succinctis ergo fide uel obseruantia bonorum actuum — femoralia hi qui in uia dirigunter* (sic) *de uestiario accipiant.*

9, s. XI—XII membr. 12 f. 6. Fol. 1ᵃ scriptura vacat.

a, f. 1ᵇ — f. 2ᵃ **Catonis disticha, sine titulo,** a fine mutil. *C]um animaduerterem quam plurimos grauiter — plus aliis de te quam tu tibi credere noli.*

b, f. 2ᵇ — f. 6ᵇ **Carmen Theoduli, sine titulo.** *Ethiopum terras iam feruida torruit estas — Virginis in gremium danen coruperat aurum.*

10, s. IX—X membr. 4° f. 1 **Livii periochæ lib. 6—8 p. 12, 4—14, 9 ed. Jahn.** *sabatina arniensis m. manilius qui capitolium — alterum ex latinis consulem facerent.*

11, s. XII membr. 8° f. 1.

a, f. 1ᵃ col. 1 **Tractatus de Horatii satira.** *S]ciendum est enim non sine ratione tantam operum — Semper ego auditor tantum et cetera. Quid* (*d* eras.) *et cetera.*

b, f. 1ᵃ col. 2 — f. 1ᵇ fin. **Glossæ in artem poeticam Horatii.** *Glose poetrie. Materia huius autoris in hoc opere est — isti tabule] i. picture continens pro contento. nam in tabulis pingebant et de quolibet dicat subiung. Cuius spes] i. partes.*

12, s. X membr. 2° f. 1 **Horatii carminum fragmentum (lib. I, 15, 27 — 17, 21) cum scholiis.**

13, s. X membr. 4° f. 1 **Sallustii belli Jugurthini fragmentum (cap. III, 3 — V extrem.).** *Frustra autem niti neque aliud se fatigando — quod ortus ex concubina erat priuatum dereliquerat eodem.*

14, s. XI membr. 4° f. 4; fol. 1ᵇ scriptura vacat.

a, f. 1ᵃ **Versus scholastici medii ævi una cum versibus Horatii nonnullis et aliorum, numero 18.**

Ad sic solamen diuinus spiritus amen —
Cire facit matesis sed diuinare matesis.

b, f. 2ᵃ — f. 4ᵇ **Horatii carmina (lib. I, 1 — 6, 5; 37, 13 — lib. II, 12, 23).** Desunt inter f. 2ᵇ et 3ᵃ folia duo.

15, s. IX membr. 8° f. 1 **Sereni Sammonici fragmentum p. 27 et 28 ed. Keuch.**

Apposito prodest adipi permixta uetusto —
Accensis quibus arcetur ueterrima serpens.

16, s. X membr. 2° f. 1 **Catonis distichorum libri IV vers. extr.**

Quod potes id tempta nam litus carpere remis —
Hoc (corr. *hec*) *breuitas fecit sensus coniungere binos.*

Altera pagina scriptura vacat.

17, s. XV init. membr. 4° f. 6 **Ciceronis de amicitia liber, a fine mutil.** *De amicitia. Marci Tulii Ciceronis de amicitia liber incipit* (rubr.) *Quintus mutius augur — cogitatione quantum illa res utilitatis* = §. 27 med. Intercidit unio alter, hoc est inter f. 1 et 2 unum folium deperiit nec non inter f. 5 et 6. Margini lectiones variantes adiectæ sunt; exempli gratia f. 6ᵃ legitur (ad § 24 *cum ignorante rege uter illorum horestes esset pillades horestem esse se diceret ut pro illo necaretur horeste autem*)*: Potest stare alius hic textus. Cum ignorante rege eorum quis horestem se esse diceret ut pro illo necaretur horestes autem.*

18, s. XIII membr. 8° **Senecæ philosophi vita et excerpta ex eius epistulis I — LXIII, 11.** *Lucius anneus seneca cordubensis fotini stoici — affectus sui querunt. Si quis despo....*

Fol. 8 scriptura vacat.

19, s. XI—XII membr. 4° f. 1 **Prisciani partitiones p. 507, 15 — 511, 20 Keil.** *Certamen uel olimpia quæ in honorem iouis — Cur turnus turne facit uocatiuum.* Dixi de hoc fragmento in anecdotis Helveticis grammaticis præf. p. CLXXIII seq.

20, s. IX membr. 8° f. 2 **Isidori de natura rerum fragmenta duo.** Fol. a, ... *expressa uentus* ... *modo solis calore dissolute* — .... *ertis quibusdam habeant.* f. b, *parte fabonii exspirans eo flante — in cornicolo maculas nigras.*

21, s. X membr. 4° f. 1 **Annales ad Karoli Magni tempora pertinentes similes Laurissensium.** *derent. Inde itinere cœpto rex ad patrebrunnam — expeditionibus saxones detriuit et firmitates.* Hoc fragmentum Geroldo Meyero de Knonau Turicensi transmisi, qui publici iuris id fecit ante aliquot annos in Waitzii annalibus.

22, s. XII—XIII membr. 4° f. 4.

a, f. 1ᵃ — f. 3ᵇ col. 1, f. 4 **Smaragdi artis grammaticæ fragmentum.** *segregaret. aut ideo quia non inuenitur in rerum natura — aperta laudatio et aperta uituperatio sic et reliqua. De qualitatis et quantitatis XII.* Hoc fragmentum fere totum typis descripsi in anecdotis Helveticis grammaticis præf. p. CCXXXIX — CCXLVI. Horum quattuor foliorum bina ita inter se mutuo coniuncta esse illo loco dixi, ut primum quartumque ad priorem libri partem, secundum vero et tertium ad extremum opusculi finem pertinuisse pateat. Atque revera manu antiqua fol. 1 numero 3, f. 2 numero 59, f. 3 nota 62 et f. 4 numero 5 insignita sunt.

b, f. 3ᵇ col. 1—2 **Versus de monachis, a fine mutil., numero 32.** *Incipiunt uersus de monachis* (rubr.) *Qui monachi rectam mauult deducere uitam — Nec uacuos tandem incertos pingere campos. Cumque.*

23, s. X membr. 4° f. 4.

a, f. 1ᵃ — f. 4ᵃ **Phocæ grammatici ars, mutil. ab initio.** *tauimus ergo omnia uerba sæcundæ coniugationis — percussa futuri ut uigilanda uiris et his similia. FINIT* = p. 432, 1 — p. 439, 7 ed. Keil. Disserui de hoc fragmento variasque lectiones dedi in anecdotis Helveticis præf. p. CCXLVII — CCXLIX.

b, f. 4ᵃ **Tractatus de patronymicis maximam partem ex Prisciano consutus.** *Patronomicum est quod a propriis tantummodo patrum nominibus diriuatur — ut opto optatiuus uel ab aduerbis ut cras crastinus.* Dixit de hoc tractatu Usenerus meus in anecdotis meis Helveticis præf. p. CCXLIX.

c, f. 4ᵃᵇ **Marci Cassinensis carmen de oratorio quod Benedictus in summo monte condiderat etc., a fine mutil., versuum 65.** *UERSUS DE ORATORIO QUOD BENEDICTUS IN SUMMO MONTE CONDIDERAT UBI SACRIFICABATUR PAGANITAS.*

Cœca profanitas coleret dum turba figuras —
Quæ macerant marci pectora bruta tui.

Hæc folia quaternionis binionem interiorem repræsentant.

24, s. X membr. 8° f. 6.

a, f. 1ᵃ **Tractatus de herbis medicus mutil. ab initio.** *et ignis carum ad ceruice nimium dolorem — et postea misces residuas species et tamdiu quo quisquam mutat colore.*

b, f. 1ᵃ **Præceptum medicum de potione contra guttam.** *potionem contra guttam qui membrum tollit — cum pipro* (fuit: *pripro*) *et sale teras bibat.*

c, f. 1ᵃ **Formula magica ad sanguinem siccandum.** *Stulta femina super fontem sedebat et stultum infantem in sinu tenebat sicant. mont. siccant. uall. siccant uene uel qui de sanguine sunt plene.*

d, f. 1ᵇ — f. 5ᵇ **Tractatus medicus de herbis sine titulo, a fine mutil.** *DE RAFFANO DICIT. RAFFANVS CALIDISSImam in se habet uirtutem — LXXX DE MOLOCACRIA DICIT. Molocacria idest malba agrestis in ore qui cum sublegirat folia eius trita et modico sale et mel.*

e, f. 6ᵃᵇ **Præcepta nonnulla medica.** Hæc putredine adeo sunt deleta ut non nisi aliquot litteræ passim legi possint.

25, s. XII membr. 12° f. 9.

a, f. 1ᵃ — f. 9ᵇ **Tractatus de astrologia.** *Mundus igitur ex quatuor elementis — Aut latitudinem declinare aut retrogradari facit. explicit liber astrologie.*

b, f. 9ᵇ **Excerpta nonnulla grammatica.** *Videndum est de constructionibus quod alie sunt proprie alie figurate* etc. Adiecta est parva disputatio de Glauci piscatoris fabula. Horum excerptorum partem edidi et illustravi in anecdotis Helveticis præf. p. CCL. CCLI.

26, s. XI—XII membr. 8° f. 10.

a, f. 1ᵃ — f. 1ᵇ **Carmen de XII lapidibus pretiosis versuum 123.** *De .XII. LAPIDIBVS PRECIOSIS. hic lapidum uarius color est et mistica uirtus — Agmen apostolicum lapis indicat ultimus horum.*

b, f. 1ᵇ — f. 2ᵇ **Versus super libro urinarum Theophili.**
S]emper in urinis tria sunt diuersa notanda —
Cum nullo medio sanguis bonus efficiatur.

c, f. 2ᵃ — f. 9ᵃ **Tractatus de urina.** *Igitur si urina apparuerit. r. et spissa — significat dolorem in sinistro latere pocius habundare quia frigidius est.*

d, f. 9ᵃ — f. 9ᵇ **Tractatus medicus de pulsu.** *DE PVLSV. Pulsus fit ex infricatione naturalis caloris — quia nigrior est in frenesi quam in aliis durus ex siccitate.*

e, f. 9ᵇ — f. 10ᵇ **Præcepta varia.** Fol. 10ᵇ fere legi nequit; initium f. 9ᵇ hoc est: *Mel cum limatura œboris maculas de facie tollit. Si de limatura eboris dentes cotidie fricaueris candidas habebis* etc.

f, f. 3ᵃ **Tractatus medici fragmentum, ab initio mutil.** *et sicca dieta aᵃ medicina lac exting. — Est autem incipienda singularum medicinarum disputacio. De natura .III. proprietate deo iuuante.*

g, f. 3ᵃ — f. 3ᵇ **Præcepta medica varia.**

h, f. 4ᵃ — f. 4ᵇ **Plantarum officinalium enumeratio.** *Absincium. Enula. Polium. Borrago — Scila. Narcissum. Cepe.... porri.*

i, f. 5ᵃ — f. 8ᵇ **Tractatus de medicina, mutil. a fine et ab initio.** *Ticana est calida et S. prodest orí fluenti sanguin. et carbunculis superposita — Sed dari melius est cibaria sicut est eruca maratr. anetum et similia. Multum tamen calida.* Huius fasciculi folia 1. 2. 9. 10 inter se co-

hærent effeceruntque olim quaternionis binionem interiorem; f. 3—8 ad alium quaternionem pertinent.

27, s. XI—XII membr. 4° f. 3.

a, f. 1ᵃ **Præcepta aliquot medica.** *Contra disintiam probatum est. Accipe mel et fac bullire* etc.

b, f 1ᵃ — f. 3ᵇ **Tractatus theologicus de duodecim gemmis.** *Gemma dicta est eo quod ad instar gummi transluceat — uiuos uocat quia non sunt insensibiles sed uiuunt in deo.*

c, f. 3ᵇ **Præcepta aliquot medica.** *Pontica est gemma quedam liuore perlucida habens stillas rubeas — mellicratum est uinum melle mixtum.*

d, f. 3ᵇ **Excerpta medica de pulsu et urina, a calce mutil.**

1, *Omothenus pulsum habet pissum — frenesin significat futuram in proximo.*

2, *Vrina colore tenui — et diu perseuerans non se mutauerit frigus subitaneum.*

28, s. XII membr. 8° f. 2.

a, f. 1ᵃ **Commentarii Sancti Hieronymi super Matthæum verba ultima.** *Qui usque ad consummationem seculi cum discipulis — eam diem in qua se scit futurum cum apostolis. EXPLICIT COMMENTARIUM SANCTI IERONIMI PRESBITERI SVPER MATHEVM.*

b, f 1ᵇ — f. 2ᵃ **Anonymi tractatus de orthographia.** *Rectæ ortografiæ ratio quæ hic annotatur — Suasit amor facinus proles ego regia nisi. Scilla.* Edidi hunc tractatum in anecdotis Helveticis p. 295—297 deque eo disserui ibid. præf. p. CXXXVIII.

c, f 2ᵇ **Excerpta nonnulla theologica.** *Legitur in genesi quod abraham in sacrificium accepit — in ariete intlligun- tur* (sic) *præpositi. Ducunt.*

d, f. 2ᵇ **Eugenii Toletani carmen de decem plagis Aegypti, sine titulo.**

Prima plaga egypti limphas in sanguine uertit —
Vltima quæ decima est prolis primordia truncat.

Huius carminis lectiones varias ad Patrum Lugdun. edit. tom. XII p. 348 A. B collatas excerpsi in anecdotis Helveticis præf. p. CXXXVIII adnot. 2. Effecerant olim hæc duo folia quaternionis unionem intimum.

29, s. XII membr. 8° f. 2.

a. f. 1ᵃ **Introductio in Ciceronis Lælium sive de amicitia.** *Atticus fuit quidam nobilimus* (sic) *romanus et ualde familiaris ciceroni — ueram et perfectam amiciciam non posse esse nisi inter bonos.*

b, f. 1ᵇ — f. 2ᵇ **Horatii artis poeticæ fragmentum cum scholiis.** Extenditur usque ad v. 276. Hæc folia quaternionis unionem intimum olim effecere.

30, s. X — XI membr. 12° f. 1 **Persii saturarum fragmentum (VI, 61—80) cum scholiis interlinearibus et marginalibus.**

31, s. XII membr. 8° f. 4.

a, f. 1ᵃ — f. 2ᵃ **Versus rimati metro trochaico de rebus ecclesiasticis numero 140.**
Viri uenerabilis uiri litterati —
Et sit salus omnium et hic et in fine.
Quaterni versus in eandem syllabam exeunt.

b, f. 2ᵃ — f. 4ᵃ **Sermo de ecclesiæ et cælestis sponsi matrimonio.** *Hodie celesti sponso iuncta est ecclesia — dominus noster iesus christus misit in terram et uoluit uehementer accendi. Qui tecum uiuit et regnat* etc.

c, f. 4ᵃ — f. 4ᵇ **Sermo de quinque septenis rebus in sacra Scriptura inventis, a calce mutil.** *Sermo* (rubr.). *Quinque septena in sacra scriptura frater inueni — profecto tu agis cum doces bonum extra datorem diligere ut qui partem boni quod ab illo est datum.* . . . .

32. s. X membr. 2° f. 1. Pars abscissa est dexterior.

a, f. 1ᵃ, col. 1 **Generatio regum Francorum.** *Generatio Regum francorum* (rubr.). *Sunno dux gen. feramundum qui fuit rex francorum primus crinitus — successit filius eius Philippus Philippo Hlodouicus ludouico ludouicus ludouico philippus Philippo ludouicus.* Addita sunt nonnulla manu recentiore scripta quæ ob putredinem legi nequeunt.

b, f. 1ᵃ, col. 2 **Catalogus Turonorum archiepiscoporum.** *TuRonorum archiepiscopi* (rubr.). *I Gacianus sedit annos L II Lidorius annos L — Hardinus an . . . . Fuit inter . . . . Aithaith . . . . Fuit . . . Hu . . . Fu* . . . .

c, f. 1ᵇ, col. 2 **Tractatus astronomicus de cursu lunari.** *Quando currit nulla inuenitur XL. ad VIIII ebdomadas et — expecta diem illum dominicum et sic erit pascha.* Agitur præter cursus lunaris tabulam *de XII signis, de termino LXX, de termino XL, de termino pasch., item aliud.*

33, s. XV membr. 4° f. 1 **Henrici V regis Anglorum querellæ Carolo VI regi Francorum obiectæ fragmentum.** *cedem ac uelut permutatione cederemus Angli Francis iure quod maiorum nostrorum per multas continentes ætates fuerat in Normanos Cænomanos Turrones Andes — Ego si qua esset in terris Augustior maiestas quam uestra Cæsares ad eam querimonias deferrem in* . . . . . Mentio fit fœderis Britiniaci (Bretigny) et Joannis regis Francorum ab Anglis capti; pertinet autem hoc fragmentum ad bellum ab Anglorum rege Henrico V contra Carolum VI Franciæ regem initio sæculi XV susceptum. Alia manu sæc. eiusdem correcta sunt inter lineas et in marginibus cum vocabula singula tum sententiæ universæ.

34, s. XI—XII membr. 8° f. 8. Præscriptum est manu sæc. XIII: *Consinificationes dictionum. Glose super cantica canticorum. Kalendarius uersificatus.*

a, f. 1ᵃ — f. 2ᵃ **Tractatus grammaticus de dissonantia sermonum.** *Incipit dissonantia sermonum. Inter auxilium et præsidium et subˢⁱdium hoc interest — Rediᵘⁱuum quod reuiuiscit.* Edidi in anecdotis Helveticis p. 277, cf. præf. ibidem p. CXIX.

b, f. 2ᵃ — f. 2ᵇ **Explicationes aliquot grammaticæ et orthographicæ.** *Ancillor blandior et adulor unum significant — Collirida est cibus quam nebulam uocamus.* Nonnulla ad orthographiam spectantia habes in anecdotis Helveticis præf. CXXXX. .

c, f. 2ᵇ — f. 4ᵇ **Tractatus de homine.** *DE HOMINE CVR DICATVR VEL QVOMODO constat. Homo unde dictus est? homo enim ab humo appellatus est — Quid sunt labia? ualue oris. Lingua unde.*

Adiectum est **frustulum grammaticum**: *Lacteo lac sugo lacto præbeo nato — et quatuor neutris sel cor aor marmor equor.*

d, f 5ᵃ — f. 5ᵇ **Tractatus de septem liberalibus disciplinis.** *DE SEPTEM LIBERALIBVS DISCIPLINIS. Hæ artes cur liberales dicuntur? — Greci autem dicunt hanc artem ab atlante prius excogitatam.*

e, f. 5ᵇ — f. 6ᵃ **Tractatus de sex ætatibus mundi maioris et minoris.** *Peto ut mihi exponas rationem VI etatum mundi — Senium autem pars est ultima senectutis dicta quod sit terminus sextæ etatis.*

f, f. 6ᵃ — f. 7ᵃ **Tractatus de litteris communibus.** *DE LITTERIS COMMVNIBVS. A. Dic mihi quis primus ante diluuium litteras repperit? — A. uocales literæ quot sunt?)-(. secundum latinos.* Edidi hunc tractatum in anecdotis Helveticis præf. p. LIII—LIV.

g, f. 7ᵃ — f. 8ᵇ **Artis grammaticæ fragmentum a calce mutil.** *Terra quæ pars est? nomen. quare? — Si ultima breuis fuerit penultimam.* Dixi de hac arte, quæ nullius fere est pretii, in anecd. Helv. præf. p. LIV.

35, s. X membr. 8° f. 2 **Augustini dialectices fragmentum.** .... *piscibus dicta propter aquam ubi piscibus — Xersem regem uel mulcetur.* ... Est p. 10, 18 — p. 12, 16 ed. Crecelius (Progr. Elberf. 1857). Dixi de hoc fragmento in Fleckeiseni annalibus philologicis a. 1872. Pertinebant hæc folia ad quaternionis unionem intimum.

93. s. X membr. 2° f. 132.

Epistulæ Hieronymi ad diversos et Augustini ad Hieronymum, ab initio mutil. et a fine. *in nomine domini regnum patris nostri dauid os.. anna in excelsis iohannes quoque* etc. (ep. I ad Damasum) — *et ut aliquid prestringam de fabulis poetarum religatum ad saxum andromede expectatricem repetitoque itinere nicopolim quæ prius emmaus uocabatur*. .... Inter f. 112 et 113 duo folia interciderunt nec non inter f. 124 et 125 tres epistulæ

desiderantur. Insunt hæc: Hier. epistulæ ad Damasum V, ad Heliodorum, Nepotianum, Paulinum, Amandum II, Heliodorum; Aug. ad Hier., Hier. ad Aug. II, Aug. ad Hier. III, Hier. ad Aug., Aug. ad Hier. II, Hier. ad Aug., ad Magnum oratorem, ad Julianum Aquileiæ, ad Niceam Ippodiacum (hypodiaconum) Aquileiæ, ad Crisomam monachum Aquileiæ, ad Antonium monachum Hemoneæ, ad Evangelium, ad Rusticum, ad Paulum Senen. monachum concordiæ, ad Chomasium, Jovinianum et Eusebium, ad Tirasium, ad Julianum, adversus Vigilantium II, ad Occanum, ad Castorinam, ad Furiam, ad Salvinam, ad Pamachum, ad Marcellam, ad Paulam de dormitione Blesillæ, ad Marcellam, ad quem supra (ea epistula periit) de vita Asellæ, ad Faviolam de veste sacerdotali (cod. sacerdoli), ad Marcellam de tractatoribus suis, ad Marcellam de naso, ad Asellam, ad Florentinum, ad Oceanum, ad Marcellam de decem nominibus Dei, epistaphium Sanctæ Paulæ.

***A 93.** Cod. miscell. sched. continens particulas 19. Om. Sinn.

1, s. XVII membr. **Charta Ludovici XIII** donnée a Fontainebleau, 27 Août 1621: *Declaracion royal contre la religion pretendue reformée et defense de celle-là.*

2, s. XVII chart. 2° **Project d'union avec sa majesté de la grande Bretagne** [Guillaume III] **et les Cantons Evangeliques du Corps Helvetique.**

3, s. XV membr. 4° f. 1.

a, **Carmen Gallicum,** anonymi, v. 30 str. 5. Inc. *Sages raison me doit morir Et en droit mi iorur fenir. . .*

b, **Fragmentum poeticum dialecto Waldensi conditum.** Inc. . . *dolsa plasent . . olia saga cortoyza vuiblalia par ceur et sans amer bontet bontet et sans nul difirure ie vous en voye ceins et arme. .*

c, **Invocatio angelorum.** Inc. *mane cum surrexeris sanctum Michaelem in mente habe et letum diem habebit. . . .*

d, **Versus Latini VIII.** Inc. *Jus et iusticia primum est et quatuor infert. .*

e, **Quæstiones iuridicæ.**

4, s. XVI—XVII chart. 2° f. 8 **Disputatio inter „Camillo Sorrino et Augustino de ballesmo et cena sancta“,** Italice, mutil. ab initio.

5, s. XVI—XVII chart. 4° f. 20 **Discorso della prosperita et adversita fatto da Scipione Lentolo Neapolitano.**

6, s. XVII—XVIII chart. 16° f. 4 **2 Sonetti et 1 Canzone del fratello di Madama du Plessi alla sorella.**

1, inc. *M'era la liberta come rapita . .*

2, inc. *Quand' odo le ragioni compagne del tuo dire . .*

3, inc. *Tutt' i momenti de la uita humana.*

7, s. XVI chart. 2° f. 57 **Commentarii conventus synodalis convocati mense Jun. 1572 in oppido Chiavenna, de excommunicatione Hieronymi Turriani, ecclesiæ Pluriensis ministri, et Camilli Sozzini, Latine.**

8, s. XVI chart. 2° f. 48 **Discorso maraviglioso della vita attioni e diportamenti di Caterina de' Medici Reina madre,** *nel quale si raccontono i modi ch'ella ha tenuti per usurparsi il gouerno del Regno di Francia e rouinare lo stato di quello. 1595. Ridotto in vulgare Italiano dal Francese.*

9, s. XVI chart. 8° f. 20 **Confutatione della prima lettione di frate Francesco Panicarola franciscano delle diciotto fatte da lui contra il Calvino,** *nella quale si mostra la manifesta ignorantia et le aperte falsità del Panicarola cosi delle sante scritture come della uera antichità.*

10, s. XVI chart. 8° f. 83 **La copia d'una lettera mandata d'Inghilterra à Don Bernardino di Mendoza ambasciadore in Francia per lo re di Spagna,** *per laquale si dichiara lo stato del Regno d'Inghilterra contra la speranza di Don Bernardino e di tutti i suoi partigiani Spagnuoli o altri. — Stampata nuouamente 1588.*

11, s. XVI chart. 2° f. 2 **Fragmentum libri contra hæreticos Hieronymum Turrianum et Camillum Sozzinum.** Italice, finis deest, cf. nr. 7.

12, s. XVI chart. 2° f. 12 (11—12 mutil.). **Lettera di Francesco Pucci a ms. Niccolo Balbani et a gli altri attempati e persone di giuditio della Chiesa Italiana di Ginevra.**

13, s. XVI chart. 4° f. 8 **Copia del trattato del battesmo et della cena di Misser Camillo renato.**

14, s. XVI chart. 2° f. 13.
- a, **Cento Virgilianus de morte Colignæi et de nocte quæ dicitur Bartholomæa, dedicatus Bongarsio.**
- b, **Distichon ad Carolum regem Gallorum.**
- c, **Disticha in Parricidium Gallicum.**

15, s. XVI (a. 1555 17 Kal. Julias) chart. 2° f. 2 **Litteræ ad 'Ms. Agostin Manardo',** Latine.

16, s. XVI chart. 2° f. 16 **Status controversiæ de prædestinatione in colloquio Monpelgartensi anno 1586, 28. Martii.**

17, s. XVIII (1789, 7. Sept.) chart. 2 f. 1 **Epistola principis de Kaunitz 'an die Häubter nnd Rhäte löbl. 3 Bünde Chur';** Germanice.

18, s. XV (1406) membr. 8° f. 1 **Testimonium rectoris Universitatis Parisiensis, Jacobi Bacquelier de eo quod Johannes de Junigny studiis se dederit in univers. Paris. Datum Parisius, 13. Dec. 1406.**

19, s. XVI membr. 4° f. 1 **Charta** Latine scripta margine circumciso, lectu difficilis, in qua Johannis Valee presbyteri eccles. Paris. mentio fit.

94. s. XIII—XIV membr. 2° f. I + 208.
* **Passiones Sanctorum.** Præmissus est libri catalogus.

1, f. 1ª — f. 4ª **Vita B. Pauli primi Heremitæ, cum prologo Beati Hieronymi.** *Inter multos sepe dubitatum est — ne refellendi quidem sentencia uidetur. Explicit prologus. Incipit uita b. pauli .I. Igitur quia de antonio —*

2, f. 4^a — f. 7^b **Prologus B. Fortunati in vitam Sancti Hilarii Pictaviorum episcopi, cum vita eius.** *Domino sancto et meritis beatissimo patri pascentio pape fortunatus. Religiosi pectoris — nunc de eius uita proponamus. Igitur beatus hylarius pictauorum urbis episcopus regionis aquitanice oriundus fuit —*

3, f. 7^b — f. 8^b **Vita B. Felicis Nolani.** *Beatus felix a maximo nolane urbis episcopo —*

4, f. 8^b — f. 12^b **Marcelli Papæ.** *Tempore quo maximianus augustus rediit —*

5, f. 12^b — f. 36^a **Prologus Athanasii in vitam S. Antonii, cum vita eius.** *Optimum fratres in istis certamen — tanti nominis uirum. Igitur antonius nobilibus — et totius corruptionis artifices. Explicit uita sancti antonii primum scripta a sancto athanasio alexandrino episcopo in greco translata postmodum in latinum ab euagrio præsbitero.*

6, f. 36^a — f. 39^a **Passio Sancti Polycarpi, sicut habetur in historiæ ecclesiasticæ libro quarto.** *Antonini qui pius cognominatus est uicesimo et secundo anno —*

7, f. 39^a — 51^b **Epistula Innocentii papæ ad Guigonem Cartusiæ Priorem de vita Sancti Hugonis cum prologo et vita ipsius per Guigonem scripta.** *Innocentius episcopus* etc. *Diuinis respondentes beneficiis — data pisis X Kal. maii. Domino et patri karissimo ac reuerentissimo sedis apostolice pontifici innocentio cartusiensium pauperum seruus inutilis guigo perpetuam salutem* etc. *Non pepercit nostre uel uerecundie — dignum potuerimus explicare. Cum ergo præfati patris — nunc usque perseuerat.*

8, f. 51^b — 62^a **Paulini episcopi prologus in vitam Beati Ambrosii Mediolanensis episcopi, cum vita eiusdem et historia S. Paulini episcopi de Sancto Ambrosio.** *Hortaris uenerabilis pater — quæ fuerit agnoscatur. Igitur posito in administratione — fugisse supplicium. amen. Hystoria sancti paulini episcopi de sancto ambrosio episcopo. Miraculum laudabile canite omnes populi — dum arrianis non cedit.*

9, f. 62^a — f. 63^b **Passio Beati Marci evangelistæ.** *Per idem tempus quo dispersi erant —*

10, f. 63^b — f. 70^b **Georgii.** *Eo tempore quo dioclecianus romani orbis —*

11, f. 70^b — f. 73^b **Alexandri Papæ Eventii et Theodoli sociorumque eorum.** *Quinto loco a beato petro apostolo romane urbis —*

12, f. 73^b — f. 75^a **Gordiani.** *Temporibus iuliani impiissimi imperatoris —*

13, f. 75^b — 81^b **Gesta et passiones Sanctorum martyrum Flaviæ Domitillæ Nerei et Achillei, Euthicetis Victorini et Maronis, Sulpicii et Serviliani, Theodoræ et Eufrosinæ.** *Eorum sollicitudinem qui ante nos fuerunt —*

14, f. 81^b — f. 82^b **Pancratii.** *Temporibus illis immanis persecutio fuit —*

15, f. 82^b — f. 89^a **Vrbani Papæ.** *Vrbanus urbis rome episcopus communi mortalium —*

16, f. 89^a — 91^b **Marcellini presbyteri et Petri Exorcistæ.** *Benignitas saluatoris nostri martyrum perseuerantia comprobata —*

17, f. 91^b — 93^b **Primi et Feliciani.** *Temporibus diocleciani et maximiani imperatorum seua fuerat —*

18, f. 93^b — f. 99^a **Sermo in natale Sancti Barnabæ apostoli et passio eiusdem.** *Redemptor et saluator noster dominus iesus christus antequam de interitu sathane triumphans — fideliter declaremus. Johannes igitur qui et marcus famulus domini nostri J. C. discipulus uero sanctorum apostolorum pauli et barnabe —*

19, f. 99^a — f. 101^a **Revelatio sive passio sanctorum Gervasii et Protasii ab Ambrosio scripta.** *Seruus Xpisti ambrosius episcopus fratribus per omnem italiam in domino eternam salutem. In diuinis uoluminibus —*

20, f. 101^a — f. 104^a **Passio Gallicani Johannis et Pauli.** *Sub constantino augusto gallicano duce —*

21, f. 104^a — f. 105^b **Petri et Pauli, sicut habetur in libro quarto Egesippi historiographi.** *Erant neronis tempore rome petrus et paulus —*

22, f. 105^b — f. 110^a **Passio Sancti Pauli apostoli a Lino episcopo Romano conscripta et ecclesiis orientalibus destinata.** *Cum uenissent romam lucas a galatia titus a dalmatia —*

23, f. 110^a — f. 117^a **Passio Petri et Pauli apostolorum.** *Cum uenisset beatus apostolus paulus in urbem romam —*

24, f. 117^a — f. 118^b **Processi et Martiniani.** *Tempore quo symon magus crepuit uictus —*

25, f. 118^b — f. 120^a **Felicitatis et septem filiorum eius.** *Temporibus antonini imperatoris orta est seditio —*

26, f. 120^a — f. 124^b **Margaretæ.** *Post passionem et resurrectionem domini nostri —*

27, f. 124^a — f. 125^b **Praxedis.** *Virgo uenerabilis praxedis habitauit in titulo —*

28, f. 125^b — f. 126^b **Mariæ Magdalenæ.** *Licet a plerisque relationis series —*

29, f. 126^b — f. 132^a **Apollinaris.** *In diebus claudii cesaris uenit petrus apostolus —*

30, f. 132^a — f. 138^b **Cristinæ.** *Tempore illo erat quedam puella de tyro —*

31, f. 138^b — f. 142^a **Christofori.** *In tempore illo quo dagnus rex regnabat in ciuitate samon —*

32, f. 142ᵃ — f. 144ᵇ **Nazarii et Celsi V Kalendas Augusti.** *Nazarius genitus a patre nomine africano —*

33, f. 144ᵇ — f. 145ᵇ **Sermo Beati Paulini de inventione Sanctorum Nazarii et Celsi.** *Factum est dum clementissime —*

34, f. 145ᵃ — f. 145ᵇ **Passio S. Felicis Papæ.** *Fuit temporibus constancii filii constantini —*

35, f. 145ᵇ — f. 146ᵃ **Simplicii Faustini et Beatricis.** *Temporibus diocleciani et maximiani sceleratissimorum imperatorum —*

36, f. 146ᵇ **Epistula Constantii Presbyteri ad Sanctum Patientem Lugdunensem episcopum de vita Sanctissimi Germani.** *Domino beatissimo apostolico* etc. *Merito inter omnes uirtutes — semper memor esto beatissime presul.*

37, f. 146ᵇ — f. 147ᵃ **Item eiusdem ad Sanctum Censurium Authisiodorensem episcopum.** *Domino beatissimo* etc. *Prima mihi cura est — misericordiam domini consequi mereantur.*

38, f. 147ᵃ — f. 158ᵇ **De vita et virtutibus Sanctissimi Germani cum præfatione.** *Plerique ad scribendum sollicitati — quam neminem. Igitur germanus authisiodorensis opidi —*

39, f. 158ᵇ **Oratio de festivitate S. Petri quæ dicitur ad vincula.** *Notandum est fratres karissimi qua de causa —*

40, f. 158ᵇ — f. 163ᵇ **Passio S. Stephani Papæ ac sociorum eius.** *Temporibus ualeriani et gallieni multi christianorum —*

41, f. 163ᵇ — f. 167ᵃ **Epistula Aviti Presbyteri ad Papam Palconium de inventione corporis beati Stephani.** *Beatissimo* etc. *Memores esse uos mei cupio et præcor —*

42, f. 167ᵃ — f. 176ᵇ **Passiones Sanctorum Polochromii Parmenii Abdon et Semnes, Xyxti Felicissimi Agapiti Laurentii et Ypoliti aliorumque multorum.** *Orta tempestate sub decio cesare — mori leti quam uiuere male.*

43, f. 176ᵇ — f. 177ᵃ **Eusebii presbyteri.** *Eo tempore quo liberius de exilio reuocatus fuerat —*

44, f. 177ᵃ — f. 179ᵃ **Agapiti.** *Sub rege antiocho pagano erat quidam puer —*

45, f. 179ᵇ — f. 182ᵇ **Ignacii.** *Cum traianus romanorum suscepisset imperium —*

46, f. 182ᵇ — f. 185ᵃ **Irenæi et sociorum.** *Igitur photino nonagesimo uite sue anno — dissensio debeat oboriri.*

47, f. 185ᵃ — f. 208ᵇ **Prologus abbreuiationis vitæ Beati Hugonis Lincolniensis episcopi, cum vita eiusdem.** *Inspecta serie uite beati Hugonis quam composuit frater a. — alia transferuntur. Hugo genitricis solatio cum necdum etatis —*

***A 94.** Cod. sched. fragm. miscell. continens particulas XXIV. Omis. Sinn.

1, s. XI membr. 2° f. 3 **Beati Cassiani instituta Patrum, sine titulo.** Fol. 1 et 2 inter se cohærent: est primus quaternionis unio; fol. 3 ad alium quaternionem pertinet. Præmissus est manu recentissima titulus: *Instituta patrum libri XII.*

Fol. 1 *Incipiunt capitula libri primi. I De cingulo monachi — XI de cingulo spiritali et sacramento. Incipit præfatio libri primi beati CASSIANI. Virum sapientissimum salomonem — opus quod in iungis aggrediar et ea que omnimodis intacta.*

fol. 2 *inde quantalibet multitudo convenerit numquam amplius psallunt in sinaxi quam IIIor fratres XII. Hunc sane canonicum — (XV) ullam copiam uel tempus impertiat oris.*

fol. 3 (XVIII) *consummasse describit cum dicit* — (XXI) *qui delectabili eam esca permulcet ad tempus post uero uacuam.*

2, s. XII membr. 4° f. 18.

a, f. 1 — f. 6ª **Liber qui vocatur speculum caritatis, ab initio mutil.** *uiolari cognoscitur. tunc demum ei cui dispensatio credita est — Nemo ergo estimet maiorem in uiciis quam in uirtutibus esse delectationem. Explicit liber qui uocatur speculum caritatis* (rubr.).

b, f. 6ᵇ — f. 18ª **Expositio Alcuini super sysarim (sir sirim) idest cantica canticorum, a fine mutil.** *Osculetur me osculo oris qui — uel ad bene operandum œgrediendo procedere uel in exercita.* Præmissi sunt versus Alcuini super cantica canticorum numero VIII: *Versus alquini super cantica canticorum* (rubr.):

Hunc cecinit salomon uita dulcedine librum —
Auribus ille tuis male friuola falsa sonabit.

Fol. 18ᵇ scriptura vacat.

3, s. XIII membr. 8° f. 4, quorum ultimum scriptura vacat. **Proverbia Petri Alphonsi, ab initio mutil.** *solis amenitatem quibus ille placido uultu ait quod mihi non datis auferre non præsumatis — et filio et spiritu sancto per infinita secula seculorum amen. Expliciunt prouerbia petri alphunsi.*

4, s. X membr. 2° f. 8 **Expositio Hieronymi in Psalmos et in proverbia Salomonis, ab initio mutil.**

fol. 1ª *in choro idest in concordia fratrum in tymphano et psalterio idest non sola uoce — in cordis et organo et cimbalis iubilationum sanctorum omnium concordissimam significat societatem ubi omnis spiritus laudat dominum. IN NOMINE DOMINI INCIPIIT EXPOSITIO HIERONIMI IN PROVERBIA SALOMONIS. Parabolæ salomonis fili dauid* — f. 1ᵇ *idest princeps es sic apud extraneum manum tuam dedisti.* — f. 2ª *ALLELVIA Confitemini domino et inuocate nomen eius idest dicite quia prædicatores* — f. 8ª *A uoce gemitus mei adhesit cor meum idest ita exsiccaui memet ipsum ut sine carne essem.*

F. 8ᵇ scriptura vacat.

5, s. X membr. 4° f. 16 **Gregorii Papæ epistulæ.** Sunt quaterniones duo, quorum posterior numero V insignitus est; sed inter ambos unus quaternio excidit. Continet epistulas LXIII (fin.) — LXXXII (med.), LXXXVI (fin.) — CVII (med.).

f. 1ª *commissis ibi patrimonii campaniæ curam gessit* — f. 8ᵇ *et beati petri et apostolorum principis intercessione a mali*

somni ...... seruet quatenus feruor — f. 9ᵃ .... *dulcedine saluare sortimur* — f. 16ᵇ *quod scitis per canones etiam antiquorum patrum institutiones permissum.*

6, s. X membr. 2° f. 2 **Fulgentii homilia de caritate, sine titulo.** *Q]uantum cupio sanctitati uestre debitum reddere de caritate sermonem — illic perfecta sine crimine possidetur.* Manu recenti præscriptum est: *Fulgentii homilia de caritate edita in fine Eugypii sed imperfecta.*

7, s. XII membr. 4° f. 7 **Magistri Petri Longobardi tractatus de prophetis.** *Prologus magistri petri longbardi in ysaiam prophetam* (rubr.). *Faties uectes de lignis sethim .V. ad continendas tabulas — super litteram legitur et interlinearibus et marginalibus coaptatur.* Est quaternio, cuius folium ultimum intercidit; fol. 7ᵇ scriptura vacat.

8, s. XI membr. 4° f. 8. Fuit Francisci Danielis. **Augustini liber de conflictu vitiorum et virtutum, a fine mutil.** *DE CONFLICTV VICIORVM ATQ; VIRTVTVM. Apostolica uox clamat per orbem — qui totum quod uiuunt domino esse deuouerunt ad quos spiritualem.*

9, s. XII membr. 4° f. 16 **Præpositi Papiensis, dein Faventini episcopi nescio cuius compilatio decretalium et extravagantium, a fine mutil., sine titulo.**
f. 1ᵃ *Gloria patris est filius sapiens profectus discipuli gloria magistri — sed fortis debet aliis diriuare. hac igitur consideracione hac scolastice utilitatis gratia compulsus qui decretales et extrauaguancia compilaui tunc præpositus papiensis nunc fauentinus episcopus licet indignus super eodem opusculo summam Christo duce agredior elimare* etc. — f. 16ᵇ *ab omni sententia appellari potest nisi appellatio.*

10, s. XI—XII membr. 8° f. 10 **Constantini Africani montis Cassinensis monachi liber viaticus, a fine mutil.** *Incipit prologus libri uiatici a constantino compositi* (rubr.). *Quoniam quidem ut in rethoricis tullius omne inquid expetendum — ilico hanc infirmitate uexatus est quæ cum apposita esset liberatus est. G. secundo.* Desunt capitula tria ultima de apoplexia, de spasmo et tetano, de tremore et vectigatione.

11, s. XIII membr. 8° f. 2 **Fragmentum Boetii de musica.** f. 1ᵃ—2ᵃ legitur capitulatio inde a libri primi cap. XXIV usque ad finem; f. 2ᵃ *Incipit liber annicii manlii seuerini boetii consularis et illustris ex consulum ordine patricii de musica liber primus* (rubr.) *Omnium quidem perceptio — que uero mansuete mediocribus quamquam.* Est quaternionis unio intimus.

12, s. X membr. 2° f. 18 binis columnis script.

a, f. 1ᵃ — f. 2ᵇ **Homiliæ aliquot mutil.** Folii primi non nisi particula perparva superest; f. 2ᵃ sic incipit: ... *tis gloria coronare dignatus est. [H]æsterna die natalem habuimus domini saluatoris — et martirii consequetur coronam. [E]cce tibi loquor o homo quicumque dicis — quod promisisti qui uiuis et regnas in sæcula sæculorum. [H]eri cælebrauimus*

temporalem sempiterni regis nostri natalem — Magnum quippe donatiuum suis militibus attulit.

b, f. 3ª — f. 5ᵇ **Passiones Sanctorum, ab initio mutil.**

1, f. 3ª **Passio Ignatii, ab initio mutil.** *diderunt. Quoniam hii omnes non in uacuum cucurrerunt — condite in mense decembrio. Regnante iesu christo domino nostro cui est honor et inperium per omnia sæcula sæculorum. amen.*

2, f. 3ª — f. 4ᵇ **Passio Marii et Marthæ, sine titulo, a fine mutil.** *Temporibus claudii uenit quidam uir de persidæ partibus nomine marius cum uxore sua martha — Et præcipiens asterium cum omni domo sua duci uinctum in ciuitatem hostiam.*

3, f. 5ª — f. 5ᵇ **Fragmentum passionis Sancti Stephani Hipponensis.** .... *stupentibus* ...... *præibat exultans uiam carpens et uiæ ducem ulterius non requirens — orantes ut iam sibi placaretur deus et salutem pristinam.*

c, f. 6ª — f. 8ª **Homiliæ aliquot ab initio mutil.**

1, ... *perimus. Simpliciores fratres inter ruinas templi et altaris siue in portarum exitibus — habent iudæi datum sibi tempus pœnitentiæ confiteantur benedictum qui uenit in nomine domini nostri iesu christi ora conspicient.*

422, Nescio cui. Arg. XXIII Julii 1606.
423, Item (agitur de episcop. Argent.). Gallice.
424, Item. Francf. 4 Dec. 1602. Gallice.
425, Item. Gall.
426, Item. Francof. 8 Dec. 1602. Gall.
427—430, Item. Gall.
431, Item (de negotio Juliacensi).
432, A monsieur de Sancy.
433, Instructio legati cuiusdam, Gall.
434, Anonymi ad anonymum (agitur de Bongarsio).
435, Anonymo.
436, Dominis nescio quibus. Gall.
437, Nova politica.
438, Ad anonymum. Gall.
439, Politica.
440, Ad anonymum. Gall.
441, Excerpta ex epistulis diversis. Gall.
442, Ad anonymum.
443, Item.
444, Item.
445, Item (superscript. 'de la Fleche'; agitur de Jesuitis).
446, Nova J. Bongarsii. 1603.
447, Bong. ep. ad Camerarium. Basil. 25 Nov. 1590. Deest in editione Spanhemii.
448, Ad anonymum (Vandermeilen?) Gall.
449, Ad anonymum. Strasb. 15 Mars 1597. Gall.
450, Lobbetio. Petersthal. Aoust. Ed. ep. Bong. 1695 II p. 664.
451, Nescio cui. Strasb. 26 Janvier 1597.

452, Item. Strasb. 26 Janvier 1597.
453, Vincentio Sirelli (Sivelli?). Francof. Apr. 1597.
454, Nescio cui. Gall. (de Odettæ morte ad aliquem eius propinquum).
455, (Bong.) à mes tantes. X Juin.
456, Eisdem.
457, A Madame de la Nove. 7 Juin.
458, Feminæ cuidam. X Juin.
459, Sorori le Queux. X Juin.
460, Electori. Gallice.
461, Nescio cui. 8 Junii.
462, A madame de la Nove (de morte Odettæ).
463, Bong. à sa sœur (de eadem re).
464, Pactum sororis Jacobi Bongarsii. 14 Oct. 1596.
465, Nescio cui. 1610. Ed. ep. Bong. et Ling. Arg. 1660 p. 84.
465ᵃ, Ad comitem de Hanau. 1610. Ed. ep. Bong. 1695 II p. 677.
466, Nescio cui. Loquitur de senectute sua.
467, Bong. à sa sœur.
468, Nescio cui.
469, Nescio cui feminæ.
470, Nescio cui.
471, Item. Francf. dernier Sept. 1605 (1601?).
472, Lingelshemio. Argent. XXIII Febr. 1597. Ed. ep. Bong. et Ling. Arg. 1660 p. 31.
473, Principi Botskay.
474, Nescio cui. Francof. 23 Sept. 1590. Ed. ep. Bong. et Ling. Arg. 1660 p. 82.

Codex olim multo plura continebat, id quod inde probatur, quod paginationis veteris hodie multa folia desiderantur cum alias tum in codicis fine.

150. s. XVI et XVII in. chart. 2°.

J. Bongarsii scripta theologica et philosophica.

*1, Analysis XXV cap. genes.
*2, Synesii περὶ βασιλείας, Græce, et alia excerpta ex eodem. Addita sunt excerpta hist. eccles.
*3, Ex libro Pith. Ex vetustissimo codice Miciacensis quondam monasterii. Synodus ecclesiæ Gallicanæ habita Durocortori Remor. sub Hugone et Roberto Francorum reg. cum apologia eiusdem synodi scripta a Girberto tum quidem archiepiscopo Remensi, postea Rom. pontif. (est collatio codicis cum edit. Magdeb. Cent. X cap. 9 fol. 457 seq.).
*4, Tractatus theologicus.
*5, De doctrina Christ. tractatus. V Id. Nov. 1611.
*6, Analecta philosophica secundum alphabetum digesta.
*7, De usuris, f. 11.
*8, Analecta philosophica secundum alphab. digesta.
*9, Miscellanea theologica, ethica, historica.
*10, Jos. Scaliger Sanvertuniano (de Plinii loco).
*11, Dialectica diatyposis.

* 12, Apographon glossarii Latini, f. 3:
Abaso infirma domus.
Adhebitis predabitis
Abiectare contumeliis afficere etc.
Sunt excerpta ex cod. Bern. 16.

* 13, Excerpta de rhetorica.

14, *Ὑποθῆκαι ἅς εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι καὶ ὠνόμασαν ἐγχειρίδιον*, Græce, fol. 7. *Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν* etc.

15, *Ἐξήγησις εἰς τὸ ἐγχειρίδιον*, f. 3. *Ἐπανόρθωσίς ἐστι πασῶν τῶν τεχνῶν* etc.

16, *Ἐκ τῆς Πρόκλου τοῦ Πλατωνικοῦ φιλοσόφου θεολογίας στοιχείωσις. Κεφάλαιον ιά — ιδ*, fol. 2.

151. s. XVI chart. 2° f. 109.

1, f. 1 — f. 20[b] **Edicta et litteræ Caroli IX et Henrici II, Gallice.**

*2, f. 22[a] — f. 45[b] **Instruction pour le faict de la Chambre et des Comptes.**

*3, f. 46[a] — f. 109[a] **Chappitre des lettres d'estat et office** des chambres et autres lettres qui s'expedient tant au grand qu'au petit sceau.

152. s. XIV membr. 4° f. 10.

Lotharii Levitæ et Cardinalis de utilitate conditionis humanæ libri III.

F. 10[a] legitur in fine interpretatio Latina quorundam verborum Hebraicorum: *Judas interp. confessio. Ruben interp. uidens filium* etc.

153. s. XVI chart. 2° f. 88.

Des saints sacremens du baptesme et de la cene ensemble la response pour les papistes a vng dizain faict contre eulx par Adam de Retour, alias Jehan Menard.

F. 5 *Preface. Je ne doubte point chrestian lecteur que en ce temps les idolatres infideles gens mal instruitz et ignorans des ordonnances du seigneur voiant en plusieurs lieux destruire les idolatries ne soient scandalisez...* Dedicatus est liber viro clarissimo Hanns Steiger; præcedunt aliquot carmina nec non in fine carmen legitur. Præterea adiacent epistulæ duæ a. 1550 et 1560 scriptæ, quibus de huius libri editione agitur.

154. s. XIII membr. 4° f. 27.

Johannis Damasceni liber de fide orthodoxa, a Burgundione iudice cive Pisano in Latinum translatus. *Johannis presbyteri damasceni qui mansur liber incipit in quo est tradicio certa orthodoxe fidei capitulis diuisa .c. a burgundione iudice ciue pisano de greco in latinum domino .III[o]. eugenio beate memorie pape translatus. Quoniam incomprœhensibilis est deus et quoniam non oportet quœrere et circumscrutari ea quœ nobis a sanctis prophetis apostolis et euangelistis non sunt tradita* (rubr.) *Deum nemo*

uidit umquam unigenitus dei filius qui est in sinu patris — quo uisu indeficiens id quod ab ipso est gaudium. fructificantes. amen. Explicit liber damasceni.

155. s. XIII—XIV membr. 2° f. 139. F. 138ᵇ marg. inf. legitur: ***Liber sancte marie sanctique petri gemmetici.*** Fuit Bongarsii (Sinn. I, 83: nr. 255).

1, f. 1ᵃ — f. 105ᵇ **Gregorii Turonensis historia Francorum.**

*2, f. 106ᵃ — f. 139 **Baldrici Burguliensium fratrum Abbatis historia de bello Sacro, sine titulo.** Cf. gesta Francorum ed. Bongars. p. 81—138.

*3, f. 139ᵃ col. 2 s. XIV **Carmen de rebus aliquot sæc. XIV (1324) gestis, versuum 14.**

M. C. ter petito quater et sex. sic quoque scito —
Wallis fecunde loca destituuntur amena.

156. s. XI membr. 4° f. 95. Fuit Petri Danielis Aurelii 1564.

1, f. 1ᵃ — f. 88ᵃ **Statii Thebais.**

2, f. 88ᵃ — f. 95 **Statii Achilleis.**
Cf. Ottonis Muelleri ed. Teubn. 1870 tom. I p. 284—304.

157. s. XV chart. 4° f. 31. Bibliothecæ Bernensi dono dat. a Gabriele Albino S. S. T. stud. cantore Arctop. 2 April. 1652. Picturas notabiles invenies f. 15ᵇ, 20ᵃ.

1, f. 1ᵃ — f. 24ᵇ **Soloncus (Soloneus?) de temporum annotatione et principiis astronomiæ, mutil.** *Quamquam omnes homines natura scire desiderant ut in prohemio methaᶜᵉ testatur arestotiles* etc. Insunt figuræ astrologicæ et versus multi. Agitur cap. I de cyclo solari, II de cyclo lunari, III de cyclo indictionali (cap. IV periit), V de festis mobilibus, VII (sextum caput periit) de diei et noctis æqualitate, VIII de plagis Pharaonis, XI de flebothomia, IX de diebus Aegyptiacis, XIII de motibus Planetarum, XX (cetera capita perierunt) de naturis ventorum.

2, f. 25ᵃ — f. 29ᵃ **Tractatus ex intentione sapientium in arte astrorum et scientia stellarum eruditorum, scilicet Guidonis Gonati Hali Haben Ragel Albumasaris et aliorum in diversis electionibus ad usum humanum breviter recollectus.** *Vt sermo propositus robur et fundamentum habeat* etc.

*3, f. 30ᵃ — f. 31ᵇ **Tractatus de horologio, cum glossis.** *Fiat circulus qui diuidatur in quatuor partes equales* etc.

158. s. XVI chart. 2° f. 16.

1, f. 1ᵃ — f. 10ᵇ **Pauli Grebneri Vatis Dei et prænuntii Antichristici Romani nidi eversionis debellationisque Asiæ et Africæ prophetiæ ad D. Jacobum Segurium Partelianum consiliarium et præfectum regis Navarræorum directæ.** Præmissa est eiusdem epistula Hamburgi die conversionis Pauli 1587 scripta. Picturam allegoricam aquilæ Austriacæ habes f. 7ᵃ.

2, f. 11ᵃ — f. 16ᵃ **Tractatus allegoricus de Johannis apocalypsi, Germanice (eiusdem?).** *Von syben Kirchenständen von der Apostel Zeit biss ahn Jüngsten tag vndt vom X hörnigen vndt VII Thier Apocal. 13 vndt Danielis 7 cap.* In fine hæc leguntur: *Notandum. dass alle buchstaben Im Wort IVDICIVM seindt Zahlbuchstaben vnndt machen In einer Summa MDCXIII 1613 dahehr IVDICIVM numerum purgandi continet orbis.*

159. s. XIV membr. 4° f. 122. In ultima libri pagina legitur: .... *liber est collegii pauperum magistrorum in theologica facultate studentium paris. ex leg. magistri pontardi de Sirbonia.*

1, f. 1ᵃ — f. 105ᵇ **Isidori etymologiarum libri XX.**
F. 106 scriptura vacat.

2, f. 107ᵃ — f. 122ᵃ **Gregorii Moralia.** Vsque ad lib. II cap. 8.

160. s. XI membr. 2° f. II et 157. Fuit Petri Danielis Aurelii 1564. Insunt litteræ initiales summa arte pictæ (cf. f. 90ᵇ).

*1, f. Iᵃ **Carmen in Orosii opus versibus LII conditum.** Hi versus partim rubro, partim viridi, partim cæruleo colore scripti pæne toti evanuerunt. Primus est hic: *Orbis terrarum metasque situsque locorum.*
F. Iᵇ — IIᵇ scriptura vacant.

2, f. 1ᵃ — f. 86ᵃ **Orosii historia gentilis, cum multis scholiis marginalibus.** Litteras initiales plerasque manus nefaria exsecuit. Inspexit Du Rieu a. 1860.

3, f. 87ᵃ — f. 157ᵇ **Justini epitomæ Trogi Pompeii.** F. 87ᵃ præmituntur prologi præfixo versu: *IN TROGI SEQVITVR IVSTINI EPITOMA LIBELLIS.*

Horum prologorum apographon Bongarsii manu factum additis aliorum codic. mscr. scripturæ discrepantiis habes in cod. Bern. 146, 3.

Libri quadragesimi quarti maior pars deest: desinit enim codex in verba hæc (XLIV, 1, 3): *Sicut minor utraque terra ita utraque fertilior.* De hoc codice Justini cf. Franciscum Rühl: 'die Textesquellen des Justinus', annal. philol. Suppl. VI fasc. I p. 17 seq. (Lipsiæ Teubn. 1872), qui librum sæc. XII adiudicat (B). In margine brevia argumenta leguntur, quæ libri scriptorem et ipsa ex eo, quem describebat, codice hausisse recte vidit Ruehlius l. l. p. 18, quo loco primi libri argumentorum specimina aliquot proposuit.

161. s. XIII — XIV membr. 2° f. 131. Desunt post f. 8 quaterniones duo. Exhibet nonnullas imagines pictasque litterarum initialium figuras.

1, f. 1 — f. 8ᵇ **Epistulæ Petri Blesensis Sathoniensis archidiaconi, numero I—XIV, a fine mutil.** Fin.: *ut sis principibus ad correctionem plebibus ad* .... *afflictis.*

2, f. 9ᵃ — f. 63ᵇ **Epistulæ Petri Blesensis numero LIV—CXXVII, ab initio mutil.** *fili ne* .... *uerbum in ore tuo. Date igitur reuerende* etc.

3, f. 63^b — f. 66^b **Petri Blesensis epistula ad regem Angliæ, quemadmodum debeat confiteri peccata sua.** *Rogastis me ut uobis aliquid de uirtute confessionis* etc.

4, f. 66^b — f. 67^b **Petri Blesensis libellus contra prælatos.**

*5, f. 67^b — f. 69^a **Responsiva Papæ facta Soldano Persarum** *qui petiit a Papa per litteras et nuntios solemnes ut sibi mitteret uiros catholicos prudentes qui eum erudirent in fide domini Jesu Christi. Alexander episcopus seruus seruorum dei soldano persarum ueritatem agnoscere et agnitam custodire. Ex litteris tuis et fideli* etc.

*6, f. 69^a **Tractatus de beneficio scripturæ ad præteritorum memoriam conservandam.** *Illa quorum memoriam perpetuat scriptura* etc.

*7, f. 69^a — f. 70^a **Petri Blesensis epistula ad socium.** *Reprehendit socium suum quia non audiebat sacram theologiam..... Petro bles. p. bles. salutem in actore salutis. Sepissime uiua uoce te monui* etc.

*8, f. 70^b — f. 94^b **Flosculi excerpti ex diversis auctoribus.** Sunt excerpta ex **Vincentii Bellovacensis** speculo historiali lib. VII, cap. 7—34. 59 (fl. Ciceronis, Sall., Varionis), l. XI, 70. 71 (Secundi), l. IV, 2—8 (Aesopi), l. IX c. 102—136 (Senecæ), l. IX c. 137. 138 (Persii et Juvenalis).

F. 82^b man. s. XIV sententiæ variæ aliunde excerptæ leguntur (citatur Seneca in libris de moribus et in proverbiis).

*9, f. 94^b — f. 95^a, sæc. XIV. **Excerpta nonnulla ex Arengæ cuiusdam scriptis.** Arengæ nomen passim in margine legitur. *Magna dilatione procedit et loco. Recepimus muneris gloriosi — soli dulcedine relinquentes bonitate propria nostram societatem diligitis.*

F. 95^b scriptura vacat.

10, f. 96^a — f. 103^b **Epistulæ Johannis de Capua et Jordani vicecancellarii, numero XXI.**

11, f. 104^a — f. 107^b, s. XIV. **Excerpta ex Ciceronis rhetoricis ad Herennium.**

12, f. 108^a — f. 119^b, s. XIV. **Rhetorica Magistri Johannis de Sicilia.** *Cum circa dictamen prosaicum sint multa prosequi — alleniet et clemencia uestre benignitatis emendet. Explicit rethorica magistri iohannis de sicilia. Scripta par. anno domini M°CCC° uicesimo XXIIII die ianuarii.*

*13, f. 119^b s. XIV. **Excerpta varia theologica.**

14, f. 120^a — f. 121^b, s. XIV. **Summa dictaminis, quæ dicitur microcosmus, Thomaximi Armamini de Bononia.** *Incipit summa dictaminis quædam artis principia ualde utilia continens quæ dicitur microcosmus* (rubr.). *Sunt nonnulli qui licet litterati sine lege rethorica se dictatores appellant. — Et ne rudis mihi similium uideat consortium abhorrere me thomaximum armamini de bononia fateor hanc arbusculam ab alia pleniori arbore propagasse.*

*15, f. 122^a — f. 129^a, s. XIV. **Incipiunt auctoritates notabiles valde plurium philosophorum et maxime Aristotilis et Senece loquentis de moribus.**

*16, f. 129^b — f. 131^b, s. XIV. **Tractatus de disciplina et moribus Hugonis de Sancto Victore.** *Scientiam recte et honeste uiuendi comparare — caupones ad omnem clepsidram eliciendi gustus gratia palatum extendunt.*

162. s. XI membr. 2° f. 102. Fuit Petri Danielis Aurelii 1564.

Augustini opera. F. 1^b De opere monachorum, f. 16^b de fide et operibus, f. 33^b contra Donatistas, f. 55^a de bono virginitatis, f. 72^b de bono coniugali, f. 85^a de bono viduitatis, f. 95^a de symbolo sermo, f. 97^b de oratione dominica sermo.

163. s. XIV membr. 2° f. 289 cum picturis. Fauchetii et Bongarsii fuit. Desunt folia inter f. 50—51, 107—108, 117—118, 185—186.

Guilelmi Tyrii historiæ terræ sanctæ l. XXVI, Gallice. Inc.: *Les anciennes estoires dient que eracles fu mout bons crestiens...* Des.: *li empereres et li ch'r li firent uolentiers ce quil deuisa si com il auoient en costume et li rois atant sen tint.*

Fauchetius f. 1 adscripsit: *C'est l'histoire de Guill. archeuesque de Tur mise en francois non pas si fidellement que le translateur se puisse vraiement dire interprete* etc. Interpres Gallicus Guilelmum Tyrium ex aliis scriptoribus supplevit. Usus est hoc libro editor libri: Recueil des historiens des croisades tom. II. Paris 1859. Cf. nr. 112 et P. Paris man. I p. 79. 82; III, 5.

164. s. X membr. 2° f. 153; f. 3^b littera initialis pulchra picta est.

*1, f. 1^b **Charta,** qua cœnobio nescio cui ager donatur.

*2, f. 2^a **Extrema verba expositionis alicuius in psalm. I et II.** *ignoscuntur* (agn. — cogn — ?) *sic dici potest nosse dominum — Non enim impleuerunt quod uoluerunt ut christus moreretur.*

*3, f. 2^a s. XI. **Carmen dist. v. VI de abbate quodam.**
Primus eras nobis qui prima rogata dedisti —
Nil tibi sit quod des et data non repetes.

*4, f. 2^a **Carmen de Clemente, v. VII.** Est bis scriptum. *Quisquis clementis clementer carmina queris — Angelicis manibus clemens domus in maris undis est præparata tibi.*

5, f. 3^b (f. 2^b et 3^a scriptura vacant) — f. 151^a **Clementis Papæ historiæ sive recognitiones, libri X.**

6, f. 151^a **Epistula Clementis Papæ missa ad Jacobum fratrem domini de obitu S. Petri apostoli et de ordinatione sua, mutil. a fine.** Fin: *nec sollicite .... tractatum conueniunt ipsi commoneantur et hortentur.*

165. s. IX membr. 4° f. 219 (f. 213—219 læsa sunt), cum pulcherrima littera init. f. 2^a. F. 212^b marg. inf. scriptum est: *Iste liber est de ecclesia sanctissimi martini Turon. accommodatus per dominos cap. .... celerario eiusdem die quinta maii anno domini 1413. De la buiyere.*

Vergilii carmina, cum scholiis et interlinearibus et marginalibus uberrimis. Scholia magnam partem ex Servio et Donato petita sunt. In fine libri XII Aen. aliquot versus desunt.

F. 1ª legitur sine titulo carmen de Vergilio Octaviano vulgo tributum, cf. anthol. Lat. ed. Riese nr. 672 (II p. 132). Librorum argumenta poetica in Ribbeckii et Riesei usum contuli; Octaviani carminis lect. var. Rieseo misi.

F. 1ᵇ hæc. scripta sunt litteris uncialibus: *Hunc Virgilii codicem obtulit Berno gregis beati Martini Leuita deuota mente deo et eidem beato Martino perpetualiter* (hoc verb. in ras. legitur) *habendum ea quidem ratione ut perlegat ipsum Arbertus consobrinus ipsius et diebus uitæ suæ sub pretextu Sancti Martini habeat et post suum obitum iterum Sancto reddatur Martino* (verba: *iterum* — *Martino* in rasura collocata sunt) *siquis ipsum furauerit* (corr. *furatus fuerit*) *aut aliquo ingenio a potestate Sancti Martini abstrahere temptauerit maledictus sit et cum Juda* (suprascr. *ananias*) *et Saffira qui ex hoc quo* (corr. *quod*) *ipsi domino dederant fraudauerunt perpetuam dampnationem nisi citissime quod præsumpserit emendare studuerit adquirat* (*adquirat* in ras.). A)-(HN.

166. XIV membr. 4° f. 115.

1, f. 1ª **Argumenta summæ dictaminis a Laurentio scriptæ.**

*2, f. 2ᵇ **Charta ad Remenses pertinens.** *Ad nos et nostram offic. Remen. fama publica referente et insinuatione clamosa præcedente peruenit noticiam quod licet ad regimen* etc. Agitur de rebus ecclesiasticis nominaturque Remensis archiepiscopus Petrus Regis de Curribus.

3, f. 2ª — f. 21ᵇ **Summa dictaminis breviter et artificiose composita per magistrum Laurentium de Aquilegia secundum stilum Romanæ Curiæ.**

*4, f. 22ª — f. 26ᵇ **Epistulæ Papales et formulæ epistularum diversæ, sine titulo,** *Viro uenerando* etc. *Omni in tribulacione et angustia uixerim transacto tempore longo* etc.

*5, f. 26ᵇ — f. 27ª **Epistula Petri de Vineis I, 1, sine titulo.**

6, f. 28ª — f. 115ᵇ **Summa dictaminis magistri Riccardi de Pophis.** *Nouitiorum studia ianuam sibi cupientium aperiri dictatorie facultatis* etc.

167. s. IX—X membr. 4° f. 214.

Vergilii opera, cum scholiis Bernensibus et Servio dimid. Libri Aen. XII aliquot versus desunt. Dixi de hoc codice in Verg. scholiorum Bernensium editione Teubn. 1867 p. 689 seq. Servii commentarius inde a lib. III Aen. marginibus adscriptus est.

1, f. 1ª — f. 1ᵇ **Excerpta ex Isidoro ad astronomiam pertinentia, cum figura astronomica.**

2, f. 1ᵇ — f. 3ᵇ **Varia ad Vergilii vitam et opera pertinentia.** Edidi partim l. l. p. 996.

3, f. 3ᵇ **Carmen Octaviani Cæsaris de Vergilio.** Cf. anthol.

Lat. ed. Riese nr. 672. In Riesii usum contuli. Subiecta sunt aliqua precaria.

4, f. 4ª — f. 5ᵇ **Expositio Servii grammatici in Bucolicis, in libris Georgic. atque Aeneidum.**

5, f. 5ᵇ **Carmen ex Vergilii vita Pseudo-Donatiana excerptum, v. IV.** *Nocte pluit tota redeunt spectacula mane — Sic uos non uobis mellificatis apes uel uellera fertis oues.*

6, f. 5ᵇ **Vita Vergilii Poetæ.** Cf. schol. Bern. p. 745.

7, f. 6ª **Carmen de Vergilio Ovidio Nasoni tributum (anth. Lat. nr. 1 ed. Riese).** Sequitur argum. poet. in Vergilii opera tetrast., deinde scholia aliquot in ecl. I.

8, f. 6ª **Carmen de tribus ducibus (anth. Lat. nr. 392).**

9, f. 6ᵇ — f. 214ᵇ **Vergilii opera.** De glossis Iricis scholiorum interlin. farragini insertis cf. schol. Bern. p. 691. Librorum argumenta in Ribbeckii usum contuli. Hoc codice usus sum in schol. Bern. editione (C).

168. s. X—XI membr. 4° f. 223. F. 2ª hoc scriptum est manu sæc. XIV: *Hic liber est monasterii sancti Simphoriani metn.*

Passiones vel vitæ Sanctorum.

*1, f. 1 **Fragmentum homiliæ vel tractatus theologici, quo de Christi similibus agitur.**

2, f. 2ᵇ — f. 15ª **Passio S. Zosimæ heremitæ et vita Mariæ Aegyptiacæ, a Paulo episc. Neapol. eccles. in Latinum versa.**
Folia 6—9 inverso ordine collocanda sunt.

*3, f. 15ª — f. 21ª **Exemplum conversionis vicedomni Theophili.** *Factum est priusquam incursio fieret —*

4, f. 21ᵇ — f. 37ᵇ **Amphilochii episcopii Iconii in vita et miraculis Sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociæ.** *Dilectissimi non erat indecorum —*

5, f. 37ᵇ — f. 43ª **Vita Eufrosynæ.** *Fuit vir quidam in alexandria pafnutius nomine —*

*6, f. 43ª — f. 44ᵇ **Vita Marinæ virginis.** *DE PATIENTIA. Erat quidam sæcularis habens unicam filiam paruulam —*

*7, f. 44ᵇ — f. 48ᵇ **Reversio vel pænitentia Mariæ neptis Abrahæ heremitæ.** *Habuit uir beatus abraham carnis propinquitate —*

*8, f. 49ª — f. 57ᵇ. f. 66ª — 73ᵇ. f. 58ª — 60ᵇ **Vita S. Germani a Constantio descripta.** Præmittuntur epistulæ duæ Constantii presbyteri, una ad Patientem episcopum, altera ad S. Censurium Autissioderensem.

*9, f. 60ᵇ — f. 62ᵇ **Passio S. Genesii Romensis.** *Sub imperatore* (suprascr. *uel imperio*) *diocletiano* (suprascr. *uel i*) *cum per annos quatuor —*

*10, f. 62ᵇ — f. 63ᵇ **Genesii Arelatensis.** *Proprium atque indigenam arelatensis urbis —*

* 11, f. 63^b — f. 65^b. f. 74^a — f. 77^a **Polyeucti.** *Beatorum martyrum agones competenter edicere —*

* 12, f. 77^a — f. 83^b **Odiliæ.** *Temporibus igitur childerici imperatoris erat quidam dux —*

* 13, f. 83^b — f. 142^a **Hincmari prologus de vita et actu seu obitu B. Remigii Remorum archiepiscopi, cum vita ipsius.** In fine Hincmari versus leguntur.

* 14, f. 142^a — f. 149^b **Vita S. Amandi confessoris, cum prologo.** *Scripturus uitam beati amandi habitatorem eius inuoco spiritum —*

* 15, f. 149^b — f. 186^a **Vita S. Galli scripta a Walafrido Strabone.**

* 16, f. 186^a — f. 203^a **Vita S. Otmari a Walafrido Strabone scripta.**

* 17, f. 203^a — f. 219^b **Vita S. Trudonis scripta a Donato, cum prologo.**

* 18, f. 219^b — 223^b **Vita S. Eucherii episcopi, cum prologo.** *Quoniam undique prolixius pollet decalogi apicis* etc. Vltima verba putredine deleta sunt.

F. 223^b manu sæc. XV nonnulla leguntur Gallice scripta.

169. s. IX membr. 4° f. 14. F. 1^a in marg. sup. legitur: *Werinharius episcopus dedit sanctæ Mariæ.*

1, f. 1^a — f. 2^a **Breve chronicon ab Adam usque ad tempora Herculani consulis.** Cf. cod. Bern. 128.

2, f. 2^a — f. 14^b **Capitula historiarum Orosii, mutil. a fine.** Extenduntur usque ad cap. CCCCVII: *De placidia et moribus eius.* Inspexit Du Rieu a. 1860.

170. s. XIV membr. 2° f. 40. Fuit Petri Danielis Aurel. 1569.

Solinus. Inspexerunt Rothius et Mommsenus. Inter fol. VI et VII insertum est foliolum sæc. XI, quo **de Sancti Benedicti vita et gestis** agitur, a fine mutil.: *Temporibus magnorum imperatorum iustini .... et iustiniani atque teodorici regis qui regnabat italie præsidente sedi apostolice papa iohanne beatissimus ac deo dilectissimus sanctus benedictus uelut lucicifer* (sic) *inter astra in hoc mundo fulgebat — Vbi ob amorem beati magistri sui uenerabilis benedicti a beato sauino eiusdem ciuitatis episcopo benignisime* (sic) *susceptus est. Hic enim ei.*

171. s. IX—X (quat. VII et XI s. XI) membr. 2° f. 230. Insunt litteræ initiales pulchre pictæ.

1, f. 1^a **Capitulatio commentarii S. Hieronymi in evangelium Matthæi.**

2, f. 2^a — f. 2^b **Sermo cuiusdam catholici de resurrectione domini.** *Gaudia uotiua festi paschalis annuus nobis reueit cardo cyli solaris* etc.

3, f. 3^a — f. 110^a **Expositio Hieronymi in Matthæum cum prologo.**

*4, f. 110[b] **Cassiodori inst. div. art. cap. XXX.** Cf. anecd. Helv. præf. p. CXXXXI.

5, f. 111[a] — f. 219[b] **Bedæ expositio evangelii secundum Marcum.** Bedæ nomen manu rec. additum est.

*6, f. 220[a] **De modis intellegentiæ.** *Primum est post huius operis instituta ut ad introductores scripturæ diuinæ — discurrere potius quam in religioso stupore torpere.*

*7, f. 220[b] **De quattuor synodis receptis.** *Dicamus hunc quemadmodum uniuersalia sanctaque consilia — et concorditer suspicit uniuersarum ecclesia regionum.*

*8, f. 221[b] **Excerpta nonnulla ex Hieronymi et Bedæ comment. in Matthæum et Marcum.**

*9, f. 222[a] **Figura astronomica ad cyclum decemnovenalem pertinens.**

10, f. 222[b] — f. 230[b] **Bedæ vita S. Arnulfi.**

11, **Item de eodem sancto viro ex gestis Pontificum.** *Post papolum episcopum ad regimen æcclesiæ beatus arnulfus* etc.

*12, f. 232[b] — f. 233[a] **Excerpta ex homiliis Augustini et Bedæ.**

*13, f. 233[a] — f. 233[b] **Antiphona de pentecosta, cum neumis.**

172. s. X membr. 4° f. 152 (f. 151 et 152 mutil). Fuit P. Danielis ex claustro S. Benedicti Floriacensis; f. 2[b] marg. inf. leguntur hi versus:

Contulit alme tibi pater hunc Benedicte libellum
Ildemarus alumnus et ipse tuus monazonta.

Vergilii opera cum scholiis Bernensibus et Servio. Continet præter Bucol. et Georg. libros Aeneidos V priores usque ad v. 852. Servii commentum libris III—V additum est. Præcedunt carmen Octaviani Cæsaris de Vergilio (anth. Lat. ed. Riese nr. 672), vita Vergilii a Donato scripta, prima verba alterius vitæ Verg. et figuræ Græcorum. Codicem accurate descripserunt C. G. Muellerus Anal. Bern. III p. 11 et progr. Rudol. I, 1847 præf. et Ribbeckius prol. Verg. p. 229. Vergilii carmina contulit Ribbeckius (cod. b.); scholia Bernensia cum vitis post Müllerum ipse edidi Lips. a. 1867. Octaviani carmen Rieseo, argumenta poetica Rieseo et Ribbeckio, Servium G. Thiloni contuli. Figuras Græcorum habes in mea schol. Bern. editione p. 984 seq.

173. s. XVI chart. 2° f. 269.

Antonii Musæ Brasavoli Ferrariensis Porphyrii Panoplia ad magnificum et strenuissimum equitem Herculem Turcham.

174. s. XVI chart. 4° f. 181. Fuit Bongarsii.

Gasparis Sardi Ferrariensis toponomaziæ libri XVIII.

175. s. XVI chart. 2° f. 16.

Cassiodori senatoris collectanea de orthographia. Est apographon cod. 243. Petri Danielis manu excerpta aliquot 'ex codice veteri' marginibus adiecta sunt nec non ipsius atque Puteani coniecturæ.

176. s. XI—XII membr. 2° f. 43. Subscriptum est: *GVILELMVS GVASCO SCRIPSIT.*

Varia opera Augustini (Prosperi, Hilarii). F. 1 ad Paulum et Eutropium de perfectione iustitiæ hominis, f. 6^a ad Timasium et Jacobum de natura et gratia, f. 14^b ad Valentinum et cum illo monachis ep. duæ (nr. 214 et 215), f. 15^b ad eosdem de gratia et libero arbitrio, f. 21^b ad eosdem de correptione et gratia, f. 27^a epistula Prosperi ad Augustinum de querela Gallorum (ep. Aug. 225), f. 28^b epistula Hilarii ad Augustinum de eadem re (ep. Aug. 226), f. 29^b Augustini de prædestinatione Sanctorum et de bono perseverantiæ (hi duo libri in unum conflati sunt).

177. s. XV—XVI chart. 2° f. 39.

Ecloge Basilicorum Leonis, mutil. a fine. *Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ξ βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον τοῦ περὶ πίστεως μόνου τίτλου προτεθέντος διὰ τὸ τίμιον.* Extenditur usque ad libri primi (α) cap. 45 verba: *νομοθετησάσης προςφέρεσθαι τοὺς λόγους ἡνίκα τοῦτο.* Præcedit f. 1 — f. 14^a tabula capitum alphab. et f. 14^a — f. 15^a *πίναξ τῶν νεαρῶν νομοθεσιῶν*, num. XVI, Imperatorum Romani sen., Constantini Porphyrogenneti, Romani iun., Nicephori, Joannis, Basilii iun.

178. s. IX—X membr. 2° f 116. Cf. anecdota Helvetica præf. p. CXVII—CXIX.

*1, f. 1^a — f. 1^b **Figuræ astrològicæ tres, ad mortem et vitam pertinentes.**

*2, f. 1^b — f. 2^a **Præcepta aliquot medica.**

3, f. 3^a (f. 2^b scriptura vacat) — f. 7^b **Glossarium Græco-Latinum.** *Adonai domine. Agius sanctus. Angelus nuncius — ypodesion dispositionum. ypodesis argumentatio. ylim prima materia.*

4, f. 7^b — f. 11^b **Ciceronis synonyma, cum epistula ad Veterium directa, sine titulo.**

5, f. 12^a — f. 77^b **Glossarium Latinum.** *Abactor fur iumentorum. Abacta inuoluta furata. Abactæ excluse — Zepheri uenti occidentalis. Zizania lolium. Zona cingulum.*

*6, f. 78^a — f. 88^a **Bedæ cuius dicitur liber de orthographia, sine nomine.**

*7, f. 88^a — f. 89^b **Isidorus de orthographia (etymol. I, 26).**

*8, f. 89^b **Tractatus orthographicus.** Edidi in anecdotis Helveticis p. 299—301; hi duo tractatus (7 et 8) in unum conflati sunt. Secuntur f. 90^a ultima verba orthographiæ Bedæ vulgo adscriptæ: *Veniunt qui uendunt* etc.

*9, f. 90^b — f. 108^a **Tractatus de rerum natura, sine titulo.** *Illorum que* (fuit: *qui*) *infra scribuntur quinque graduum ministeria alta dominatione præcellunt et quanto aliis potentiæ magnitudine præponuntur* etc.; f. 92^a agitur de firmamento, f. 95^b deære, de humo, f. 99^a de mari, f. 100^a de paradiso,

f. 102ᵇ de situ orbis terrarum, f. 103ᵇ de naturali bono perdito f. 104ᵃ de diversitate peccatorum.

*10, f. 108 — f. 110ᵇ **Liber Martini Dumiensis de moribus.**

*11, f. 110ᵇ — f. 111ᵃ **Vita Senecæ philosophi.** *PRÆF. Lucius annius senica apud grecos cordobensis fotionis stoici discipulus — ab eo tempore in qua passio petri et pauli fuit.*

*12, f. 111ᵃ **Tractatus mutilus de peccato, sine titulo.** *Istis fontibus quasi quibusdam gradibus crescit omne peccatum. namque cogitatio* etc.

*13, f. 111ᵃ **Excerpta aliquot de quibusdam sacræ scripturæ nominibus.**

*14, f. 111ᵃ **De VII divinis miraculis et VII miraculis manufactis.** *I maris ociani commotio per singulos dies — VII farus alexandriæ quem super quattuor mire magnitudinis uitreos cancros constructa est.*

*15, f. 111ᵃ — f. 116ᵃ **Differentiæ Ciceronis.** Edidi in anecdotis Helveticis p. 275—290, cf. præf. p. CXIX seq.

*16, f. 116ᵃᵇ **Chronicæ ad historiam Britanniæ pertinentis fragmentum.** *Anno ante incarnationem dominicam LXᵐᵒ gaius iulius cesar primus romanorum — an. DXLV columba prs. de scotia uenit ad docendos pictos et in insula hu monasterium fecit.* Huius folii pars abscissa est.

179. s. IX membr. 4° f. 64.

1, f. 1ᵃ — f. 63ᵇ **Boetius de consolatione philosophiæ, cum scholiis.** In Peiperi usum (cf. ed. Lips. 1871 p. VIII) contulit Aemilius Kurz Bernensis.

*2, f. 64ᵃᵇ **Prisciani grammatici partitiones versuum duodecim Aeneidos principalium, cum scholiis (Gramm. Lat. III p. 459—461, 14).** Cf. anecd. Helv. præf. p. CLXXII.

180. s. IX membr. 4° f. 175. Fuit. S. Benedicti Floriacensis.

Hegesippi historiarum libri quinque. Vsus est Weberus Marpurgensis a. 1855 ad editionem anni 1856 adornandam. Marginibus lectiones variæ adscriptæ sunt. Post lineam primam insertus est versus: *LVDERE . . . E LIBVIT VAR BI LIS ORDINIS CANPI.* In fine: *Sic rutilant titi de iura* (?) *gente triumphi.*

181. s. X—XI membr. 4° f. 83. Fuit magistrorum de Sorbona.

Boetius de consolatione philosophiæ, cum scholiis. Præmittuntur versus:

FORTVITO CASV PVLSVS DE SEDE PRIORI
MANLIVS HIC RECIPIT SOLANTIS VERBA SOPHIÆ.

Verba p. 145, 154 ed. Peiper usque ad finem manu s. XIV suppleta sunt. Cf. Peiperi ed. præf. p. VIIII.

182. s. XIII membr. 4° f. 112.

Liber de regimine principum editus a fratre Egidio Romano ordinis S. Augustini.

183. s. X—XI membr. 2° f. 161.

Josephi historiarum sive de bello Judaico libri VII. In fine: *EXPLICIT HISTORIARVM IOSIPPI LIBRI NVMERO VII ROTBERTVS LAICVS QVAMVIS INDIGNVS HVNC CODICEM SCRIPSIT IN HONOREM SANCTI BENEDICTI IVSSV REVERENTISSIMI PATRIS ABBONIS.*

184. s. IX—X membr. 4° f. 244. Fuit Bongarsii.

Vergilii opera. Insunt præterea f. 1ª epitaphium Hectoris (anth. Lat. ed. Riese nr. 631), epit. Achillis (ib. nr. 630), initium carminis nr. 586 anth. Lat.; f. 1ᵇ figuræ Græcorum (edidi in schol. Bern. p. 984 seq.); in pagina ultima versus Virgilii de nutrice sua (Martial. I, 20) et versus Sibyllæ IX: *Primus ab æthereo proprio de nomine natus* etc. In marginibus aliquot scholia leguntur e Servio petita; argumenta Rieseo et Ribbeckio inspexi.

185. s. XVI chart. 4° f. 356.

Guilelmi de Sancto Amore Theologi collectio catholicæ et canonicæ scripturæ ad defensionem ecclesiasticæ hierarchiæ.

186. s. XIV membr. 4° f. 32. Fuit Bongarsii.

Privilegia Bruxellensia partim sermone Belgico, partim Latino et Gallico scripta (chartularium Bruxellense). Sunt chartæ XL. In fine: *Dit bæc es vte.*

187. s. XVI chart. 4° f. 81.

Animadversiones in Xenophontem et Aeschinem (Brodæi).

188. s. XII membr. 2° f. 110. F. 110ᵇ: *Hic est liber Sancte Marie celestinorum de Metis.*

Passiones Sanctorum.

1, f. 1ª — f. 16ᵇ **Vita S. Silvestri episcopi et confessoris.** *Historiographus noster eusebius —*

2, f. 16ᵇ **Vita Martini scripta per Sulpicium Severum, cum præfatione Sulpicii.** Sed nihil adest nisi præfatio Sulpicii et capitulatio capitum sex priorum.

3, f. 17ª — f. 27ª **Gisleberti epistula ad Anselmum Cantiburgensem et eiusdem disputatio Judæi cum Christiano de fide Christiana.**

4, f. 27ª — f. 35ª **Passio S. Georgii prolixior.** *In illo tempore arripuit diabolus —*

5, f. 35ª — 89ª **Petri Alfunsi disputatio inter Petrum et Moysem.**

6, f. 89ª — 91ᵇ **Passio S. Eleutherii et Antiæ matris eius.** *Eleuterii sanctissimi uiri nos fama delectat —*

*7, f. 91ᵇ **Torpetis.** *In illo tempore sub nerone imperatore —*

*8, f. 94ᵇ **Cononis.** *Persecutione igitur graui excitata —*

9, f. 95ᵇ **Historia de inventione sanctæ Crucis.** *In sexto anno regni constantini —*

*10, f. 98[a] **Prophetia Sibyllæ de Christo.**

*11, f. 101[a] **Passio S. Vitalis martyris.** *Sanctissimus uitalis militans consularianus —*

*12, f. 101[b] **Judæ qui cognominatur Quiriacus.** *Qui sui proprii generis —*

*13, f. 104[a] **Alexandri, Eventii et Teodoli.** *Residente aureliano cum de ceteris —*

*14, f. 106[a] — f. 110[b] **VII Dormientium.** *Sub decio imperatore fuerunt uiri septem —*

Inter f. 16 et 17 unum vel adeo plures quaterniones intercidisse patet; sed hæc iam sæculo XIV—XV, quo tempore libri argumentum, quod f. 110[b] legitur, scriptum est, perierant.

189. s. XVI chart. 2°. Insunt hodie partes 75.

***P. Danielis philologica.**

1, Danæi epistula ad P. Danielem, sine loco et anno. Quædam P. Danielis manu margini adscripta sunt. Adiecta est epistula Gallice ab eodem Danæo nescio ad quem scripta, qua quis Petro Danieli libros tradere iubetur.

2, Phrases Græcæ cum interpretatione Latina ad diversa rerum genera digestæ, fol. 42. Inter fol. 10 et 11 collocatum est foliolum, in quo duo carmina Gallica (quæ nos Sonnette vocamus) scripta sunt. Nec non inter f. 35 et 35 schedula invenitur a Bongarsio perscripta, in qua de Ulixis erroribus agitur.

3, Fragmentum glossarii Græco-Latini ad t litteram pertinentis.

4, Collectio adagiorum, quorum prima hæc: *Auari vita silicernium. Mala lucra æqualia. Ferri imperitiam peritia est.*

5, Adnotationes in Macrobii Saturn. lib. 5 cap. 21 et Ammianum lib. 17. 22. 19. 21.

6, Excerpta varia, quorum uno agitur de garo (*De garo epigrammatarius in Xeniis: Expirantis adhuc* etc.), alterum ad glossarium Græcum pertinet.

7, Carmina varia, quorum primum sic se habet:

Castilio ad Ligerim et domus et patria est mihi, letum
Atque urnam puero condidit (suprascr. *mi dedit*) *Aurelia.*
Mi literæ et pietas: quid enim, si desit utrumque,
Hic vagus et fallax utile mundus habet?

8, Collatio auctoris cuiusdam Græci ecclesiastici.

9, Antiqua aræ dedicatio ex ruinis Salonæ urbis Dalmatiæ (Orell. inscr. 2490).

10, Epistula Francisci Danielis ad Petrum Danielem, Gallice. Orleans XXVII de May 1567.

11, Emendationes aliquot P. Danielis ad grammaticos Latinos pertinentes.

12, Phrases Græcæ ad bellum pertinentes.

13, (fol. 11) Schemata dialectica ad diversa dicendi et iudicandi genera pertinentia.

14, Tractatus Græcus rhetoricus, quo de laudandi generibus agitur: Ἀλλ' ᾧ χρῶμαι νόμῳ περὶ τὸν ἔπαινον ἄκουσον etc.
15, Excerpta de lingua Græca.
16, Fragmentorum L. Cassii Eminæ annalium conspectus.
17, Specimen epistulæ Gallice scriptæ.
18, Collatio auctoris cuiusdam Græci.
19, (fol. 5) Græcorum verborum versio Latina.
20, Brodæi supplementum (f. 4).
21, Glossarium Latino-Græcum, binis columnis scriptum. Sunt folia 22. Margini aliquot coniecturæ adscriptæ sunt. *Adamat* ερα φιλει. *Adæque* επι βουλευων. *Adagium* προοιμιον — *Tutor* ἐπίτροπος ὀρφανου φροντιστής. *Tutus* ἀσφαλής. *Tuus* σός. Tractantur litteræ a, c et t.
22, Adnotationes criticæ in scriptorem quendam Græcum. Latinæ quoque versionis mentio fit (fol. 2).
23, Apographon versuum Theocriteorum aliquot, quos Antonius Gadaldinus Venetus ex cod. ms. primus edidit: *Hi uersus Theocriti in omnibus editionibus desunt suntque reponendi in eidyllio penultimo quod inscribitur* παιδικά *post ultimum uersum* ἀλλά πέριξ ἁπαλῷ etc.: ὅ μνάσθην ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος etc. Addidit P. Daniel versionem Latinam.
24, Σιμμίου ῥοδίου·ᾠόν ex recensione Jos. Scaligeri cum eiusdem adnotationibus (fol. 2).
25, Excerpta ex Suidæ lexico (fol. 3).
26, Index auctorum in Priscianum (fol. 34).
27, Apographon cod. Bern. A 57 Epiphanii de mensuris atque ponderibus. Danæi manu multa et in margine et inter lineas correcta sunt (fol. 21).
28, Adnotationes criticæ in Epiphanii opus de mensuris (fol. 2: *Ex v. cod. Errici Memmii Volusii Metiani*). Sunt fol. 7.
29, Coniecturæ Brissonii, Puteani, Nicolai Fabri, Delbenii, aliorum in Firmicum. Fol. 2.
30, Excerpta ad historiam S. Leodegarii pertinentia.
31, Titulus metricus, quo de Belino aliquo agitur (vers. 12):
Limine pone pedem lege uersus qui subis idem.
Et pro Belino fonde preces domino etc.
32, Excerpta varia ex libris manuscriptis ad Priscianum et alios grammaticos pertinentia: insunt aliquot vocabula notis Tironianis concepta.
33, Testamentum Grunnii Corococtæ Porcelli. Lectionis varietatem dedi in Leutschii Philologo XXXI, p. 182.
34, Excerpta ex libris mscr. ad Parisios et Poitiers urbes pertinentia.
35, Versus Ciceronis = anth. Lat. ed. Riese nr. 268. P. Daniel hæc addidit: *hos uersus repperi citatos in libro Fruterii (inscripti*

ante erant uersus Ciceronis) idque sub titulo Excerptorum de libro Macrobii Saturnaliorum ut uideantur hi uersus fuisse apud Macrobium in libro Saturnaliorum et inter ea que de eodem auctore desiderantur.

36, Excerpta ex codice Bern. 48 de vitiis gentium etc.
37, Versus Græci cum Latinis mixti aliquot.
38, Excerptum ex vita Donati grammatici cum adnotationibus.
39, Excerpta ex Prisciano.
40, Catalogus librorum aliquot Rabbinicorum.
41, Excerpta poetica (Ennii etc.) ex scriptoribus antiquis.
42, Excerpta ex Prisciano.
43, Gallorum elementa, cum duobus distichis:

Agresta et lardum mordaxque sinapis acetum:
Quattuor hæc Gallis sunt elementa uiris.
Sed tellus humor leuis aër lucidus ignis:
Quattuor hæc aliis sunt elementa uiris.

44, Excerptum iuridicum.
45, Correctiones ex libro manu scripto *quem dono dedi A. Contio ad librum Prisciani de ponderibus et mensuris ex opere Rufini vel Faviani.* Cf. anth. Lat. nr. 486.
46, Epistula nescio cuius ad regem quendam data.
47, Serviana (fol. 4); fol. 4 legitur præfatio illa, quam suæ Servii editioni (a. 1600) P. Daniel præmisit.
48, Versus Ausonii de Cæsaribus. Præmittuntur versus XXII, quibus hoc inscriptum est: *Versus peracti operis:*

Tithya marmoreo fecundam pandere ponto —
Vos quoque qui resono colitis caua tempea cytu (sic).

Accedunt alii versus (Curii Fortunatiani Rhetoris: *Quisquis rhetorico festinat tramite doctus* etc.) et excerpta grammatica ex glossariis deflorata.

49, Vita Donati grammatici a Flacco Rebio scripta. Cf. anecd. Helv. præf. p. CCLIX. Secuntur aliquot versus et frustula glossarii Latino-Græci.
50, Adnotationes criticæ in scriptorem quendam Græcum.
51, Excerpta de diversis scriptoribus (fol. 13).
52, Excerpta ex scriptoribus orthographicis (Cassiod.) fol. 5.
53, Verba Corneliæ matris Gracchorum, cum coniecturis margini appositis.
54, Excerpta ex auctoribus orthographicis, fol. 5.
55, Collatio codicis Puteani, qui Cassiodori orthographiam continebat, fol. 7: insertæ sunt coniecturæ.
56, Index Taciteus (fol. 8).
57, Petri Danielis commentatio de loco Vergil. Aen. lib. V, v. 238: *Credo omnino apud Virgilium lib. V Aeneid. legendum exta prosiciam et extra prosicit, non ut uulgo porriciam et porricit quæ ut corrupta exulent* etc. Secuntur excerpta varia.

58, Epistula docti viri nescio cuius, qua de Catulli coma Berenices agitur, data Idibus Augusti 1563 (v. 77: pro 'expers' conicitur 'exspersa' legendum esse).
59, Fulgentius de continentia Virgiliana, apographon (fol. 4) mutil.
60, Adnotationes grammaticæ ad præpositionum Latinarum usum atque vim pertinentes, fol. 3.
61, Excerptorum farrago, cui 'prætermissorum' nomen inscriptum est, f. 15.
62, Excerpta varia, cum coniecturis ad Ovidium, Statium, Plautum pertinentibus.
63, Tractatus iuridicus, quo de pœnis agitur, Gallice.
64, Plautina: sunt maximam partem loci a Servio aliisque laudati.
65, Adnotationes criticæ et exegeticæ in Plinium (Hist. Nat.), fol. 4.
66, Excerpta ex scriptoribus Latinis (Vergilius, quidam, Cicero, Lucanus, Martialis, Catullus, Horatius, Sallustius, Lucretius, Ennius, Poeta).
67, Brodæi supplementa, fol. 2.
68, 'Fragmenta ex Comminiano', fol. 7.
69, Adnotationes in Arnobium, fol. 4.
70, 'Juvenalis vita ex antiquorum monumentis': adiuncta est commentatiuncula de satira (sæc. XV).
71, Excerpta varia.
72, Epistula Romæ Kal. Decembr. 1570 scripta. Agitur de Michaele Hospitali.
73, Epistula Francisci Danielis ad Erricum ...... Sine loco et anno.
74, Epistula Romæ 12 Kal. Decemb. scripta eadem manu, qua nr. 72 scripta est. Agitur de Bourdini bibliotheca.
75, Tractatus de philautia (præmissa est epistula Camilli cuiusdam Patavii tertio Idus August. 1530 scripta), cui aliquot anthologiæ Latinæ carmina insunt (fol. 6). In ultimi folii parte versa Patissonii nomen scriptum est.

Præterea huic codici olim aliquot infuisse epistulas, quæ hodie desiderantur furto nefario abreptæ, patet ex catalogo aliquo, quem Usenerus brevi antequam furtum factum est tempore confecerat. Sunt autem hæ:

1, Epistula Jo. Allani ad Franciscum et Petrum Danielem 1559.
2, Adnotatio in Senecæ ἀποκολοκύνθωσιν.
3, Danæi epistula.
4, Boyvini epistula ad Camerarium.
5, Epistula Audeberti electoris Aurelianensis.
6, Huraulti epistula ad Danielem (Gallice).
7, Huraltus Danieli (Lat.).
8, Jacobus Viartius Petro Baudineo (scil. Burdinæo).
9, Huraltus Danieli præceptori suo.
10, Bongarsius Danieli (Gallice).

11, Huraltus Danieli præceptori suo.
12, Bongars à Daniel, epist. III.
13, Bongarsius Danieli.
14, Fr. Daniel à son frere.
15, Oberti Gifanii ad Danielem epistulæ IV.
16, Tidemannus Gisius Danieli.
17, H. Chrestien à Daniel, epist. II.
18, Boivino probatissimo apud Blesios ecclesiasti S. D. (videtur incerti auctoris fuisse).
19, L. de Carrion à P. Daniel.
20, J. Groslot à Daniel.
21, L. Danæus Danieli.
22, Elie Vinet à Daniel.
23, Arn. Grysperius Gandavensis Danieli.
24, Epistulæ ignotorum III cum P. Danielis responsis.

190. s. XVI chart. 4° f. 120.

1, f. 1ª — f. 86ª **Procemium Marsilii Ficini Florentini in epistolas Pauli.**

*2, f. 86ª — f. 120ª **Procemium Marsilii Ficini Florentini in omnes prædicationes suas.**

191. s. XIV membr. 4° f. 76 (f. 1 mutil.).

La vie du bon roy Loys de France. Versio rerum a Ludovico IX gestarum auctore **Guilelmo de Nangiaco.** Inc.: *Un mois apres ce que le roys loys de france qui morut a . . . pancier trespassa loys son premier filz qui nauoit encore pas . . . pli le douzieme an de son aage fut sacre et coronez a Rein. . .* Des.: *Landemain de la feste saint Berthelemy lapostre trespassa de cest siecle li bons roys loys en lan de lincarnacion 1270. Et furent gardez ses os. .* ,

Cf. nr. 217, 307, 323. Hic liber eundem fontem habere videtur quem Paris. fonds Gaignières 262, de quo vide Dom Bouquet recueil XX, p. L. Cf. P. Paris les manuscr. I, 79.

192. s. XVI chart. 2° f. 296.

Donati Acciaroli (Acciaioli f. 2ᵇ) **Florentini commentaria super politica Aristotelis ad Federicum Vrbini ducem.**

193. s. XVI chart. 2° f. 324.

48 sermons de Mr. Jehan Calvin sur l'epistre de St. Paul apostre aux Ephesiens. Scripta hæc sunt ab Andrea Spifama a. 1560.

194. s. XVI chart. 4° f. 375.

1, f. 1ª — f. 206ᵇ. **Platonis de republica versio Latina per Ubertum Decembrem Emanuelis Crisoloræ discipulum facta.** F. 1ª legitur: *Plato de republica siue de iustitia. Florentiæ ex bybliotheca sancti spiritus 1549.*

2, f. 207ª — f. 375ᵇ **Joannis Nesii Florentini de moribus libri quattuor ad Petrum Medicem Laurentii filium.**

195. s. XV chart. 4° f. 137. Fuit Bongarsii.
Constantini Manasses synopsis chronica metro politico condita incipiens a mundi creatione et desinens in Nicephorum Botaniaten, Græce. Marginibus manu recentiori multæ coniecturæ et lectionis varietates ascriptæ sunt; in ultimo folio hæc leguntur: *Defuerunt in hoc uersus 98 quos ex libro Sambuci suppleui. Deerant in Sambuci libro uersus 26, quos in hoc reperi.* Sambuci liber est ipse cod. Bern. B 48.

196. s. IX et X membr. 2° f. 73. Insunt figuræ.
1, f. 1ᵃ — f. 8ᵇ **Tractatus astronomicus ex lingua Arabica in Latinum versus, cum figuris, sine titulo.** *Q]uicumque desiderat scire certas horas noctium et dierum uel punctos et momenta et alia omnia quæ inquirenda sunt in horologio necesse est ei ut istud alzafehá idest tabulam cognoscat — et sunt III hore in eis et quarta parte horæ cum et cum quæsieris cum proximitate gradum inuenies certitudinem.*
*2, f. 9ᵃ (f. 9ᵇ scriptura vacat) **Tractatus theologicus mutil.** *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt* etc.
3, f. 11ᵃ — f. 73ᵇ s. X **Eutropii historia Romanorum, cum supplemento Pauli Diaconi (lib. I—XVI).** Desunt postrema lib. XVI verba a vocabulis: *aut pactionis fœdere sociata non fuerit.*
4, f. 10ᵃᵇ **Pauli Diaconi supplementi lib. XVII fragmentum.** *ab eo digne ut conpetebat suscepti essent — moram faceret rex gothorum theodatus.*

A196. s. XIII—XIV membr. 4° f. 92.
Excerpta ex Vincentii Bellovacensis speculo historiali. De origine regnorum, flores Sigiliberti, flores Hieronymi, tempora Theodosii (lib. XVII cap. 1—39), flores Ambrosii (lib. XVII, cap. 43), Chrysostomi, Anselmi, Hildeberti, Hugonis de Sancto Victore (lib. XXVII, cap. 47—139), Hugonis de Folieto (l. XXVIII, cap. 19—57), Richardi de S. Victore (l. XXVIII, cap. 58—81), S. Bernardi (l. XXIX), Helynandi (l. XXX, cap. 108—148).

B196. s. XV (1407) membr. 4° f. 84.
*1, f. 1—70ᵇ **Chronicon universale usque ad an. 1374, Gallice.** Primum folium deest. Inc. *qui fut filz Lamech qui premierement ot deux femmes ensemble descendi de Caym*… f. 25ᵇ *les oppinions que nous auons recitees dez le commencement du monde jusques a la natiuite Jhesu crist frere Jehan de paris saccorde mielx et plus tost a loppinion methode le martir*… Des. *Et lors fu translate le royaume a hue capet conte de paris la ligniee duquel a regne des lors iusques auiourdhuy qui est lan 1374.*
*2, f. 70ᵇ — 79ᵇ **Genealogia et res gestæ regum Francorum, a Hugone Capet usque ad a. 1383, Gallice.** Inc. *Ce sont les noms de roys qui ont regne en france*.. Des. *Lan 1383 les angloys vindrent en flandres et soubsmistrent a eulx graue-*

lingues bourbourg bergues et tout le val de cassel. Mais le roy ala contre eux a si grant foison de gens darmes quilz ne soserent combatre a luy et luy laisserent tout ce quilz auoient conquis en flandre qui est dessus nome.

*3, f. 79b—81b. **Chronicon breve historiæ Francorum usque ad Carolum V, Gallice.** Opus non absolutum est. Inc. *Apres la destruction de troyes sespandirent les troyens en plusieurs pais* ... Des. *Charles son filz regne a present qui fut couronne a Reims lan 1379 le iour* ...

*4, f. 81b — 83a. **Genealogia comitum Flandriæ, Gallice.** Inc. *Charlemaine roy de france donna la terre de flandres qui estoit une terre brehaigne et plaine de pal' a lyedri seigneur darlebeque...* Des. *Phelippe duc de bourgoigne fu conte apres qui prist a femme marguerite fille dudit loys. Gand rebella contre luy et contre le roy de france. Mais apres grant destruction deulx et du pais se mistrent en obeissance.* In fine: *Explicit le liuvre des croniques abregiees copie et complet le samedy 24e Juillet lan 1407 par moy Bruyandel.*

197. s. XII—XIII membr. 4° f. 303. F. 303a: ***Iste liber est de conuentu fratrum minorum senon.***

Scripta varia Hieronymi. Post epistulas Hieronymi ad diversos et diversorum ad Hieronymum habes f. 295b Hieronymi lib. de decem temptationibus, f. 296b miraculum Hieronymi, f. 298a Hier. de nominibus Hebraicis.

198. s. XVI chart. 2° fol. 282.

Casp. Ammonii grammatica Hebr., Latine, conscripta a. 1519. Præmissæ sunt: 1, epistula Raphaelis Judæi Hagnoviensis Hebr. et Lat. (typis expr. in Joh. Bœschensteinii editione rudimentorum Hebr. Mosis Kimchii Aug. Vind. 1520); 2, epistula Fabritii Capitonis et duæ ep. Joh. Oecolampadii ad Ammonium 1519. Adiectus est vocabularius aliquorum verborum ex tabulis Aben-Esræ septem plagulis constans.

199. s. X membr. 4° f. 138.

*1, f. 1a — f. 2b **Fragmentum Vulgatæ novi testam.**

2, f. 3a — f. 135b **Georgii Florentii Gregorii ep. Turon. libri VIII in gloriam martyrum.** Insunt in gloriam mart. l. I, de virtutibus S. Juliani l. I, de S. Martino l. IV, de gloria confessorum l. II.

3, f. 136a — f. 138b **Vita S. Pauli heremitæ, cum scholiis marg.** *Inter multos sepe dubitatum est* etc. In fine aliquot neumæ positæ sunt.

200. s. XIII (a. 5050 = 1290 p. Chr.) membr. 2° f. 245.

1, f. 1—101 **Machbereth R. Menachem (Sarug).** Titulus et præfatio desunt. In calce: *machbereth Menachem nischlam.* Scriptor Israel fil. David a. 5050 = 1290 p. Chr. se librum absolvisse asseverat. Uberiorem ut videtur huius libri textum ex cod. Morgenwegii citat Wolf. B. Hebr. III, p. 693 seq.

2, f. 102 — 109 **Libellus anonymi de gemmis.**

3, f. 110 — 245. **Sepher Azuk,** sine titulo et præf. Auctoris nomen (Nathan fil. Abrah.) nusquam apparet. Scripsit Ascher f. Jacobi Levitæ a. 1290. Hæc omnia Hebraice.

201. s. XVI chart. 4° f. 167.

Joh. Brodæi miscellaneorum pars secunda sive lib. VII—X. Cf. Jani Gruteri Lampas sive Fax critica vol. IV Francof. a. 1604; sed illic alius rerum ordo observatus est, omissa quædam, aliqua addita. Videtur autographon esse.

202. s. XV membr. 4° f. 31. Fuit P. Danielis.

Ciceronis quædam. F. 1ª de amicitia (inde a § 47: *multis locis repudianda),* f. 7ª Paradoxa, f. 13—15 vacant, f. 16ª auctor ad Herennium (inde a lib. IV, 44 med.: *nolle in discrimen uenire*), f. 20ᵇ pro M. Marcello, f. 24ª pro Q. Ligario, f. 28ª pro Deiotaro.

203. Deest; defuit etiam Sinnero.

204. s. XVI chart. 2° f. 143.

Tractatus Claudii de Longui de lite inter ducem Austriæ et Ludovicum XI. Inc.: *Claude de Longui euesque de Mascon Sur la question qui est entre le duc d'Austriche et Madame la duchesse sa femme d'une part et le roy de France tres chrestien nostre souverain seigneur Loys XIme de ce nom d'autre part touchant les terres et seignouries que le duc Charles de Bourgogne dernier trespasse frere de la dicte dame la duchesse tenoit* etc. Est idem, quod nr. 302.

* **Chartularium Lausannense.** Est editum in libro, cui titulus est: Mémoires et documents publiés par la société d'histoire de la Suisse Romande. Tome VI. Lausanne 1851. Cf. eius libri præf. p. V—LXXV, ex qua hæc placuit exscribere: P. VI. *Le manuscrit comprend en premier lieu une chronique abrégée ou des annales de l'histoire générale, qui commencent au pontificat du pape Grégoire-le-Grand, soit vers la fin du VI siècle et se terminent à la mort de l'empereur Otton IV a. 1218 (f. 1ᵇ — 3ª). On trouve ensuite un pouillé, de l'évêque de Lausanne, soit un tableau des églises, des monastères et des paroisses de ce diocèse, rédigé pour l'année 1228 (f. 3ª — 5ª). Puis vient une chronique des gestes des évêques de Lausanne, depuis St. Prothais, siégeant a. 501; jusqu'à la double élection de Jean de Cossonay et de Philippe de Savoie en 1240 (f. 5ª — f. 13ª). A la suite de cette chronique ce trouve le polyptyque des biens du chapitre de la cathédrale de Notre-Dame de Lausanne.* — P. VII. *La chronique des évêques ainsi que le polyptyque sont entremêlés des copies de divers diplômes des empereurs et des rois et de nombreuses chartes, dont quelques-unes remontent au IXᵉ siècle et descendent jusque vers le milieu du XIIIᵉ. On y rencontre en outre çà et là des annotations de faits historiques concernant la Suisse romande qu'on chercherait vainement ailleurs. Le volume est terminé par un calendrier contenant la liste des anniversaires institués dans la cathédrale de Lausanne et des fondations faites pour leur célébration.*

In fine (f. 137 et 138) tabula chartularii legitur sæc. XV scripta. Nuperrime (a. 1872) Pertzius eo codice usus est.

C219. Codex fragmentorum 4°.

*1, s. X—XI membr. f. 8 **Ciceronis Topica, mutil. a fine.** Fin. (§ 73): *Hec ergo argumentatio quæ dicitur artis expres* (corr. *expers*) *intes* . . . . .

Contulit A. Rohrius discipulus meus. Fol. 1ª olim nonnulla argumenti ecclesiastici (ni fallor) scripta fuerant, quæ ob. putredinem hodie legi nequeunt.

*2, s. XIV membr. f. 8.

a, f. 1ª — f. 3ᵇ **Annaei Flori epitomæ de Tito Livio lib. IV fragm.** Lib. IV, 11, 10 *nam pulcritudo intra pudiciciam* usque ad fin.

b, f. 3ᵇ — f. 7ª **Periochæ Titi Livii I—VIII.**

c, f. 8ᵇ **Versus nonnulli Gallici.**

*3, s. XV chart. et membr. f. 11. Insunt picturæ. **Juvenalis satirarum fragmentum cum scholiis marginalibus, mutil.**

ab initio. Lib. V sat. II v. 207 usque ad finem. F. 11 ante f. 10 colloces.

*4, s. IX litt. anglosaxonicis membr. f. 12. **Augustini categoriæ, sine titulo, cum glossis.** In fine nonnulla desiderantur.

D219. s. XI et X membr. 4° f. 18.

*1, f. 1 — 8, s. XI **Aliquot martyrum passiones, fragm.** F. 1ª extant extrema verba passionis Speusippi, Elasippi et Melesippi; f. 1ª passio Felicis, Fortunati et Achillei (*Igitur beatissimus hyreneus lugdunensis* etc.); f. 6ª vita Cypriani Carthaginiensis episcopi (*Cyprianus religiosus antistes* etc.).

*2, f. 9— 10ᵇ, s. X. **Isidori soliloquiorum libri II fragmentum.** *fallaces perimunt si mendacium hominis lege donatur* etc. usque ad finem libri II. Inter f. 9 et 10 nonnulla folia interciderunt.

*3, f. 10ᵇ— f. 18ᵇ, s. X **Isidori differentiarum liber, a fine mutil.** Usque ad verba: *XVIII Inter infantiam et pueritiam reliquas ætates.*

E219. s. X membr. 8° f. 8, (adest numeratio 57—64 sæc. XVI facta).

* **Salviani epistularum fragmentum.** Sunt epist. II (mutil. ab initio: *et quod difficilius sedari potest* etc.), III (Catturæ sorori), IV (Agrycio), V (Limenio), VI (Apro et Vero), VII (Ypatio et Quietæ parentibus), usque ad verba: *ut nec uobis consulatis supplicante uobis.*

F219. Fragmentorum codex membr. 4°.

*1, s. XI 8° f. 14 **Boetii de arithmetica fragmentum, cum figuris.** Lib. I fin. — lib. II cap. XXV.

*2, s. X 4° f. 4.

a, f. 1ª — f. 3ᵇ **Isidori de natura mundi fragmentum (cap. 30—47).**

b, f. 3ᵇ col. 2, f. 4ª col. 2, f. 4ᵇ **Tractatus de numero stellarum ad singulas astrorum figuras pertinentium, sine titulo.** *Helix arcturus maior habet autem in capite stellas obscuras VII — Canicula quæ oritur post orionem habet stell. splend. in lingua .I. quam syrium et canem.* Cf. cod. Bern. 88 et Breyssigii ed. Germanici Arat. p. 233 seq.

c, f. 4ª col. 1 et 2 med. **Carmen Sisebuti, sine titulo (Anthol. Lat. ed. Riese nr. 483).**

*3, s. VI 4° mai. litt. uncial. f. 18.

Oribasii synopsis medica in Latinum versa, fragm. F. 15—18 = lib. V, cap. XXIII med. usque ad finem (libri VI capitulatio f. 18ᵇ manu s. IX—X adumbrata est; ispse liber periit); f. 1—14 = lib. VII (f. 1ª capitulationem libri VII continet inde a cap. XXX usque ad finem, i. e. cap. LII), cap. I—XXXIV *de angusteis et malefactionibus.*

Habent folia numerationem sæc. XIV factam hanc: CLXIIII. CLXV (f. 1. 2), f. 3—6 numeris carent; CLXX (f. 7); f. 8—11 numeris carent; CLXXV (f. 12); f. 13—15 numeris carent; CXLV (f. 16), CXLVI (f. 17); CXLVII (f.18). Collocanda sunt f. 15—18 ante f. 1; inter f. 18 et f. 1 folia XVI periisse patet.

Folii 1ᵇ hoc est initium (lib. VII cap. I): *.I. EA QVÆ SVNT SIGNA BONA. SI IN INITIO ÆGRITVDINIS FIANT MALA SVNT GALIENVS. SIGNA QVÆ SUNT BONA SI IN DETERMINATIONE FEBRIUM IN INITIO ÆGRITUDINIS APPAREANT* etc.

***220.** s. XV chart. 4° f. 125.

1, f. 1ᵃ — f. 46ᵇ **Epistulæ Petri Blesensis.** Marginibus rubro colore argumenta ascripta sunt.

2, f. 47ᵃ — f. 47ᵇ **Copia citationis in qua dominus Felix Papa quintus citat intrusum in papatum assertum Nicolaum.** *Felix seruus seruorum* etc. *ad perpetuam nostri memoriam* etc. *Quoniam ad tranquillitatem ecclesie tota. uoluntate non intendit* etc. *MCCCCXLVII pontificatus nostri anno septimo.*

3, f. 47ᵇ — f. 48ᵇ **Epistula rectoris magistrorum et doctorum universitatis studii Cracoviensis ad Erfurtenses a. MCCCCXLVIII.** *Eximiis* etc. *Egregii præstantissimique patres magistri et doctores domini amici et fratres in domino semper colendissimi. Diuine et humane sapientie* etc.

4, f. 48ᵇ **Exordium fraternitatis dei (cleri ?) heredum super tempestate.** *Dierum tristium malicia pericula* etc.

5, f. 49ᵃ — f. 55ᵃ **Epistolarum diversarum collectio.** *Cogitanti mihi care frater in domino quid tue scriberem dulcedini — dispendio periculose dampnari.*

6, f. 55ᵃ — f. 56ᵃ **Epistula episcoporum Maguntiensium et Wormatiensium ad Nicolaum V papam.** *Post humillimam nostram subiectorum ad concupita deuotissima epistola* etc.

7, f. 56ᵃ — f. 56ᵇ **Alia epistula eorundem ad eundem.** *Humillime deuotionis spiritum recommendationemque supplicem ex flagrantibus subiectorum* etc.

8, f. 57ᵃ — f. 65ᵇ **Excerpta varia ad epistulandi modum pertinentia.**

9, f. 66ᵃ — f. 69ᵃ **Epistulæ IV anno MCCCCXLIII scriptæ.** Harum altera a Friderico dei gratia Romanorum rege ad venerandos et venerabiles patres Viennæ die XXV Junii anno XLIII data est, tertia ab Eugenio Papa ad Fridericum regem die XXIIII Augusti Senis, quarta a collegio cardinalium ad litteram sibi missam per Romanorum regem.

10, f. 69ᵃ — f. 70ᵇ **Excerpta varia, quibus de institutione beneficii agitur et de potestate Imperatoria.**

11, f. 71ᵃ — f. 92ᵇ **Summula quædam in arte dictandi Bichilyni (?) cuiusdam Spoletani.** *Incipit summula quedam in arte dictandi prosayce que artis regulas comprehendit et breuiter uicia .... resecat et multa epistolarum fragmenta in se collit* (leg. *colligit*) *ad dictionis ex epistolarum .... Dilecto parte nature misericordie uirtutis et gratie titulis insignito D. Stephano nayn. canonico ueneto multe probitatis et circumspectionis Bichilynus* (?) *spoles uallis spoletane de partibus in paduano studio* etc.

12, f. 93ª — f. 113ᵇ. f. 117ª — 125ª **Epistularum papalium et aliarum collectio.** Pleræque epistulæ ab Urbano papa missæ, nonnullæ in sermonem Germanicum versæ sunt.

13, f. 114ª — f. 116ª **Epistulandi formularum collectio.**

221. s. XV chart. 4° f. 145. Fuit Bongarsii.

*1, f. 1ª — f. 88ᵇ **Leonardi Aretini epistularum libri octo.** In fine legitur: *Andreas tendulus scripsit. Cum labor est in damno mortalis crescit egestas ut hic sapientior ero.*

*2, f. 89ª — f. 128ª **Poggii confabulationes (facetiæ) nr. CCLXVII.**

3, f. 129ª — f. 139ᵇ **Quinti Curtii clarissimi viri epistolæ.** Usque ad lib. IV, 2 ed. Fabric. bibl. Lat. tom. II p. 839.

*4, f. 139ᵇ — f. 140ᵇ **Epistulæ duæ Humanistarum, quos vocant.** Cf. Sinn. I, 361.

a, *Audiui nuper uir præclare et pater colendissime uos esse factum unum e partitionibus* etc.

b, *Si quod unquam tempus nobis in omni uita fuit quo beneficium* etc.

5, f. 140ᵇ **Guarini epistula ad Bernardum.** Edidit Sinnerus I, 361.

*6, f. 143ª (f. 141 et 142 vacant) — f. 145ᵇ **Ars dictaminis divisa in duas partes, quarum prima scribendi ad summum Pontificem, 2ª vero ad diversas personas regulam administrat.**

222. s. XV chart 4° f. 319.

Vergilii Aeneis cum scholiis. Insunt argumenta poetica. Scholia maximam partem ex Servio petita sunt; f. 1 et 2 variæ introductiones habentur, quarum initium hoc est: *In principio huius libri sicut et aliorum librorum uidendum est de causis huius libri* etc.

223. s. XV chart 4° f. 206.

1, f. 1ª — f. 52ª **Commentum in Horatii carmina et epodos (Acronis).**

F. 52ᵇ — 58ᵇ vacant.

2, f. 59ª — f. 87ª **Albericus Londonensis de veritate fabularum.**

In fine legitur: *Explicit albericus londonen. de ueritate fabularum anno domini 1456° 19ª martii deo gracias.*

*3, f. 87ᵇ — f. 88ᵇ **A. Gellii lib. XVII cap. 21.**

*4, f. 88ᵇ **A. Gellii lib. XVII cap. 14 excerpt.**

*5, f. 88ᵇ — f. 89ª **Nomina magistratuum dignitatumque veterum Romanorum.** *Primo imperium romanum reges habuere quorum primus fuit romulus* etc.

F. 89ᵇ — 110ᵇ vacant.

6, f. 111ª — f. 117ᵇ **Commentum in Juvenalis sat., in quo sæpissime citatur Cornutus, ab initio mutil. (sat. II, 152).** *alii dicunt quod ad balnea uenientes uiri pro precio lauabantur sed pueri non dabant precium* etc.

7, f. 180ª (f. 178. 179 vacant) — f. 206ª **Annæi Cornuti commentum in Auli Flacci Persii satiras.** *Aules persius flaccus natus est pridie nonas decembris* etc.
Cf. O. Jahn ed. Persii prol. p. CXVI seq.

224. s. X membr. 2° f. 226. F. 1 et 2 nunc extant in fascic. A 90, 8.

1, f. 3ª — f. 150ᵇ **Isidori etymologiæ.** F. 73ª et 74ᵇ manu s. X—XI leguntur **formulæ iuris tres** ad Alsatiam pertinentes, quas a. 1872 in Strazburgiensium honorem publici iuris feci; f. 73ᵇ in margine leguntur **aliquot herbarum nomina cum interpretatione Teutonica**; f. 74ª et 74ᵇ **præcepta aliquot medica** et precaria; f. 75ª **præcepta medica** et **absolutio pœnitentis.**

2, f. 150ᵇ — f. 154ª **Isidori liber procemiorum de libris novi ac veteris testamenti.**

3, f. 154ª — f. 160ª **Isidori vita vel obitus Sanctorum.**

4, f. 160ª — f. 164ᵇ **Isidori allegoriæ nominum quorundam utriusque testamenti.**

5, f. 164ᵇ — f. 174ª **Isidori liber de rerum natura.**

6, f. 174ª — f. 181ᵇ **Isidori differentiæ spiritalium sive carnalium.**

*7, f. 181ᵇ — f. 182ª **Tractatus de solestitio, de anno, de VII diebus hebdomadis.** *DE SOLESTITIO. Solestitium cum sol restat et aut dies — iuxta euangelium passionem dominicæ consecratur. finit.*

*8, f. 182ª — f. 186ª **Tractatus grammaticus de proprietate sermonum vel rerum.** Disserui de hoc tractatu variasque lectiones exscripsi in anecdotis Helveticis grammaticis præf. p. CXXI, cf. Isid. ed. Arev. VII, 426.

9, f. 186ᵇ — f. 189ª **Doctrina et fides ecclesiastici; definitio ecclesiasticorum dogmatum (Gennadii Massiliensis).** *Credimus unum esse deum patrem et filium — imaginem in æternitate similitudinem in moribus inuenire. EXPLICIT LIBER DOGMATVM HOC EST SENTENT. LV.*

10, f. 189ᵇ — f. 191ᵇ **Eucherii episcopi glossæ spirituales.** *INCIPIVNT GLOSÆ SPIRITALES IVXTA EVCHERIVM EPISCOPVM. Agricula deus. Ager mundus. Aures domini exauditio diuina — Zyzania scandala uel male uiuentes. Zelum indignatio. EXPLICIT.*

11, f. 191ᵇ — f. 193ª **Synonyma Ciceronis.**

12, f. 193ᵇ — f. 196ª **Glossarium Latinum.** *INCIPIVNT GLOSÆ. Amœnunum iocundum. Aridum siccum. Amissum peccatum — Ulcanua insula. Uter ambo. Uacillo non consisto.*

*13, f. 196ª — f. 198ᵇ **Glossarium Latinum.** *ITEM ALIAS. Adfatim abundanter. Apex summa capitis uel nuntium. Abstrusa absconsa — Vtrius cuius. Uernat floret. Uescitur pascitur.*
Adiectæ sunt extra ordinem alphabeticum nonnulla adverbia

aliaque: *saltim uehoc. alioquin quodne — pube barba. exprimend. id manifestandus.*

* 14, f. 198b — f. 226b **Glossarium Latinum.** *INCIPIVNT GLOSÆ. Affatim satim uel abundanter. Aptauit conparauit. Aptare conponere uel reparare — Utrobique et tibi et illi. Uuidus udus. EXPLICIVNT GLOSÆ.*

* 15, f. 226b, manu alia sæc. X—XI. **Hymnus cum neumis.** *PS. Beatus uir. A. Beatus ...... sanctus qui in domini clementia* etc.

225. s. XII, XI et IX membr. 4° f. 103 (f. 1—31 sæc. XII, f. 32- 87 s. XI, f. 88—103 s. IX). Sinnerus falso I, 91 num. 226 posuit.

1, f. 1a — f. 2a **Tractatus theologici diversi.**

a, f. 1a (mutil. ab initio) *ut aliquis uelit dicere quod non liceat nobis orare cotidie et sacrificare deo pro mortuis* etc.

b, f. 1b *De nomine Jhesu. Karissimo patri et acutissimo rethori ieremie uati. in nostra ierusalem amalarius. Scribunt nostri saluatoris nostri iesu christi nomen per aspirationem* etc.

c, *Responsio Jeremie archiepiscopi. Porphirius philosophus nomen iesu in anacrostica sua latine scribit hoc modo* etc.

d, *Jone uenerabili episcopo. Pater intimate nato quibus notis inferius figuratis rectius uideatur nobis pingi nomen iesu* etc.

e, *Agnus qui occisus est et deuoratus ab omni populo* etc.

f, f. 2a *Omnia quecunque uoluit dominus fecit in celo et in terra* etc.

2, f. 2b — f. 15a **Cassiodori lib. de anima.**

3, f. 15a — f. 16a **Epistulæ Pauli et Senecæ.**

4, f. 16a — f. 22a **Epistula Senecæ ad Lucilium I.**

* 5, f. 22a — f. 25b **Epistula fratris P. ad magistrum N.** *Precordialiter et unice dilecto mag. N. frater p. mundo mori et christo uiuere. Solet conqueri uestra dilectio se tam raro perfrui litterarum nostra* (sic) *alloquio* etc.

6, f. 25b — f. 31a **Ivonis Carnotensis epistulae num. XVI.**

7, f. 32a — f. 50a **Hieronymi liber de illustribus viris.**

* 8, f. 50b **Vita Hieronymi.** *Jeronimus natus patre eusebio oppido stridonis quod a gothis euersum* etc.

* 9, f. 50b — f. 62a **Liber de illustribus viris editus a Gennadio presbyt. Massiliensi.**

10, f. 62b — f. 84b **Libri II Cassiodori de institutione divinarum scripturarum.**

11, f. 85a — f. 85b **Hieronymus ad Desiderium de duodecim scriptoribus.**

12, f. 85b — f. 87a **Epistulæ Pauli et Senecæ.**

* 13, f. 87a — f. 87b **Hieronymi epistula LIII.**

14, f. 88a — f. 97a **Catalogus vetustissimus episcoporum Romanorum, cui epistula Hieronymi ad Damasum et Damasi ad Hieronymum præmissa est.** Totum hunc trac-

tatum integrum edidit ex hoc codice A. Lipsius Jenensis, olim Kielensis secundum apographon per Aemilium Kurzium discipulum meum confectum, in libro, cui est titulus: ‘Chronologie d. röm. Bischöfe’.

15, f. 97^a — f. 103^b **Hieronymi liber de illustribus viris, sine titulo, mutil. a fine.** Desinit in hæc verba (de Luca medico): *qui cum domino in carne non fuerat sed et a ceteris.*

226. s. XII membr. 4° f. 97. Insunt picturæ nobiles litterarum. Scriptus est liber a. 1143 uel 1144 in claustro Disibodenberg prope Kreuznach teste Fiala Solodurensi.

1, f. 1^a — f. 47^b **Calendarium Romanum ecclesiasticum, mutilum ab initio.** Deest Januarius et Februarii mensis pars. Unicuique mensi terni versus præscripti sunt, atque Martio mensi hi:

Procedunt duplices in martia tempora pisces.
Dando diem primam dabit horam martius ipsam.
Quarta nec est munda cuius nocet hora secunda.

2, f. 47^b — f. 50^a **Tabula calendaria Henrici monachi.** *Henricus monachus istam collegit tabulam uerbis indoctis admodum consulens* etc.

3, f. 50^b — f. 97^a **Regula monachorum (reg. Benedicti).**

***227.** s. XV chart. 4° f. 127. Fuit Barbati doctoris a. 1472.

1, f. 1^a — f. 2^a **Practica Johannis de Parma.**

2, f. 2^{ab}. 4^b — f. 6^b **Excerpta varia medica.**

3, f. 7^a — f. 35^b **Scripta reverendi magistri Johannis de Sancto Amando.**

4, f. 36^a — 37^b **Observationes diversæ medicæ.**

5, f. 40^a — 43^a **Tractatus astronomicus.**

6, f. 53^a (44 — 52 vacant) — f. 74^a **Anatomia magistri Henrici de Mundi Villa.** In fine: *Explicit anathomia corporis humani ceterarumque eius partium compilata a magistro henrico de amoda* (sic) *uilla normanno illustrissimi philippi regis francorum cirurgico quam composuit et regit parisius a. d. MCCCVI.*

7, f. 76^a — f. 127^a **Quæstiones de febribus acutis.** In initio et in fine agglutinata sunt singula folia pergam. Hebraicis litt. conscripta.

228. s. ? membr. 4° f. 323.

Machsor s. lib. precum charactere rabbin., passim punctis vocalibus instructus, litteris initialibus plerumque pictis vel rubricatis. In margine superiore folii 315^b glossa adscripta annum 186 = 1426 p. Chr. indicat. In tegumento codicis legitur fragmentum eius fabulæ, quæ dicitur **Lancelot**, pedestri sermone compositæ, Gallice, manu s. XIV. Prætera unum folium (Lat.) in fine insertum est argumenti ecclesiastici, s. XII.

229. s. XIII, XIV et XV membr. 4° f. 108. Fuit fratrum Celestinorum de Metis.

1, f. 1a — f. 8a, s. XIV. **Manuale Augustini.**
2, f. 8a — f. 8b, s. XV. **Laus Hieronymi (hymnus in Hieronymum).** *Salue pater iheronime o doctor uitalis qui es languentis anime medela* etc.
3, f. 9a — f. 25a, s. XIII. **Epistula Eusebii ad Damasum Portuensem episcopum et ad Christianissimum Theodomum Romanorum senatorem de morte gloriosissimi Hieronymi.**
4, f. 25a — f. 28a **Epistula venerabilis doctoris Augustini episcopi ad B. Cyrillum secundum Hierosolymitanum pontificem de magnificentiis eximii doctoris Hieronymi.**
5, f. 28a — f. 41a **Epistula S. Cyrilli ad Augustinum de miraculis Hieronymi.**
6, f. 43a (f. 41b. 42 vacant) — f. 100b, s. XIV—XV. **Libri XV consolationis theologiæ, cum rubricis et prologo.** *Primo ergo ut de hiis que opponuntur mundane felicitati* etc.
7, f. 100b — f. 108a, s. XIV—XV. **Albertini liber de doctrina dicendi et tacendi.** *Inicio et medio ac fini mei tractatus assit gratia spiritus sancti. Quoniam in dicendo multi errant* etc. In fine: *Explicit liber de doctrina dicendi et tacendi ab albertino causidico brixen. de ora sancte agathe composito.*

230. s. XIV membr. 4° f. 142. Fuit Bongarsii.
Roman de la Rose Guillelmi de Lorris et Johannis de Meung, v. 21,270.

Inc.: *Maintes genz dient que en songes*
N'a se fables non et mensonges
Mes l'on peut songes songier
Qui ne sont mie mencongier.

Des.: *Ainsi oi la rose vermeille*
Atant fu ior et ie m'esueille.

Idem opus N. 364, cfr. P. Paris, Man. III. 174, 246.

***231.** s. XV membr. 4° f. 8.
Fragmentum collectionis canticorum Gall. medii ævi, partim modis musicis instructorum. Insunt cantica XX; primi initium deest (inc.: *espoir de la charte a la cel amours*..). Carminum 2—7, 9—11, 13. 14, 16—19 strophæ primæ modis musicis ornatæ sunt. Codicem edidit A. Rochat in Ebert Jahrb. f. Rom. u. Engl. Litt. X, 73 seq., cf. Brackelmann ibid. X, 381 seq.

***232.** s. X membr. 4° f. 38.
Commentum Latinum in Hippocratis aphorismos, mutil. a fine. Præmissa sunt argumenta capitum CCXCVI; cap. extremum deest. *I Vita breuis ars autem prolixa. tempus acutus uero uelox experimentum autem fallens determinatio molesta. A. Vita breuis ars autem prolixa dixi eo quod ars medicinæ multas artes præcurrens sit* etc.

233. s. IX membr. 4° f. 13.
Physiologus. *Incipit liber fisiolo to exposito* (sic) *de natura*

animalium uel auium seu bestiarum (litt. maiusc.; sequitur capitulatio). *DE NATVRA LEONIS. Est enim iacob benedicens filium suum ait. Catulus leonis iuda filius de germine tres suscitauit eum. Fisiolocus dicit. Tres res naturales habere leonem. Primam ambulat in montibus* etc. Capitulorum in libri principio enumeratorum conspectus cum ipso libro minime convenit. Nam ultimum indicis caput XXI *de carnium esu uel piscium* omnino deest; et quod præcedit *de simia* capitulum XX, id in libro ipso numerum XXXVII in fronte gestat. Inspexit Piperus Berolin. a. 1860.

234. s. IX et X membr. 4° f. 69, duabus manibus scriptus, dimidiam fere partem libri superiorem igne deletam exhibens. Cf. cod. 212, ex quo petivi, quæ uncis circumscripsi. F. 1 scriptura vacat.

1, f. 2 — f. 44ᵇ **Cassiodori artes liberales, sine titulo.** Multifariam abhorret hic codex ab editione Garetii.

*2, f. 44ᵇ — f. 45ᵇ **Tractatus de quattuor elementis.** *Nunc cerne ut media mundi corpora idest aqua et aer ut docuimus — [hoc illud nexibile mundani fœderis uinculum haec elementorum colligatiu]a cognatio.*

*3, f. 45ᵇ — f. 53ᵇ **Excerpta varia ex Augustino.** Fol. 50 post f. 51 ponendum.

1, *[Ex libro secundo sancti augustini de christiana doctrina de sophismatibus falsæ conclusionis excerptum. Sunt multa quæ appellantur] — etiam ipsæ certe fiant necesse est.*

2, *Ex libro quarto sancti augustini de doctrina christiana ubi contemperat dicta beati pauli apostoli cum præceptis rethoricorum per membra siue circuitus uel de tribus generibus dicendi idest grandi submisso et temperato cum exemplis suis et unum exemplum ex libro amos prophetae. Primo itaque exspectationem legentium qui forte me putant — altitudinem quærat.*

3, *[Ex libro sancti augustini contra priscillianistas ad locum ubi de tropis mire loquitur. Non est ergo mendacium cum silentio absconditur uerum] — peccata portauit.*

4, *Ex libro primo sancti augustini de musica. Ab ipso principio numerorum capiamus — quam ceteris numeris conuenit.*

5, *Ex libro sancti augustini de ordine. Nonne hic quoque ordo ipse laudabitur in musica in geometrica — Non in ista ratione constare.*

6, *Ex libro ciuitatis dei undecimo sancti augustini Vnde ratio numeri contempnenda non est — et pondere disposuisti.*

7, (In margine: *Item de XII*) *Ita uero suis quisque — numerati sunt.*

8, *Ex libro secundo de doctrina christiana sancti augustini. Jam uero numeri disciplina — posita inuenimus.*

9, *Ex libro quarto de genesi ad litteram. Quamuis enim — perfecta non essent.*

*4, f. 54ª — f. 67ª, s. X. **Alcuini dialectica.** Maior pars deleta est.

*5, f. 67ᵇ — f. 69ᵇ, s. X. **Victorini ars grammatica, a fine mutil.** Fere omnia deleta sunt; desinit in verba: *i litteram metri ratio deposcit aut cum cor...* (Gramm. Lat. ed. Keil VI p. 187—197, 19).

235. s. XI—XII membr. 4° f. 196.

1, f. 1ᵇ — f. 68ᵇ **Cæcilii Cypriani epistulæ XIII.** Sunt ep. ad Donatum (ep. 1) de habitu virginitatis (p. 173 ed. Ben.), ad Demetrium (p. 216), de mortalitate (p. 229), de opere et elemosina (p. 37), de zelo et livore (p. 255), de patientia (p. 247), de lapsis (p. 181), de ecclesiæ unitate (p. 193), de dominica oratione (p. 204), ad Fortunatum (p. 261), ad tribunos de exortacione martyrii (ep. 90), de idolorum vanitate. Præmissus est prologus de Cypriani vita: *Ciprianus afer primum gloriose rethoricam docuit. Exinde suadente presbytero cecilio a quo et cognomentum sortitus est* etc.

*2, f. 71ª (f. 69. 70 vacant) — f. 196ª **Gregorii Papæ homiliæ XVII in Ezechielem, cum epistula eiusdem ad Marianum episcopum.** Prior homiliæ I pars bis scripta est.

236. s. X init. (a. 911, cf. infra nr. 3) membr. 2° f. 183. Fuit Bongarsii.

*1, f. 1 et f. 183 **Tituli VI, quibus pro Galtero abbate aliquo fideles orare iubentur.**

*2, f. 2 **Excerpta aliquot theologica.**

3, f. 3ª — f. 182ª **Glossarium Latinum ab Eriulpho et Widone Levitis conscriptum, cum multis supplementis.** *Agelioni adnuntia iniquitatem meam. Agilis utilis. — Zyzania lolium. Zyzania scandalum. EXPLICIVNT GLOSE. DEO GRATIAS AMEN.*

Primum folium (ante fol. 3) excidit.

F. 3ª in margine super. legitur: *ANNO INCARNAT. dominice DCCCCXI IN DIE VENERIS FVI INITIATVS ET FECIT ME HPYOΛΦOC ΛHOYΘA YNΛYΓNOC* (Eriulphus Levita indignus).

In fine f. 182ª hæc habes post aliquot vocabulorum lacunam: .... *FVI INITIAT' ET VIII. KL. APRL. CONSUMMATVS ET NOMEN SCRIPTORIS MEI HPYOΛΦOC ΛEOYΘA* (superscr. *leuita*) *ET IVSSIT ME SCRIBERE ΛHΘBHPΘOC SACERDOS.* Sequitur litteris uncialibus scriptum hoc carmen:

Nauta rudis pelagi ut seuis ereptus hab undis
In portum ueniens pectora leta tenet
Sic scriptor fessus calamum sub calce laboris
Deponens habeat pectora leta quidæm
Ille deo dicat grates pro sospite uita
Proquæ laboris agat iste sui requiæ. Am. Et illut obsecramus ut oretis pro scriptore si deum habeatis protectorem. Cf.

Peiperum in indice philol. ed. Leutsch II p. 369—371. Eriulphus nomen suum fere semper sub fine litteræ cuiusque apposuit litteris Græcis; interdum et Widonis Levitæ nomen additum est, ut f. 11[b] post u litteram. Græcis litteris et alia verba Latina in hoc codice passim scripta sunt, ut f. 22[a] in marg. sup.: *YK HCΘ ΛYBHP ΓΛωCΛPO)-(*, idest: *hic est liber glosarum;* f. 64[a] *HPIOΛΦOC CΓPIΠCIΘ)-(H*, idest *Eriulphus scripsit me;* f. 112[a] *EXΠΛICIΘ. Λ. INKIΠIΘ)-(*, idest: *explicit L, incipit M.;* f. 139[a] *ΛIBPO)-(BΛPBΛ)-IKω)-(ΠΛPΛOI ωΛIH*, idest: *librum barbanicum (barbaricum?) paraui hodie.* Inde a littera M (f. 125[b]) singulæ litteræ librorum numeris insignitæ sunt: EXPLICIT LIBER XII. INCIPIT LIB. XIII (N) usque ad finem (Z lib. XXIII).

F. 72[b] in marg. super. habes **hymni** initium cum neumis: *Allelua timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam.*

237. s. XV chart 4° f. 108. Fuit Bongarsii.

Petri de Vineis epistularum libri VI. Post libri VI epistulam extremam (33 ed. Iselii) sequitur alia epistula, quæ ab ed. Iselii abest, mutil. a fine: *Martinus episcopus seruus seruorum dei carissimo in christo filio Erculo* (?) *regi sicilie* etc. *Morale hiis quos sincere caritatis zelus afficit — facti exigente qualitate prose.*

238. s. XV membr. 4° f. 147. Fuit Bongarsii.

Le livre de Cleomades que ly rois Adans rima, v. 18,908.

Inc.: *El non de dieu le creatour*
Qui nous doint par sa grant doucour
Que les ames li puissons rendre
Vouldray a rimoier entendre
Je qui fis d'ogier le danois
Et de bertran qui fu el bois
Et de bueuon de commarchis
Ay vng autre liure entrepris ..

Des.: *Dieux gart chnn. lui et les siens*
Et leur mire trestous les biens
Et nous doinst par son dous plaisir
Qu'a bonne fin puissons venir
Et dieux le nous ocroit auissi
C'est la fin de cest liure ci.

239. s. IX membr. 4° f. 148. Est continuatio cod. 255.

Vergilii Aeneis. A lib. I, v. 321 usque ad lib. XII v. 681. Pauca scholia marginibus adscripta sunt; f. 12[a] tredecim versibus neumæ superpositæ sunt. Argumenta Ribbeckio et Rieseo inspexi.

240. s. XIV membr. 4° f. 268. Fuere olim folia 284, sed quaterniones duo priores perierunt. F. 283[b] (= 267[b]): ***Iste liber est fratrum celestinorum de metis quem fundator sui mon. dedit eis conditione quod non ualeant alienare eum a dicto mon.***

Legenda Sanctorum, mutil. ab initio. Argumenta hæc sunt (veterem paginationem sequor): 17[a] de Sancto Nicolao (mutil.), 23[a]

de conceptione B. Mariæ virginis, 25b de S. Lucia, 26b de S. Nychasio et sociis, 28a de S. Thoma apostolo, 30a de S. Gregorio, 31a de nativitate domini nostri Jesu Xi, 33b de S. Anastasia, 34a de S. Stephano. 35b de S. Johanne apostolo, 37b de S. innocentibus martyribus, 38b de S. Thoma episcopo, 39b de S. Silvestro, 42a de circumcisione domini, 44a de epiphania domini, 46b de S. Paulo heremita, 46b de S. Remigio, 47a de S. Hylario, 48a de S. Machario, 48b de S. Felice in Pincis, 49a de S. Marcello, 49a de S. Anthonio, 50a de S. Fabiano, 50a de Sebastiano. 51b de S. Agnete, 52b de S. Vincentio, 53b de S. Basilio, 55a de S. Johanne, 57a de conversione S. Pauli. 57b de S. Paula, 59a de S. Juliano, 60b de tempore deviationis, ib. de septuagesima, 61a de sexagesima, 61b de quinquagesima, ib. de quadragesima, 62b de ieiuniis quattuor temporum, 62b de S. Ignatio, 63b de purificatione B. Mariæ, 66a de S. Blasio, 67a de S. Agatha, 68a de S. Vedasto, ib. de S. Amando, 68b de S. Paulo episcopo, 71a de S. Valentino, 71b de S. Juliana, 73b de cathedra S. Petri, 75b de S. Mathia, 77b de S. Perpetua et Felicitate, 78b de S. Gregorio papa, 83a de S. Longino martyre et milite, ibid. de S. Benedicto, 85b de S. Prisciano, 86b de annuntiatione dominica, 88b de passione domini nostri Jesu Christi. 92a de resurrectione domini, 95a de S. Secundo, 95b de S. Maria Aegyptiaca, 96b de S. Ambrosio, 99a de S. Georgio. 100b de S. Marcho evangelista, 102b de S. Marcellino, de S. Vitale, 103a de quadam virgine Antiochiæ, 104b de S. Petro martyre et prædicatore, 108b de S. Philippo, 109a de S. Jacobo minori, 111b de inventione S. Crucis, 113b de S. Johanne, 114a de letania, 115a de ascensione domini, 117b de S. Spiritu, 120b de S. Gordiano, de S. Nereo, de S. Achilleo, 121a de S. Pancracio, de festibus quæ occurrunt infra tempus pereg., 121b de S. Urbano, de S. Petronilla, 122a de S. Petro, de S. Primo et Feliciano, 122b de S. Barnaba, 123b de S. Vito, 124a de S. Quirico, 124b de S. Marina, de S. Gervasio et Prothasio, 125b de nativitate S. Joh. baptistæ, 127b de S. Johanne et Paulo, 128b de S. Leone, 129a de S. Petro apostolo (inter f. 131 et 132 folium aliud intrusum est ex alio codice petitum, in quo de S. Cosmæ uita agitur), 132b de S. Paulo, 137a de septem fratribus martyribus, de S. Theodora, 138b de S. Margitarita (sic), 139a de S. Alexio, 140a de S. Praxedi, 140b de S. Maria Magdalena, 143a de S. Apollinari, 143b de S. Christina, 144b de S. Jacobo, fratre Sancti Johannis, 147a de Christophoro, 148a de VII dormientibus, 149b de S. Nazareo martyre, 150b de S. Felice papa, de S. Simplicio et Faustino, 151a de S. Lupo, 152a de S. Martha, 153a de S. martyribus Abdon et Sennem, de S. Germano, 154a de S. Eusebio confessore, 154b de Machabeis, 155a de S. Petro apostolo ad vincula, 156b de S. Stephano, 158a de S. Dominico, 163b de S. Sixto, de S. Donato, 164b de S. Laurentio, 168b de S. Hippolyto, 169a de assumptione Beatæ Mariæ, 173a de S. Bernardo, 176a de S. Timotheo, S. Symphoriano, 176b de S. Bartholomeo, 178b de S. Ludovico rege Francorum, 180b de S. Augustino (inter f. 180 et 181 aliud folium intrusum est ex alio codice petitum, cui miracula S. Ludovici insunt), 185b de decollatione S. Johannis, 188a de S. Felice, de S. Saviniano et Savina, 189a de S. Mamertino, 189b de S. Aegidio abbate, 190a de nativitate S. Mariæ, 193a de S. Adriano, 194a de S.

Gorgonio et Dorotheo, de S. Protho et Jacinto, 195ᵃ de exaltatione S. Crucis, 197ᵃ de S. Johanne Chrysostomo, 199ᵇ de S. Cornelio et Cypriano, de S. Euphemia, 200ᵃ de S. Lamberto, 200ᵇ de S. Matheo apostolo, 202ᵃ de S. Mauricio, 203ᵃ de S. Justina, 204ᵇ de S. Cosma et Damiano, 205ᵃ de S. Forseo episcopo, 206ᵃ de S. Michaele archangelo, 209ᵃ de S. Hieronymo presbytero, 210ᵇ de S. Remigio, 211ᵃ de S. Leodegario, 211ᵇ de S. Francisco, 214ᵇ de S. Pelagia, 215ᵃ de S. Marguarita, 215ᵇ de S. Thayde, 216ᵇ de S. Dionysio, 218ᵃ de S. Calixto, 218ᵇ de S. Leonardo, 219ᵇ de S. Luca evangelista, 222ᵃ de S. Chrysantho. 222ᵇ de XI milibus virginibus, 224ᵃ de S. Symone et Juda, 225ᵇ de S. Quirino, de S. Eustachio, 227ᵇ de festivitate omnium sanctorum. 230ᵇ de commemoratione omnium fidelium, 234ᵃ de quattuor coronatis, de S. Theodoro, 234ᵇ de S. Martino, 237ᵇ de S. Bricio episcopo, 238ᵃ de S. Elisabeth vidua filia regis Ungariæ, 246ᵃ de S. Cæcilia, 247ᵇ de S. Clemente, 250ᵇ de S. Grisogono, 251ᵃ de S. Katharina, 253ᵃ de S. Saturnino, 254ᵃ de S. Jacobo, 254ᵇ de S. Pastore abbate, 255ᵇ de S. Johanne et Moyse abbatibus, 256ᵃ de S. Arsenio abbate, 256ᵇ de S. Agathon, 257ᵃ de S. Balaam et Josaphat, 260ᵇ de S. Pelagio, 261ᵇ de quibusdam gestis, 267ᵃ de dedicatione ecclesiæ (est genus chron.), 270ᵇ de Desiderio martyre atque pontifice urbis Lingonicæ, 272ᵃ de Gengulpho, 273ᵃ de purgatorio S. Patricii, cum prologo, 278ᵃ de Genovefa, 278ᵇ de Brigida, 279ᵇ de Tebaldo, 281ᵃ de Panthaleone, 281ᵇ de Eugenia, 282ᵇ de Columba, 283ᵃ de Præiecto.

F. 284ᵃ leguntur **excerpta varia chronologica,** partim **theologica**; col. 2 in. habes **catalogum ordinum monachalium** narraturque quo quisque anno sit constitutus. Secuntur aliquot versus.

241. s. XVI (1512) membr. 4° f. 153 cum picturis descriptis a Sinnero II, 415.
Troisieme livre des illustrations et singularitez de France orientalle et occidentalle c'est a dire de Gaule et de Troye écrit par Lemaire, *dedie a la princesse Anne .. royne de France duchesse .. de Bretaigne armoricque.*

Inc.: *Prologue. Les roynes de Troye le grand comme vne tres lamentable et tres piteuse tragedie assez esclarcies nettoyees et purigees de tout erreur fabuleux.*

Des.: *Et a vous nobles lecteurs et auditeurs plaisir et passe temps de ce liure sil vous agree acomplyz en la cite de Nantes en Bretaigne ou moy de Descembre l'an de grace mil cinq cens et douze....*

242. s. XV membr. 4° f. 113.
1, f. 1 — f. 81ᵃ **Justini historiæ, sine titulo.**
*2, f. 81ᵇ **Homeri Il. I, 1—7, Græce.** F. 82 vacat.
3, f. 83ᵃ — f. 113ᵇ **L. Annæi Flori epitoma de historia Titi Livii (rerum Rom. lib. IV).** Secuntur hæc: *Lucius anneus florus senatui populoque romano regnatum rome est annis CCLXI decemuiri creati anno CCCII°, bellum punicum primum anno ab urbe condita CCCLXXXIX°, secundum dXXXV, tercium dCIIII°, sociale dCLXXII° aulo hyrtio et g. pansa consulibus anni dCCX. Quorum consulatu cesar augustus consul creatus est XVIII annum agens. Alleluya.* De hoc Justini codice cf.

Franc. Rühl: 'Die Textesquellen des Justinus' annal. philol. suppl. VI fasc. I p. 68 (Lipsiæ Teubn. 1872). Prologos in Alfredi de Gutschmiedii usum contuli.

243. s. X membr. 4° f. 29. Fuit P. Danielis. Primæ paginæ scriptura evanuit.

1, f. 1ᵃ — f. 9ᵇ **Glossarium Latinum, a calce mutil.** F. 1ᵇ *Aspiro inspiro siue ascendo uel accedo. Arx firmissimus locus urbis idem capitolium* — f. 9ᵇ *Sophista uersutus conclusor uel callidus.*

2, f. 10ᵃ — f. 19ᵇ **Cassiodori liber de orthographia, a fine mutil.** Apographon legitur in cod. Bern. 175. Exit in verba: *B non sonat ut offui offero offendo. EX PRISCIANO GRAMMATICO QVI NOSTRO TEMPORE CONSTANTINOPOLI.*

3, f. 20ᵃ — f. 25ᵃ **Bedæ quæ dicitur orthographia.**

4, f. 25ᵃ — f. 29ᵃ **Prisciani institutio de nomine pronomine et verbo.** Additum est precationis initium.

5, f. 29ᵇ **Catalogus grammaticorum manu P. Danielis ex veteri aliquo codice descriptus.** Cf. anecd. Helv. præf. p. CXLIX—CLI.

244. s. XV chart 4° f. 179. F. 1ᵃ: *Iste liber pertinet domui portemont.* Cf. f. 56ᵇ. Scripsit Johannes Riser (cf. f. 178ᵇ).

1, f. 2ᵃ — f. 43ᵃ **Liber Raymundi de philosophiæ amore.** In fine habes: *Finiuit raymundus martir christi hanc arborem iuxta ciuitatem peryensn. anno domini Mº CCXCVIII mense octobris* etc.

F. 43ᵇ scriptura vacat.

*2, f. 44ᵃ — f. 45ᵇ **Excerptum ex libro de perversitate entis removenda.**

3, f. 46ᵃ – f. 56ᵇ **Liber de centum signis Dei benedicti.** *Deus cum inuocatione sanctissimi tui nominis incipit liber de centum signis dei benedicti. Quoniam beatitudo hominis consistit* etc. In fine: *Explicit liber de centum signis ad honorem dei compilatus submittentes nos humiliter in dictis scriptis correctori sancte matris ecclesie et maioribus dicte sancte ecclesie corrigendum. Vt si qua contra sanctam fidem diximus quod absit ignoranter fatemur nos dixisse super quibus humiliter gratiam et misericordiam postulamus. Et ipsum finiuimus in ciuitate pisana in monasterio sancti dominici mense maii anno domini MCCCVIII incarnationis iesu christi. Finitus est liber iste in festo sancti urbani pape martiris . . . in monasterio portemontis ordinis carthus. anno domini 1471.*

F. 57 et 58ᵃ scriptura vacant.

*4, f. 58ᵇ **Tractatus de Cicerone.** *Vtinam quo tempore christus deus noster hunc mundum inhabitauit* etc.

5, f. 59ᵃ — f. 134ᵃ **Ciceronis libri III de officiis.** Post f. 73ᵇ ponas f. 86—89, f. 78—85. Desunt libri III cap. 6—19. F. 135 vacat.

6, f. 136ª — f. 151ª **De ratione epistolandi Johannis scriptoris Imperialis libri III.** *Si de rebus familiaribus ut recta quidem experientia docet et quottidianis pariter conuersationibus — ut honestus et laudabilis esse uidearis. Explicit tertia pars huius rhetorice. 1467.*

7, f. 151ᵇ — f. 156ª **Pii II Papæ oratio pro decernendo bello in Turcos in conventu Mantuano habita VI Kal. Octobris 1459.** F. 156ᵇ scriptura vacat.

*8, f. 157ª — f. 161ᵇ **Oratio habita in universitate Erdfurdensi ad doctores et magistros de commendatione sapientiæ.** *Viri peroptimi patres doctores magistrique perspicui michi semper in cristo uenerandi. amen. Secundum uenerabilem boetium secundo de trinitate capitulo primo. Omnia cristiane fidei* etc.

F. 162 scriptura vacat.

*9, f. 163ª — f. 165ª **Tractatus de coloribus orationis.** *Quod se oratio augeat. Vt nobilis et egregius magnificus et illustris crudelis atque manis fur atque sacrilegus — summis poetis atque oratoribus sunt reperta.*

*10, f. 165ᵇ — f. 171ᵇ **De modis IIII petitionis (ars epistolandi).** *Peticionis loci sunt quattuor. primus quidem ex honestate — ymmo mortis periculum aspernere dum facile existimabis.*

11, f. 172ª — f. 178ª **De arte dicendi libellus Parimpi Veronensis poetæ.** *Tametsi dicendi uenustas duas præsertim in partes præsertim* (sic) *distributa sit — attonitus perterritatus stupefactus.* Bapt. Guarini esse dicit Sinn. III, 73.

245. s. XIV—XV membr. 4° f. 28.

Augustini enchiridion. Inter fol. 9 et 10 duo folia perierunt (cap. 18—27) nec non inter fol. 19 et 20 (cap. 50—63).

246. s. XV membr. 4° f. 138. Cum tabula picta (f. 1).

1, f. 1ª — f. 55ª **Aristotelis œconomica, Gallice.**

2, f. 56ª — f. 138ᵇ **Ciceronis liber de senectute, Gallice, ex versione Laurentii de Premier.** Præmissa est epistula: *A tres excellent glorieulx et noble prince loys oncle le Roy de france duc de bourbon conte de cleremont et de forest seigneur de beau Jeu grant chamberier et per de france droictement et bien vser de votre dignite et puissance* etc. In fine hæc sunt: *Cy fine le liure de tulle de uiellesse translate de latin en francois du commandement de tres excellent glorieux et noble prince loys duc de bourbon par moy laurens de premier fait cinq^me jour de novembre mil CCCC et cinque.*

247. s. XV chart. 2° f. 170. Insunt picturæ litt. init.

1, f. 1ª — f. 129ª **Historia Troiæ composita per Guidonem de Columna Messana.**

*2, f. 132ª — f. 170 **Historia Alexandri Magni.** *Quippe egipcii scientes mensuram terre undasque maris et celestium ordinem*

cognoscentes — fabricauit autem Alex. ciuitates duodecim quæ omnes fuerunt actenus habitate etc. *Prima alexandrina que dicitur ypusuitus* etc.

Adiectus est brevis tractatus de **sepultura Alexandri:** *Legimus alexandri sepulturam esse auream ad quam plurimi philosophi conuenerunt. Quorum unus ait. Alexander ex auro fecit thesaurum. Alius. Heri totus mundus non sufficiebat* etc.

248. s. XV chart 4° f. 24 (index) + 311.

Genealogia comitum Sabaudiæ, Gallice, usque ad a. 1418. Inc.: *En ce liure estrait de maintes notables et enciennes escriptures est contenue la genealogie des illustres seigneurs contes de sauoye jadis escrips leurs grans fais el euures vertueuses tant en armes comme aultrement .... laquelle genealogie commence premierement es ancestres de Berold filz de hugue duc de Saxonie.*. Des. (cap. 313): *come le conte ame et le marquis Theodore firent paix par le moyen du conte de vertus.*

Cf. cat. msc. Bibl. Taurin. II, cod. Gall. 108.

249. s. IX—XI membr. 4° f. 90 (Sinn. I, 379 falso num. **649** ascripsit). F. 42ᵇ: ***Hic est liber sanctorum martyrum Marcellini et Petri Florentini et Hylarii.***

1, s. XI f. 1 — f. 39ᵃ **L. Annæi Flori epitoma de Tito Livio.**

2, s. XI f. 39ᵇ — f. 42ᵇ **L. Flori Decadum Livii epitome** (periochæ quæ dicuntur). Non exstant nisi periochæ lib. I—VII.

3, s. IX f. 43ᵃ — f. 47ᵇ **Isidori liber Allegoriarum quorundam nominum veteris et novi testamenti, ab initio mutil.** *legis cognitionem respondit omnia quæcumque dixerit dominus faciemus sed idcirco damnatur* etc.

4, s. IX f. 47ᵇ — f. 64ᵇ **Isidori de rerum natura liber.** Usus est Gustavus Beckerus a. 1857.

*5, s. IX f. 64ᵇ — f. 65ᵃ **Ratio mundalium annorum.** *Duodecim apostoli habent figuram annon quin habent. XII menses uel diem habentem — Judas antiquo uocabulo confessor fuit quando dominum initio fidei suæ credidit et confessus est scarioth. id. est memoria mortis et sui peccati quod in dominum iesum egit. EXIIΛIKYT.*

6, f. 65ᵃ — f. 90ᵇ **De officiis ecclesiæ Isidori libri II, a calce mutil.** Usque ad lib. II, c. XXV: *DE CHRISMA. Crismæ unguentum moyses primum in exodo iubente domino et conposuit.* Inter f. 84 et 85 nonnulla folia (lib. II, c. I—XVII init.) exciderunt. Librarii nomen habes f. 48ᵃ scriptum: *ΛOCTPIKOC ΔIAK. CKPIΠCIT AΔ COO)-(ωΠOC*, hoc est: *Austricus diaconus scripsit ad suum opus.*

250. s. X membr. 4° f. 28.

*1, f. 1ᵃ **Tabula arithmetica Gerberti.** Superscriptus est versus:
Gerbertus Latio numeros abacique figuras.

2, f. 1ᵇ — f. 11ᵃ **Calculus Victorii.** Inspexit a. 1868 Hermannus Kinkelin prof. Basil.

*3, f. 11ᵇ **Tractatus astronomicus, quot horis luna luceat, cum tabula.** *Traditur autem secundum quosdam argumentum* etc.

*4, f. 11ᵇ **Carmen de XII ærumnis Herculis.** Anth. Lat. ed. Riese nr. 641.

5, f. 12ᵃ — 20ᵃ **Tractatus astronomicus de cyclo decemnovenali, qui dicitur ephemerida Abbonis.** *Quoniam breuitatem semper obscuritas comitatur idcirco ad elucidandam martyrologii et huius tabellæ consequentiam* etc. *COMPOTVS UULGARIS QVI DICITVR EPHEMERIDA ABBONIS DE FERIA DE LUNA ET HIS QVÆ AD LVNAM PERTINENT IDEST ÆPACTIS MENSIBVS SIGNIS TERMINIS ANNIS CICLI DECEMNOVENALIS.* Secuntur tabulæ cum explicationibus.

*6, f. 21ᵃ — f. 22ᵇ **Tractatus astronomicus ad lunam inveniendam, sine titulo, cum tabulis.** *In annali sequente sunt ordines nouem qui alfabeto constat* etc. In infimo f. 21ᵃ loco (quod est novi quaternionis primum) manu sæc. XII legitur: *In hoc uolumine continetur liber lunaticus. boecius de consolatione. Salustius.*

F. 21ᵇ extant aliquot **præcepta medica.** Extremo loco habetur hæc formula mysticis verbis conscripta: *Hur titer her. hercimnar. her. amputor her creptor. her. hersi. herson. cun grafium* (ph *superscr.*) *est. genera. stella babilonis. almi almon nomen ill. genebet dalbam* +.

*7, f. 23ᵃ — f. 26ᵃ **Tractatus de ordine solari.** *INCIPIT ORDO SOLARIS ANNI CVM LITTERIS A SANCTO HIERONIMO SVPERPOSITIS AD EXPLORANDAM SEPTIMANÆ DIEM ET AD LVNÆ ÆTATEM INVESTIGANDAM COTIDIE PER XVIIII ANN.*

ME LEGAT ANNALES UULT QVI COGNOSCERE CAVSAS
TEMPORA QVI UARIA QVI SIMVL ASTRA POLI.

Secuntur tabulæ.

*8, f. 26ᵇ — f. 27ᵃ **Ludus compoti Venerabilis Bedæ.** Sunt tabulæ duæ.

*9, f. 27ᵇ — f. 28ᵇ **Tractatus de æquinoctio, sine titulo.** *De equinoctio uaria non priscorum tantum uerum etiam modernorum — tantum Kalendis agusti ab æpactarum lectione dissonat.* Versus finem legitur: *Et hoc est quod dicit domnus beda in minori libello* etc.

F. 27ᵇ et 28ᵃ in marg. leguntur aliquot **præcepta medica;** f. 27ᵇ insuper habes præceptum ad æs fundendum.

251. s. XII et XIII membr. 4° f. 164. Insunt litteræ initiales pulchre pictæ. Fuit P. Danielis.

1, f. 1ᵃ — f. 64ᵇ **Hieronymi libri duo contra Jovinianum.**

*2, f. 65ᵃ — f. 148ᵇ **Liber domni Petri Abbatis Cluniacensis contra Petrobrusianos hæreticos, cum eiusdem epistula ad Arelatensem episcopum data.**

3, f. 149ᵃ — f. 153ᵃ, s. XIII et XIV—XV. **Catalogus pontificum Romanorum, cum scholiis, manu rec. continuatus usque ad Paulum IV.** F. 153ᵇ — 155ᵇ vacant.

4, f. 156ᵃ — f. 164ᵃ, s. XII — XIII. **Chronicæ fragmentum.** Sunt libri III, quorum primus initio caret. P. Daniel Hugonis de S. Victore nomen præscripsit. Primo libro de mundo agitur, altero de ratione anni, tertio breve chronicon synchronisticum continetur ab orbe condito usque ad Danielem proph. In fine annorum numeratio legitur: . . . *et ideo sidera meruit. Designat autem crebros fulminum ictus*(lib. I fin.) — (lib. III) *sexta* (sc. ætas) *a iohanne baptista usque ad iuditium quando ueniet iudicare dominus noster uiuos et mortuos ac seculum per ignem.*

***252** s. XIV — XV chart. 4° f. 149. Præscriptum: *Barbatus doctor emit in heidelberg II flor.*

Tractatus varii medicinales. F. 1ᵃ fragmentum lexici medicinalis Arabico-Latini, f. 2ᵃ tractatus nonus Rasis Almansoris, f. 30ᵃ tractatus decimus Rasis Almansoris, f. 46ᵃ tractatus quintus Rasis Almansoris, f. 54ᵃ de venenis, f. 55ᵃ de emendatione medicinarum quæ solvunt et nominatio virtutum ipsarum et quantitate ex eis danda, f. 57ᵃ liber Mehemet Puncscotz (Runcscotz?) qui Latine nominatur Averrois, f. 78ᵃ tractatus medicus librorum V, cui inest titulus (f. 102ᵇ), 'electuaria', f. 103ᵃ de apoplexi etc., f. 110ᵃ de clisteriis sirupis et oleis et aquis secundum magistrum de Vuctana (?), f. 117ᵃ tractatus Johannis de Sancto Amando de natura corporis. f. 119ᵃ de remediis et de febribus, f. 125ᵃ tractatus astrologicus et medicinalis, f. 126ᵃ tractatus mirabilis aquarum quem composuit magister Petrus Yspanus ex naturali industria sui intellectus, f. 129ᵃ tractatus astrologicus de prodigiis etc., f. 137ᵃ (sæc. XV) tractatus medicinalis de operatione manuali.

253. s. ? chart. 4° f. 106 charactere minutissimo rabbinico, sine punctis vocalibus.

Tractatus Talmudicus, Hebraice, mutil. ab initio et a fine. Complectitur eadem fere, quæ tractatu Talmudico Moed continentur. In margine notantur sectiones C — DXXVII; sectiones C — CCXLII tractant de Abodat haijom, 243—343 de Sabbato, 344 — 426 de quattuor licentiis Sabbati, 427—493 de anni cyclo, 494—527 de Pascha (def. in med.).

254. s. XV membr. 4° f. 256. Nitidissime script. In fol. ult. legitur: *Dominus Jo. Breuis coxe legauit ecclesie paris.* Sinn. I, 337 falso nr. 284 posuit.

Ciceronis orationes XXI, cum Ciceronis epistula ad Octavianum Augustum data. F. 1ᵃ De magni Pompeii laudibus, f. 11ᵇ Pro Milone, f. 27ᵇ Pro Plancio, f. 45ᵃ Pro Silla, f. 59ᵇ Pro Aulo Licinio Archia, f. 64ᵇ Pro Marco Marcello, f. 69ᵃ Pro Quinto Ligario, f. 74ᵃ Pro rege Deiotaro, f. 80ᵃ Pro Publio Quintio, f. 93ᵃ Pro Lucio Flacco, f. 107ᵇ Priusquam in exilium iret, f. 112ᵃ Cum senatui gratias egit, f. 118ᵇ Cum populo gratias egit, f. 123ᵃ De domo sua, f. 146ᵃ Pro P. Sestio, f. 172ᵇ Pro Aulo Cluentio (usque ad verba: *aut pecunia testibus deesset aut ne forte ma..;* f. 199ᵇ med. — 202ᵇ

scriptura vacant), f. 203ᵃ In Vatinium testem, f. 210ᵃ De provinciis decernendis, f 219ᵃ In P. Clodium (de haruspicum responsis), f. 230ᵇ Pro L. Cornelio, f. 241ᵇ Pro M. Cælio, f. 254ᵇ Cicero Octaviano Augusto (ep. ad rutum II, 8).

255. s. IX membr. 4° f. 53.

Vergilii Bucolica et Georgica et Aen. I, v. 1—320. Argumentorum varias lectiones in Ribbeckii et Riesei usum descripsi. Continuatur hic codex cod. Bern. Nr. 239.

256. s. XV membr. 4° fol. 31.

Carmen Gallicum (dit religieux), v. 2024, str. 506, a fine mutil.

Inc.: *Li peres et li filz et li sains esperitz*
I dieu en III personnes adourez et cheris
Tiegne les bons en grace et destourt des perilz
Et doint que cilz traities soit a m'ame meris..

Des.: *Li biens soit mis a euure et li maulz oublies*
Et du bien s'il y est soit Jehus merciez
Et vous pry touz et toutes que vous pour moy priez
Cellui qui fu a tort pour nous cruxifiez.
Cy finiray mon dit ou non de Jhu crist
Et chascun qui orra mercie Jhu crist.

Excerpsit nonnulla Sinn. III, 399—402.

257. s. X membr. 4° f. 14. F. 1ᵇ marg. manu s. X: *Persius et macrobius in unum colligati.* Fuit Bongarsii.

Persius cum scholiis. Inter f. 3 et 4 desunt duo folia (I, v. 96—II, v. 48). F. 1ᵃ leguntur aliquot excerpta ex Hieronymo, Augustino, Beda de vespere sabbati. Persio subiecti sunt hi versus alia manu sæc. X:

1, *Moribus ornatur sanctis probitatis amator*
Collaque preceptis summittit rite supernis
Pacificus domino famulans dignusque sacerdos
Mistica procuret aptare monilia collo
Plurima quos (corr. *quis*) *utens maneat per tempore sospes.*

2, *Quattuor ex uentis subnixi colla ferentes*
Crux tibi præclara sponte sonamus aue.
Fac crux inuictos referens Acheronte triumphos
Hac procul ex æde friuola cunca (sic) *fore*
Qui patuli penas ligni paciens reboasti
His ignosce malis crimina nostra fuga
Hoc crucis in signo cunctorum Christe redemptor
Intranti custos sis reducique comes.

258. s, IX membr. 4° f. 192. Ex libris Petri Danielis Aurelii 1564; deinde Bongarsii.

1, f. 1ᵃ — f. 47ᵇ **Glossæ in Hieronymi Vulgatam.** Insunt aliquot glossæ Teutonicæ atque nonnulli loci ex Plinii historia naturali petiti; illas cum M. Hauptio, hos cum Detlefseno Tychopolitano communicavi.

2, f. 48ᵃ — f. 83ᵃ **Glossarium Latinum.** *INCIPIVNT GLOSÆ.*

Affatim statim uel abundanter. Aptauit comparauit. Aptare componere uel reparare — utriusque et huius et illius. Vtrobique et tibi et tibi. Vuidus udus.

3, f. 83ᵃ — f. 115ᵃ **Glossarium Latinum.** *Abauu pater proaui idest auus aui discessit. Abactus ab actore motus. Ab alto deicit præcipitat — Zefirus uentus fauonius. Zelum æmulatio inuidia liuor. Zona cingulum balteum.*

4, f. 115ᵃ — f. 128ᵃ **Glossarium Latinum.** *Abectus exportatus. Abeuntibus descendentibus. Abire circuire — uultus facies. uxorius uxori deditus. Xistarcha substantiæ princeps.*

5, f. 128ᵃ — f. 131ᵇ **Glossarium Latinum litteras a—m continens.** *Ab absens. Abdicat filium pellit de suo iure uel exheredat. Ab ineunte ætate ab infantia — Minutalia modica Micat fulget. Mimografus quæ mimo scribit.*

6, f. 131ᵇ — f. 153ᵃ **Glossarium Latinum.** *Ab oris a finibus. Arcebat prohibebat uetabat. Amendare a patria excolare — Vt pute nam sicut. Zeperi uenti. Zelum inuidia. Zona cingulum.*

7, f. 153ᵃ — f. 159ᵃ **Glossarium Latinum.** *Audatia temeritas confidentia improbitas nequitia. Auidus cupidus rapax auarus sordidus — Vindicta ulcisci prosequi squalor inluuies pallor macies tabes afflixit prostrauit percussit oppræssit elisit euertit obruit euellit.* Sunt hæ glossæ in modum Ciceronis Synonymorum scriptæ, cf. anecdot. Helvet. præf. p. CXVIII, not.

8, f. 159ᵃ — f. 175ᵃ **Glossarium Latinum.** Litt. A et B uberrime tractatæ sunt similesque sunt gloss. cod. 236. *Arma pugnas. Altum mari. ab ira præ ira. astia uero aretro — Vris bouis siluaticus. Venenum tincture. Vocabula nomina.*

9, f. 175ᵃ — f. 177ᵇ **Glossarium Latinum.** *Aerarium thesaurum. Arcet uetat prohibet. Apex summitas — Zmaragdus nomen gemmæ. Zelotipus ab omnibus timens uel suspicans.*

6, f. 4^a — f. 40^b **Dionysii periegesis, Græce, cum scholiis rubro colore partim superpositis partim margini ascriptis.**

7, f. 43^a (f. 41. 42 vacant) — f. 74^b **M. Tullii Ciceronis liber de senectute Theodoro (Gaza) interprete, Græce.**

288. s. XIII—XIV chart 4° f. 281. Fuit Bongarsii.

1, f. 1^a — f. 272^b. 281^a. **Zonaræ lexicon Græcum.** *λεξικὸν ...... γίας κανόνας τε καὶ ..... κτὰς περιέχον. Ἄαπτος ὁ ἀπροςπέλαστος παρὰ τὸ ἅπτω, ἄπτος — ὠψωνηκότες ὀψωνήσαντες δὲ μικρόν.*

In margine manu sæc. XV scriptum est: *Ἰωάννου τοῦ δαμασκηνοῦ.* Fol. 1 manu recentiori scriptum est (sæc. XIV) quam reliqua. Cf. Bernhardy præf. ad Suidam I. p. 32.

2, f. 273^a — f. 278^a **Michaelis Pselli versus politici de grammatica.** *Τοῦ μακαριωτάτου ὑπερτίμου προέδρου τῶν φιλοσόφων κυρίου* (?) *μιχαὴλ του ψέλλου στίχοι πολιτικοὶ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Κωνσταντῖνον τὸν μονομάχον περὶ τῆς γραμματικῆς.*

Μελέτω σοι γραμματικῆς καὶ τῆς ὀρθογραφίας —
ἄλφιτα δὲ πρωκόνια τὰς ἐκ κριθῶν ἀqρίκτων.

3, f. 278b — f. 280b **Theodori Prodromi de spiritibus, mutil. a fine.** ...... κυρίου θεοδώρου τοῦ προδρόμου περὶ πνευμάτων. Ἰστὸν ὅτι τὸ α δασύνεται ἐν λέξεσιν τοιαύταις ἅπαξ. — ὕψοῖ με κυκλοῖ με θεοῖ με καὶ ὁ........

*4, f. 281b **Versus aliquot Græci politici (trimetri).**
ὁ ρασ...... των προκημ... λόγων —
Τῶν εὐλογί τωὶ μετάδος μι τοῦ λέγειν.

*5, f. 281b **Tractatus Græcus de amicitia.** ὁ τοῦ πονηροῦ ἐραστὴς (?) etc. Nr. 4 et 5 ob putredinem fere legi nequeunt.

289. s. IX membr. 4° f. 129 mutil. ab initio. Fuit Bongarsii. Desunt duo folia prima quaternionis primi et quatern. IV præter fol. primum cetera omnia. Præterea inter f. 26 et 27 tria folia interciderunt atque post f. 36 quatern. VIII folia septem posteriora atque toti quaterniones IX—XVIII. Post quaternionem XX (f. 50b) sequitur unius folii pars superior; inde a f. 52a novus quaternionum ordo sequitur, quibus numeri VIII—XVII inscripti sunt. Atque haec codicis pars sæc. VIII scripta esse videtur.

1, f. 1 — f. 18a **Tractatus de ordine canonico Romano, cum scholiis aliquot.** *ad operam ubi eis iniungitur exeant — descendente autem diacono subdiaconus qui prius aperuerat recipit euangelium et porrigit eum.* Desunt capita I-IX med. Inter. f. 15 et 16 septem folia exciderunt. Fortasse, quæ inde a f. 16a leguntur, ad alium tractatum de ordine Romano pertinent. Desinit autem f. 15b in haec verba: *quod si contigerit suadente diabulo ut aliquis ex his,* f. 16a vero sic incipit: *pontifex diaconibus uel subdiaconibus cui ipse iusserit sumit de manus subdiaconi* etc.

*2, f. 18b — f. 19a **Fragmentum homiliæ cuiusdam, sine titulo.** *Nolite ergo fratres mei dilegere quem uidetis diu stare non posse — Ecce ut prædiximus in ageo æra mouit et terra non substitit quis ergo ferat cum cælum mouerit?*

*3, f. 19b — f. 26b **Isidori liber virorum illustrium.** Cf. ed. Arev. VII p. 142.

4, f. 27a — f. 28b **Epistula Hludouuici Imperatoris ad Hettum Treverensium ecclesiæ archiepiscopum.** *Neminem in genere humano tam praui iudici* etc.
Inter f. 26 et 27 tria folia interciderunt.

5, f. 29a — f. 36b **Regulæ monachales XLVI, sine titulo.** *Obsecro uos fratres dilectissimi ut erga subditarum plebium profectum et emendationem uigilantissima cura laboretis — exceptis deo sacratis feminis quibus mos est ad publicum non egredi sed claustris monasterii contineri.*

6, f. 37a — f. 43b **Beati Aeffrem (Ephraim) diaconi homilia de die iudicii.** *Venite dilectissimi fratres exortationem meam suscipite* etc.

7, f. 43^b — f. 51^a **Epistula prædicationis Beati Martini episcopi ad Polemium episcopum destinata.** *Epistolam tuæ sanctitatis accepi* etc. Contulit nonnulla De Rossi Romanus a. 1865. F. 51^b, f. 52^a scriptura vacant.

8, f. 52^b **Epistula Chromatii et Heliodori episcoporum ad Hieronymum presbyterum.** Chrom. ep. p. 373 ed. Migne.

9, f. 52^b — f. 53^b **Epistula Hieronymi ad Chromatium et Heliodorum episcopos.** XI, p. 473 ed. Vall.

10, f. 53^b — f. 129^b **Martyrologium sive breviarium (festa omnium apostolorum et sanctorum).** *Incipit breuiarius apostolorum ex nomine uel locis ubi predicauerunt orti uel obiti sunt* (litt. unc.). *Simon qui interprætatur obœdiens — XI KL. DECB. IN ANTIOCHIA Baseli et auxilii. Saturnini Zapperi et Matrone. Baselisse. Carali. Eutici. Kalendionis ROME Natale Sancti clementis.* In De Rossii usum descripsit E. Pfander, cf. De Rossi Roma Soterranea 1867 p. XII seq.

290. s. XIII init. membr. 4° f. 260.

Petri de Riga et Aegidii biblia in versus redacta (Aurora). Præmissus est *prologus magistri Alberti Remensis de commendatione huius libri.* In primi folii pagina versa aliquot versus leguntur manu sæc. XIV scripti argumenti biblici.

291. s. XII—XIII membr. 4° f. 111. Insunt litteræ initiales pulcherrime pictæ, sed magnam earum partem manus nefaria exsecuit.

1, f. 1^a — f. 107^b **Isidori etymologiarum lib. I—XX mutil. ab initio.** *solecismi culpa. Solecismus fit duobus modis* etc. Margini multæ adpositæ sunt adnotationes grammaticæ perquam memorabiles eadem, ut videntur, manu (sæc. XIV) scriptæ, qua scholia cod. Bern. (Papiæ) nr. 276. Inter f. 8 et 9 aliquot folia (lib. II fin. et lib. III continentia) interciderunt.

2, f. 108^a — f. 111 **Orthographia Bedæ presbyteri, mutil. a calce.** *Incipit ortografia bede præsbiteri. A littera etiam nota* — (probo) *probamus quæ equalia sint temptamus ut proba me domine et scito.*

292. s. XI membr. 4° f. 132. Fuit cœnobii S. Arnulphi Metensis, cf. nr. 18, f. 73^a. Inest pictura.

1, f. 1^a **Libri catalogus manu sæc. XIII scriptus.**

*2, f. 1^b **Versus Leonini numero XLI de Humberto.** *Humani factor generis deus atque refector* etc.

3, f. 2^a — f. 17^a **Leonis IX papæ liber adversus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani et Leonis Acridani episcoporum.**

4, f. 17^a — f. 17^b **Leonis IX papæ epistula ad episcopos Venetiæ et Istriæ.**

5, f. 17^b — f. 19^a **Leonis IX papæ epistula ad episcopos Africæ.**

6, f. 19^a — f. 19^b **Item eiusdem ad Thomam Carthaginiensem episcopum.**

7, f. 19^b^ — 21^a^ **Item synodica eiusdem ad Petrum Antiochenum patriarcham.**

8, f. 21^a^ — f. 23^a^ **Item eiusdem ad Michahelem Constantinopolitanum.**

9, f. 23^a^ — f. 25^a^ **Item eiusdem ad imperatorem Constantinopolitanum (Constantinum Monomachum).**

10, f. 25^b^ — f. 26^b^ **Calumnia episcoporum Michaelis Constantinopolitani et Leonis Acridani adversus Romanam et apostolicam sedem.** *Calumnia episcoporum michahelis constantinopolitani et leonis acridani peruicaciter exhalantum pestiferas mefites diuersarum hereseon aduersus sanctam romanam et apostolicam sedem, immo contra omnem latinam et occidentalem ecclesiam. Haec quidem calumnia greco sermone edita et iohanni tranensi episcopo in sugillationem omnium latinorum directa cum fuisset trani exhibita fratri humberto sanctæ ecclesiæ siluæ candidæ episcopo in latinum est translata eius studio atque delata domino papæ leoni nono quæ etiam hic ad cautelam multorum et noticiam non autem ad aliquam utilitatem inserta cunctis scire uolentibus fideliter est conseruata* (litt. maiusc.). *Michahel uniuersalis patriarcha* etc.

11, f. 27^a^ — f. 46^b^ **Responsio fratris Humberti ad Michaelem et Leonem.**

12, f. 46^b^ — f. 51^b^ **Nicetæ presbyteri et monachi libellus contra Latinos.**

13, f. 51^b^ — f. 59^b^ **Responsio sive contradictio eiusdem a fratre Humberto editus** (sic).

14, f. 59^b^ — f. 61^a^ **Brevis et succincta eorum, quæ gesserunt apocrisiarii sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis in regia urbe et qualiter anathematizati sunt Michahel cum sequacibus suis.**

15, f. 61^a^ — f. 72^a^ **Altercatio domni Lanfranci contra Berengerium de corpore et sanguine Domini.**

16, f. 72^a^ — f. 72 **Epistula umberti ad Eusebium.** *Consultationi tuæ breuiter respondeo* etc.

•17, f. 72^b^ **Epistulæ nescio cuius ad nescio quem** (Humbertum ?) **initium.** *Sincera dilectione uenerando domino H. archiepiscopo frater S. fidelis seruitii et debitæ orationis affectum. Susceptis literis celsitudinis uestræ cognoui uos paternam sollicitudinem pro æcclesia gerere quam dominus iesus christus suo adquisiuit.* . . . In hæc verba quaternio desinit; in sequenti vero cum de rebus omnino aliis agatur, unum vel plures quaterniones post f. 72 excidisse probabilis coniectura est.

18, f. 73^a^ Pictura duos episcopos repræsentans, quorum alteri sublimiori alter humilior ecclesiæ imaginem manu offert; illi adscriptum est nomen: *DOMN' PAPA LEO NONVS,* huic: *Domnus abbas VVARINVS.* Suprascripti sunt hi versus:

Hoc ut struxit opus Vuarinus nomine dictus
Contigit ut nonus leo benediceret almus.

Ecclesiæ imagini subscriptum est: *basilica sancti arnulfi.* Fuit Warinus abbas monasterii S. Arnulphi Metensis circa annum 1060.

19, f. 73ᵇ — f. 98ᵃ **Vita Leonis IX papæ (Wiberto tributa), sine titulo.** *Jam igitur uniuersæ carnis ingresso pontifici herimanno* etc. Contulit Ph. Jaffé mense Augusto a. 1860.

20, f. 98ᵃ — f. 100ᵇ **Miracula Leonis IX papæ.** *Incipiunt miracula eiusdem. Tertia die post sepulturam — fuit enim de marsicana uilla de monte.*

*21, f. 101ᵃ **Tractatus theologicus nescio cuius,** cuius lineæ VI priores erasæ sunt nec non lineæ octo posteriores. Agitur de quodam miraculo. *inculpabiliter consummaret. Aut quin (q°m?) peccatorem — abstinentiæ sue uestem cilicinam qua indutus fuerat non mutauit. . . . .*

22, f. 101ᵇ — f. 115ᵇ **Vita S. Mariæ Magdalenæ, cum homilia de illo: 'Maria stabat', præmissis XII versibus.**

Prologus explanat populus quod laude frequentat —
Oboedire deo iudice perspicuo.

Prologus in uita quam duxit sancta maria. Quanquam per quatuor mundi climata — asseritur miraculorum uirtutibus. Sollempnitate preclara uenerandæ diei huius fratres mei — qui in trinitate perfecta uiuit et gloriatur per secula seculorum. amen.

*23, f. 116ᵃ — f. 118ᵃ **Carmen de Maria Magdalena versuum CXXVII.**

Explicuit sermo tu tandem lector aueto.
Hoc canat ipsa phalanx trutinat quam mobilis haec lanx
Ardua post artus prelibat culmina limbus —
Celica conspectrix manat fidissima latrix
Maxima protectrix fiat tutissima iutrix.

24, f. 118ᵃ — f. 123ᵃ **Privilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ a Constantino Augusto constitutum.** *Incipit priuilegium sanctæ romanæ ecclesiæ quod constituit domnus constantinus augustus sancto siluestro episcopo urbis romæ et omnibus successoribus eius pontificibus usque in perpetuum et optulit super corpus Beati Petri apostoli. In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Imperator cesar flauius constantinus* etc. *Quod equalis saluator ac redemptor — Datum Romæ sub die tercia kalendarum* (sequitur lacuna unius vocabuli spatium habens) *Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater et Galligano uiris clarissimis consulibus.* Cf. cod. 294, 5.

25, f. 123ᵇ — f. 127ᵃ **Vita Sancti Alexis.** *Fuit romæ uir magnus et nobilis* etc.

26, f. 127ᵃ — f. 132ᵇ **Vita Sancti Tebaldi Pruviensis militis et ecclesiastici confessoris.** *Igitur tebaldus bonæ indolis uir* etc. Hunc librum perquisiverunt a. 1860 et 1861 Ph. Jaffé et a. 1862 Watterichius prof. Braunbergensis.

293. s. XIII membr. 4° f. 75.
Liber de similitudinibus et exemplis. *Prologus in libro de similitudinibus et exemplis* (rubr.). *Vade ad formicam o piger et considera uias eius et disce sapientiam* etc. Sequitur f. 2ª: *tabula de materiis in hoc libro contentis.* Ultimo loco de Christi ascensione agitur, primo de acidia; ordo est ubique alphabeticus.

294. s. XV chart. 4° f. 79.
1, f. 2ª — f. 59ᵇ **Disertissimi viri Laurentii Vallensis pœtæ laureati ac oratoris eloquentissimi opus in donationem Constantini Imperatoris Silvestro Pontifici facta.**
2, f. 60ª — f. 62ᵇ **Excerptum ex libro decretorum Gratiani XCVI dist. c. Constantinus.**
3, f. 62ᵇ — f. 63ᵇ **Alia excerpta ex eodem libro.**
4, f. 63 — f. 69ª **Excerpta ex commentariis Volaterrani libro III° in rebus Gallorum.**
5, f. 71ª — f. 79ᵇ **Excerptum ex antiquissimo codice in bibliotheca monasterii S. Medardi reperto.** *In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris scilicet et filii et spiritus sancti Imperator Cesar flauius constantinus* etc. Est privilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ a Constantino Augusto constitutum, cf. cod. 292, 24.

295. sæc. XIII—XIV partim membr. partim chart. 4° f. 88.
Medica.
1, f. 1ª — f. 13ª **Liber ysagogarum Johannis Artegni Galieni.** *Medicina diuiditur in duas partes i. in theoricam et practicam* etc.
2, f. 13ª — f. 16ᵇ **Theophili liber urinarum.**
3, f. 16ᵇ — f. 17ᵇ **Tractatus de pulsibus.** *Intentionem habemus in præsenti conscriptione de pulsuum negotio* etc.
4, f. 17ᵇ — f. 21ᵇ **Aphorismi Hippocratis.** *Vita breuis ars uero longa tempus autem acutum experimentum uero fallax* etc.
*5, f. 21ᵇ — f. 24ª **Tractatus medicinalis.** *Omnis qui medicine artis studio seu gloriam seu delectabilem annorum consequi desiderat copiam* etc.
6, f. 25ª — f. 51ª **Practica magistri Rogeri.**
7, f. 53ª — f. 67ᵇ **Tabula magistri Salerni cum commento.**
8, f. 68ª — f. 73ᵇ. 79ª **Glossarium Latinum medicinale alphabeticum.** *Alphita farina ordei idem. Arcenicum auripigmentum* etc. In fine: *Expliciunt cinonima.*
*9, f. 73ᵇ — f. 74ª **Catalogus remediorum.**
10, f. 79ª — f. 81ª **Liber Constantini de humana natura.**
11, f. 81ª — f. 82ᵇ **Liber eiusdem Constantini Africani de animalibus.**
12, f. 82ᵇ — f. 83ª **Præcepta medica diversa (quid pro quo).**

Pro aristologia ruta domestica in duplo etc. In fine: *Explicit quid pro quo.*

13, impr. f. I—LXXVII. **Vocabularius rerum (Wenceslai Brackii prof. Constantiensis). Brevia de modo epistolandi (eiusdem). Didascolon Hu. de san. ui. (Hugonis de Sancto Victore).** Liber impressus fuit a. MCCCCLXXXIII: Litteræ initiales manu pictæ sunt.

14, f. 84ª — f. 88ᵇ sæc. XV. **Con. Turstii prophetia de anno 1490.** *Ad reuerendum patrem et dominum Jacobum de Cham sedis appostolice prothonotarium ac collegii Turregii præpositum ingenuos ac longe doctiores doctores singularum facultatum dominos et dominos canonicos eiusdem præpositure Con. turst. M. doctoris in iudicium anni nonagesimi prefacio.*

296. s. XIII membr. 4° f. 199 cum XI picturis.

Li Roman de Guillaume d'Orange v. 27,559. Initium et finis desunt; primi versus:

Je uos pleuis sur deu l'esperitable
Si me feroie baptisier a un abe
G. l'ot li cuers li asouage
Dame dist il ie uos en doins mon gabe
Orable l'ot li cuers l'en asouage.

Fol. 168ª *Et si commence li roumans dou moniage Guill'.* Des. his versibus (= v. 4367—4373 partis *moniage G.* inscriptæ):

Grant cop li donne en l'escut sos la boucle
L'escu li perce et la brogne fait rompre
Parmi le cors li met l'espiel tout outre
Trence le fie et les kaderoutre
Mort le trebuce et li dist par reproce
Out⁹ p. te mance .z. ml't corte
Te⁹ nos a mort dont no damaie a monte.

Cf. Sinn. III, 339—343. De aliis libr. man. cfr. P. Paris in Hist. litt. XXII, 546—551; P. Paris, Man. franç. III, 113 seq. VI, 135—144; — vide etiam P. Paris, in Hist. litt. XXII, 435 seq. et Jonkblœt, Guillaume d'Orange. La Haye 1854.

297. s. XV chart 4° f. 45.

1, f. 1ª — f. 28ª **Plutarchi: quomodo quis possit adulatorem discernere ab amico, Græce.**

2, f. 31ª (28ᵇ—30ᵇ vacant) — f. 45ª **Orationes ex opere Thucydidis excerptæ, Græce.** Sunt hae: Thuc. I, cap. 68—86; 120—124; 140—144; II, 11; III, 35—39: *καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις* (mutil.).

298. s. XV membr. 4° f. 254. Fuit P. Danielis 1568. Insunt pulchræ picturæ. Liber in Italia scriptus est.

Lactantii opera (libri IX). Præmissa sunt testimonia de Lactantio: Hieronymi in libro de illustribus viris et in epistulis, Augustini, Radulphi, Laureati poetæ, Leonardi Aretini in quadam epistula. Libri primi (de falsa religione) desunt cap. 6 et septimi

initium; incipit sic: *erit qui cessantibus ceteris non potest omnia* etc. In fine libri IX hi leguntur versus:

Viue diu faueantque tuis pia numina uotis
Teque uelint longos ducere fata dies.
Tempus erit cum pro meritis factisque superbis
Optatus patriæ pater eris ipse tue.

Secuntur post f. 231 indices locupletissimi. Pro libro VIII (præcedunt div. instit. libri VII) habetur liber de ira Dei, pro libro IX liber de opificio hominis.

299. s. X membr. 4° f. 42.

1, f. 1ᵃ — f. 29ᵃ **Libri Anicii Manlii Severini Boetii artis geometricæ et arithmeticæ num. V ab Euclide translati de Græco in Latinum, cum figuris.** Inserta sunt multa ex agrimensorum scriptis excerpta. Hic codex libri nr. 87 simillimus est. F. 1ᵃ Incipiunt — cluditur = cod. 87, f. 1ᵇ; f. 2ᵇ de controversiis — itineribus = f. 2ᵃ; de positione — terminetur = f. 2ᵃ; f. 2ᵇ de allubione — arreptum = f. 2ᵇ; f. 3ᵃ de subsicivis — oportebit = f. 2ᵇ; f. 3ᵇ nomina — Constantini iussu = f. 3ᵃ; f. 3ᵇ nomina finalium — mausoleus arca finalis = f. 3ᵃ; f. 4ᵃ incipiunt capitula — pro veris — f. 3ᵃ; f. 4ᵇ incipit liber — conclusio = f. 3ᵇ; f. 5ᵃ restat autem — protenditur = f. 3ᵇ; f. 6ᵇ descriptio paris — faciunt XL = f. 4ᵇ; quoniam autem — ab uno ad X = f. 4ᵇ; usque nunc vero propositum ad sequentia convertamus. f. 6ᵇ incipit liber geometrice tertius de figuris. Principium mensuræ — subiunguntur = f. 5ᵃ; f. 8ᵃ Ad datum punctum — ratio angulorum = f. 5ᵇ; f. 9ᵇ si sint duæ rectæ — explicit liber tertius boetii = f. 6ᵃ; f. 10ᵃ incipit — facientes — f. 6ᵇ; f. 11ᵃ incipit altercatio duorum geometricorum de figuris numeris et mensuris. Mensura est quicquid pondere capacitate — duo aripenni unum iugerum faciunt qui est et centuria habent passus per circuitum C; f. 11ᵃ Addito puncto duas — confirmant = f. 7ᵃ; f. 11ᵇ de interna ratione — in se iugera CC = f. 7ᵃ; f. 12ᵇ Quoniam diversæ — expositiones = f. 7ᵇ; f. 14ᵃ item eiusdem artis lib. V. B. podismus. Podismi mensurarum — stadia VIII = f. 9ᵇ; f. 21ᵃ de mensuris — diviserunt = f. 12ᵇ; f. 21ᵃ de ponderibus. Ponderis pars minima calculus est qui constat ex granis ciceris duobus — centenarius autem dicitur eo quod C libris constet; f. 21ᵇ de mensuris liquidis. Mensuris in liquidis coclear est pars minima qui habet dimidiam dragmam — duo gomor chorum reddunt duo chori chulleum quod sunt modia LX; f. 22ᵃ Si quis voluerit — octogonum = f. 13ᵃ; f. 22ᵇ Julii Frontini. In pede porrecto semiped. duo. In pede constrato semiped. IIIIᵒʳ — sextans quæ ea . . . dem dodrans appellatur habet palmos III unc. VIIII digitos XII; f. 22ᵇ Consuetudine vulgari unus bonuarius seritur frumenti — de pisis tribus de fabis tribus; f. 22ᵇ Lucii Junii (Vinii?) Moderati. Quoniam familiariter a nobis præcepta mensurarum desiderarum (corr. desideras) obsequar voluntati tuæ cum eo ne dubites id opus geometrarum magis esse quam rusticorum — sed quo-

niam diversæ formæ agrorum veniunt in disputationem cuiusque generis species subiciemus quibus quasi formulis utemur; f. 23ᵇ omnis ager aut quadratus aut longus aut cuneatus — in quo erit iugeri uncia dimidio scripulo et decima parte scripuli minus; f. 24ᵇ Inter quot pedes vinea ponenda est. His igitur velut primordiis talis ratiocinii præceptis non difficiliter men-
bi
suras inimus agrorum — et ne in infinitum procedat disputatio nostra eadem proportione ut cumque placuerit laxiora spatia seminum faciemus; f. 25ᵃ de iugeribus menciendis — esse dicimus = f. 13ᵃ; f. 26ᵃ si fuerit arca longa pedes XXX lata pedes XV alta pedes VII duco longitudinem per altitudinem (fuit: latitudinem) fiunt pedes CCX hoc duco per latitudinem fiunt pedes IIICL. sic quæro pedaturam; f. 26ᵃ genera liniamentorum — duabus rectis. EXPLICIT LIBER PODISM' BOETII = f. 16ᵇ.

2, f. 29ᵃ **Excerpta aliquot ad mensuras pertinentia.**
1, *Sex habet sextantem unum .I. trientem — perfectum sex .VI.*
2, *Cubitus constat sex palmis — ex duobus assibus et tertio semisse sestertium uocitauerunt.*

3, f. 29ᵇ — f. 30ᵃ **Versus Acbrhanni de ludo tabularum secundum numerum, cum figuris.**

Ludis qui plano tabulis de stipite sectis
Hoc docet acbrannus. Disce locare modo.

EXPLIC. PF. INCIPIT DE PMO LVDO.

Primo tres impone loco totidemque secundo —
Summo ipsius utro. Dupla sedentque tria.

Sunt versus 14. *VERSVS DE SCDO. LVDO.*

Tres inter primos unum mediosque repone —
At uia parturiet quadruplicata nouem.

Sunt versus 24. *VERSVS DE NVMERO PRIMI LVDI.*

Tres primo occurrunt duodeni pergere ludo —
Bis duo denum se conuocat unus ibi.

Sunt versus 4. *VERSVS DE NVMERO SCDI. (fuit SDCI.) LVDI.*

Septenos quater in torsum iocus implicat alter —
Sic peperere pares ludificando nouem.

Sunt versus 8.

Versifico passu ludum memorare docentis
Acbranni lector Menteq. uoceq. uale.

Dixi de his versibus in libello qui inscribitur: Antike u. mittelalterl. Räthselpoesie 1869 p. 32 seq. Nuper edidit R. Peiper in annalibus musei Germanici 1873 fasc. 9.

4, f. 30ᵇ — f. 32ᵇ **Liber abaci de multiplicationibus eiusdem artis.** *Si multiplicaueris singularem numerum per decenum dabis unicuique digito X et omni articulo C. Si decenum per decenum — Itidem uero milies millen. si se uel alium multiplicauerit in VIIᵐᵒ dig. in VIIIᵘᵒ articulos habebit.*

5, f. 32ᵃ — f. 35ᵇ **Tractatus de divisionibus, sine titulo.** *DIVIDVNTVR AVTEM NVMERI diuerso modo. Diuiditur uero*

maior per minorem. Alia est ratio ut diuidas per quemlibet singularem quemlibet decenum — quibus si XV addas undecimum annum adimpleas.

6, f. 35ᵇ — f. 36ᵃ **Ratio de limace.** *Eadem ratio est de cæteris. Nam si ex XC diebus annos facere uolueris tertia eorum quia per CCC diuidendi sunt est XXX — hæc sub exemplo posita mittunt ad reliqua.*

7, f. 36ᵃ — f. 36ᵇ **De multiplicationis similitudine.** *Cum passione contraria idest augmentatione uel diminutione omnis ad infinitum tendat quantitas — nunc etiam in alterutrum ducere longum non uideatur.*

8, f. 36ᵇ — f. 40ᵇ **Tractatus de uncia, de sextante etc., de asse, de dimidia sextula, de dragma, de sextula, de sicilico, de duella, de semiuncia, cum tabula.** *Vntia in asse untia. Vntia in deuncem semuntia duella et dimidia sextula* etc.

F. 38ᵃ col. 2 Porphyrius et Boetius a tractatus scriptore laudantur.

9, f. 41ᵃ **Tractatus de circuli diametro inveniendo, sine titulo, cum figura.** *Cuiuscumque circuli si uis diametrum inuenire et embadum sic quæras. Ex ipso ambitu XXII ablata reliqui quod fuerit sumas — et erit eius speræ crassitudo.*

10, f. 41ᵃ — f. 42ᵃ **Excerpta de agri mensura.**

1, *Mensura est quicquid pondere — pedes in palmos palmos in digitos digitos in uncias diuiserunt. Tanta enim fuit eorum sollertia* = cod. 87 f. 12ᵇ.

2, *Digitus est pars minima — mutare non potuerunt* = cod. 87 f. 13ᵃ in.

3, *DE AGRIS. Aluuius ager dictus est quem paulatim fluuius in agrum reddit — alii aream uocatam dicunt quod pro triturantibus frugibus eradatur uel quod non triturentur in ea nisi arida.*

4, *DE FINIBVS AGRORVM. Limites appellati antiquo uerbo transuersi. Nam transuersa omnia antiqui lima dicebant — Trifinium dictum eo quod trium possessionum fines adstringit. hinc et quadrifinium quot quatuor.*

5, *DE ITINERIBVS. Mensuras uiarum nos miliaria dicimus. greci stadia galli leuuas ægyptii signes persæ parasangas. Miliarium mille passibus — ambitus inter uicinorum ædificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus et obambulando* (leg. *ab amb.*) *dictus.*

F. 42ᵃ col. 2 et 42ᵇ scriptura vacant. Inspexerunt et ex parte descripserunt hunc codicem a. 1850 Chaslesius Parisinus in suum usum et a. 1861 F. Siacci Romanus, ut Boncampagno principis scientiæ mathematicæ studiosissimo morem gereret.

300. s. XI membr. 4° f. 64. Fuit pauperum magistrorum de Sorbona (f. 48ᵇ). Folia hoc ordine se suscipiant: f. 1—8, f. 17—32, f. 49—56, f. 9—16, f. 57—64, f. 33—48.

1, f. 1 — f. 3ª **Boetii de differ. topicis lib. IV ab initio mutil.** *ut species constitutiones causæ generalis non ei quam una quæque* etc. = p. 883 ed. Basil. 1570.

2, f. 3ª — 8, f. 17ª **Boetii liber de divisione.**

3, f. 17ª — 32, f. 49 — 50ᵇ **Boetii anteprædicamentorum libri II, cum glossis marginalibus.**

4, f. 50ᵇ — 56, f. 9 — 16, f. 57 — 60ª **Boetii hypotheticorum syllogismorum libri II, cum glossis marginalibus.**

5, f. 60ᵇ — f. 64ᵇ **Apuleii Platonici** *περὶ ἑρμηνείας.*

•6, f. 64ᵇ, f. 33 — 43ª **Beati Augustini categoriæ.**

•7, f. 43ª — f. 48ᵇ **Boetii liber de definitione, sine titulo, a fine mutil.** (usque ad p. 658 edit. Basil. 1570).

F. 40ª in margine inferiori legitur manu sæc. XIV hæc **prophetia:** *Hec est quedam prophetia uisa a quodam monacho cicertiensi qui uidit manum scribentem super corporale suum dum celebraret. Alta cedrus libani subcindetur. Mars præualebit Saturno. Saturnus insidiabitur Joui. Infra IX annos erit nouus deus secundus .. abiit Filii Israel liberabuntur a captiuitate. quædam gens uenit sine capite reputata uagans. Ve clero. Nouus ordo uiget. qui si ceciderit ve* (= væ) *ecclesie. et multa erunt prœlia in mundo fidei et legum et regnorum mutationes et tota gens sarracenorum subuertetur.*

301. s. XI membr. 4° f. 141.

Hieronymi comment. in Ezechielem lib. VIIII—XIV. Præmissus est Hieronymi prologus: *Consequens erat filia Eustochium ut prophetiam tyri* etc.

302. s. XVI chart. 4° fol. 107.

Tractatus Claudii de Longuy de lite inter ducem Austriæ et Ludovicum XI, Gallice. Est idem, quod nr. 204 descripsimus.

303. s. IX—X membr. 4° f. 53. Fuit Bongarsii.

•1, f. 1ª **Hymnus de ascensione domini.** *Aeterne rex altissime redemptor et fidelium* etc.

•2, f. 1ª·ᵇ **Hymnus in Johannem Baptistam, sine titulo.** *Vt queant laxis resonare fibris* etc. Cf. cod. 363, 15, c.

3, f. 2ª — f. 53ᵇ **Synodi Aquisgranensis canon. (lib. I—III).** *INCLITO CÆLESTIQVE GRATIA REGIO MVNERE INSIGNITER SVBLIMATO DOMNO PIPPINO REGI NOBILISSIMO ET PER INMENSVM A DEO CONSERVANDO. Cœtus uenerabilium præsulum — conuallem sanctorum regum consortem efficiat. AMEN.*

F. 53ᵇ aliquot neumæ scriptæ sunt.

304. s. XI—XII membr. 4° f. 84. F. 1ª: *Iste liber pertinet domo petri castri.* Inest pictura f. 3ᵇ Gregorium Petrumque et Spiritum Sanctum ambos inspirantem describens. Præterea habes litteras initiales belle pictas.

1, f. 1b — f. 2b **Homelia Bedæ presbyteri de lectione s. evangelii secundum Johannem: Dixit dominus Jesus discipulis suis: Si diligitis me mandate mea servate** etc. *Quia sancti spiritus hodie fratres karissimi celebramus aduentum* etc. = tom. VII, p. 38 ed. Col.

*2, f. 3a s. XII. **Decretum capituli Nantoacensis de festivitate omnium Sanctorum maioris devotionis studio celebranda.** *Multum procul dubio ad diuina opera exercenda bona uoluntas proficit immo nullum opus — Hoc decretum sancitum est in capitulo nantoacensi pridie kalendas nouembris præsidente apostolice sedi papa innocentio tempore domni petri abbatis cluniacensis.*

3, f. 4a — f. 84b **Colloquium inter Petrum et Gregorium de miraculis, a fine libri IV mutil.** *Quadam die dum nimis quorundam secularium tumultibus — pænitentiam ageret absolutionem debiti a domino accepit.* Cf. vol. II, 149 ed. Bened. (Gregorii dial.).

305. sæc. XI—XII membr. 8° f. 83. Insunt litteræ initiales belle pictæ (cf. f. 68a).

1, f. 1a — f. 75b **Tractatus Bedæ in proverbia Salomonis.**

*2, f. 76b — f. 79b **Commentum (Bedæ) in locum libri Sapientiæ: Mulierem fortem quis inveniet etc.** *Mulierem fortem quis inueniet. Mulier fortis ecclesia catholia uocatur quam ihohannes in apocalipsi* etc. = vol. VII ed. Col. p. 459.

*3, f. 79b — f. 83b **Sermo (Bedæ) de S. Ecclesia, mutil. a fine.** *Scire debemus fratres et intelligere quod omnia que uidentur — Sed sunt multi qui petunt in ipsis mortem inimicorum.*

306. s. X membr. 4° f. 8.

*1, f. 1a — f. 8b **Tractatus de cyclo decemnovennali cum tabulis paschæ diem festum etc. designantibus.** *Ad similitudinem quodammodo illius circuli qui in plano corpore deformatur circini circumductione* etc. Singulis tabulis adnotationes breves ad historiam pertinentes adiunctæ sunt; f. 3a quædam de **claustri Floriacensis abbatibus primis** tradita sunt: *Primus abbas floriacensium Rigomarus habuit annos quinque. Secundus abbas Mummolus annos XXX et infra istos XXX annos corpus eximii patris Benedicti adlatum est de monte cassino ab aygulfo monacho.* Cf. Pertzii monumenta Germ. II p. 254.

*2, f. 8b **Epistula Abbonis de anno dominicæ passionis, a fine mutil.** *EPISTOLA AB. DE ANNO DOMINICÆ PASSIONIS. Humilis floriacensium rector AB. suis fratribus et filiis pusillis et magnis. Vestra karitas — Porro quoniam deo iuuante inuenimus concordiam.*

Sub hoc numero olim alius habebatur apud nos codex, quem Sinnerus III, 56 seq. recensuit, a. 1815 imperio Anglico donatus, membr. sæc. XIII foliorum 30. Inerant Sinnero auctore hæc:

1, Ranulphi de Glanvilla leges et consuetudines regni Anglorum libris XIV.
2, Brevis chronologia sive index regum Anglorum a Guilelmo Conquestore ad Joannem regem.
3, Transactio de iuribus regni inter Henricum III et barones Angliæ condita a. 1267, edita a Sinnero III, 60—67.
4, Leges marchiarum inter Scotiam et Angliam.
5, Brevia originalia de cancellaria.
6, Leges Scotiæ.
7, Consuetudines quattuor burgorum Edinburg, Rokisburg, Berewik, Strivelin constitute per dominum regem Scotorum.

Hæc edita sunt una cum speciminibus palæographicis in libro: Acts of Parliament Lond. 1844.

307. s. XIV membr. 4° f. 92. Fuit Bongarsii.

1, f. 1 — f. 55ª **Guillaume de Nangis, les croniques de gestes royauls et francoises.** Inc.: *Pour ce que moult de genz et meesme les hauz homes et li noble qui souuent vienent en l'eglise monseigneur s' denis de france ou grant partie des uaillans roys de france gist: en sepouture desierent cognoistre et a sauoir la naissance et la descendue de leur tres haute generation et les merueilleus fet qui sont raconte et publie par maintes terres deuant diz roys de france. Je frere gui guillaume de nangis moine de la dite eglise de saint denis ai translate de latin en francois a la requeste de bones gens ce que ie i auoie autrefois fet en latin selonc la fourme d'un arbre de la generation des dis roys..*

Des.: *Et en ycest an aussi enuiron la purification de la benoite uierge marie la fille Gui le conte de flandres qui a paris honorablement estoit tenue en garde morut. Et en icest an ensement Renaut dit Gifart abbe de saint denis en france en la veille de saint gringoire morut apres lequel fut abbe le grant prieur de cel lieu Gile de la nacion de pontoise.*

Vide N° 323. Dom Bouquet, Recueil, XX, 545 seq., 725 seq.

2, f. 57ª — f. 73ª **Les croniques de normandie,** ab origine Normanorum usque ad an. 1199.

Inc.: *Pour la diuision on li ancien sage home du monde sauons nous que toute la terre est enclose de la grant mer que on appelle occean qui entre par bras dedens la terre et la diuise en III principaus parties dont la plus mestre est apelee aise..*

Des.: *.. que li rois phelippes auoit prise leur normandie quant li roys Richars fu en prison en alemaigne. Quant les espousailles furent fetes deuant le chastel de botauant endementies se mist le roy iehan pour le filz le roy qui estoit entre en la gent le roy iehan. Apres les espousailles fu la pes entre les roys ne demora gueres que la guerre recommenca mes aincois ala li roys de france demander alaine ce le roy d'engleterre toute la terre qui est desiqu'à l'iaue d'audele par poour li octroia li rois et conferma par sa charte. par cele achoison quant li roys iehans s'en fu reperiez et il ne uolt octorier que*

il auoit fet par poour a paris au roy de france si recommenca la guerre entr'aus.

3, f. 73ª — f. 76ª **Qui haut sarrazins etoient et description de la terre de Jerusalem.** Versio Gall. **Jacobi de Vitriaco de statu terræ sanctæ.**

Inc.: *L'apostole de rome innocent uot sauoir les (les) us et les costumes des sarrazins et des paiens et de la terre encontre qui li os des crestiens estoient apparilliez. Si le manda au patriarche ierusalem.*

Vide specimen apud Sinnerum II, 345—363.

4, f. 76ª — f. 77ª **Prædicatio de eversione regni Sarrazenorum** Gallice.

Inc.: *C'est l'expos[it]ion du liure au filz agap. Icil filz agap fu fusitiens et philosophes et autant sonne li moz de philosophie comme ameeur de science sot le cors des estoiles et des plantes par astron[on]omie et dist en tel maniere: qui onques lira cest liure dieu saura que ie traueillai et estudiai et penai de tout mon pooir a fere ces lettres... or oez donc les choses qui sont a auenir sus la fin du siecle de ceus qui tienent et ensiuent la loy de mahomet...*

5, f. 79ª — f. 92ᵇ **Index chronologicus ab orbe condito ad annum 1227, sine titulo.**

Inc.: *Ce sont li an aconte des le comencement du monde tresq'en la fin aicest tens..* Fin: *XIIC.XVII Ci fu rois loys qui estoit mlt enfes qui ore est saint loys.*

308. s. XVI (1508) chart. 4° f. 32.

Antipalus maleficiorum Johannis Tritemii abbatis Sancti Jacobi Herbipolensis ad Joachim marchionem Brandenburgensem.

309. s. XV chart. 4° f. 91. Fol. 1ª sunt duæ litt. initial. pulchre pictæ. Fuit Bongarsii, antea Claudii Fauchet.

Historia sive gesta Andegavorum consulum auctore fratre maioris monasterii. Præmissa est epistula ad Henricum regem Anglorum scripta: *Domino henrico regi anglorum duci normannorum comiti andegauorum turonorum cenomanorum etc. Historiam siue gesta andegauorum consulum antecessorum tuorum ex multis doctorum scriptis* etc. In fine legitur:

Andegauus honos trifidum dispersus in orbem
Precellit cunctos Marte furente duces.

In libri tegumentis anteriori et posteriori singula folia pergamena illita sunt sæc. XII scripta, quæ ad **ius Romanum** pertinent: citantur Gaius, Ulpianus, alii. Adsunt scholia marginalia.

310. s. XIV membr. 4° f. 152.

1, f. 1 — f. 27ª **Traite de l'espere auctore Nicole Oresme.** Vide f. 116ᵇ. Sunt capita L, quorum XII priora exceptis paucis verbis cap. XII desunt; cap. XIII incipit: *Un autre cercle est en l'espere materies et ymagine ou ciel qui est appelle meridian..*

2, f. 28ᵃ — f. 152ᵇ **Liure d'Aristote appelle du ciel et du monde cum commentariis Nicolai Oresme.** Inc.: *En nom de dieu ci commence le liure d'aristote appelle du ciel et du monde lequel du commandement de tres souuerain et tres excellent prince charles quint de cest nom par la grace de dieu roy de France desirant et amant toutes noblez sciences je nicole Oresme doien de l'eglise de Rouen propose translater.*. Specimen vide apud Sinnerum III, 439—442; eadem opera in cod. Par. N. 7065, vide P. Paris, man. IV, 348 seq.

311. s. XIII membr. 4° f. 58.
Guidonis Ferrariensis sacerdotis Margarita. Præmissa sunt prologus Guidonis et 'brevis continentia librorum biblie'. Quædam excerpsit Sinn. I, 86 seq.

312. s. X et XI membr. 4° f. 159. F. 20ᵇ et passim: *Hic est liber sancti maximini miciacensis monasterii.*
Isidori episcopi sententiarum libri III, mutil. a fine. Fin: *ut de contemplatione illius huius sæculi blanditias caueat. Scriptum est enim in* = lib. III, c. 15. In f. 1ᵇ leguntur versus aliquot bis scripti: *Omnia que cernis uanarum gaudia rerum* etc. Præterea inde a f. 74 usque ad f. 77 haec extant sæc. XI scripta:
*1, f. 74ᵃ — f. 75ᵃ **Prophetiæ de Christo ex prophetis collectæ.** *Mansuetus sedens super asinum. HIEREMIAS. Tibi peccauimus expectatio israel saluator eius* etc. F. 74ᵃ in margine Platonis de Christo prophetia affertur.
*2, f. 75ᵃ **Excerpta ex prophetis et aliis scriptoribus de pœnitentia.**
*3, f. 75ᵇ **De sacramento eucharistiæ Augustinus in tertio de doctrina Christiana, et alia Augustini excerpta de eadem re.**
*4, f. 76ᵃ **Excerpta Haymonis super epistolam ad Corinthios, Cusii nescio cuius, Silvestris Papæ etc.**

313. s. XII membr. (f. 8 chart.) 4° f. 105.
Regula pastoralis officii ex scriptis patrum, decretis conciliorum, rescriptis Pontificum Romanorum collecta. Adiectæ sunt multæ adnotationes marginales.

314. s. XI membr. 4° f. 120.
*1, f. 1ᵃ **Excerpta varia ecclesiastica Gregorii, Origenis etc.**
a, *Quod non ualeant scripturæ contra decreta canonum uel sancta pontificum. Gregorius regi anglorum adilperchid. Gratiam quam accepisti* etc.
b, *De Agathensi concilio. Abbati uel monacho monasterii* etc.
c, *Origenes. Cum aliquis non recto iudicio* etc.
d, *Haec sunt nomina filiorum iacob* etc.
2, f. 1ᵇ — f. 88ᵃ **Diversorum patrum sententiæ de primatu Romanæ ecclesiæ.**

3, f. 88ᵇ **Excerpta varia ecclesiastica Augustini etc.**
a, *Ex libris teodosii imperatoris libro XI*ᵐᵒ. *Quicumque scripturam protulerit* etc.
b, *De consuetudine beatus augustinus in libro tertio de baptismo ait* etc.
c, *De concilio calcidonensi. Siquis per pecuniam fecerit ordinationem* etc.

4, f. 89ᵃ — f. 103ᵇ **Epistula S. Hieronymi ad Eustochiam.**

5, f. 103ᵇ — f. 105ᵇ **Inquisitio de anima.** *Recipis ut respondeam quæ in rebus humanis* etc.

*6, f. 105ᵇ — f. 106ᵇ **Excerpta Augustini.** Ex libro de videndo deo *(Non in loco deus uidetur)*, de eodem libro *(Potest mouere quomodo iam ipsa dei substantia)*, de eodem libro *(Porro si ea quæ in animo nostro sunt)*, in exordio tractatus super Johannem *(De illa cælesti generatione si quæras)*.

7, f. 107ᵃ — f. 114ᵇ **Expositio B. Hieronymi in epistula S. Pauli ad Philemonem.**

*8, f. 114ᵇ **Excerpta Augustini et Ambrosii.**

9, f. 115ᵃ — f. 118ᵃ **Excerpta varia Hieronymi ad Pauli epistulas pertinentia.**

*10, f. 118ᵃ — f. 119ᵃ **Excerpta Gregorii Nazianzeni.** *Grande inpedimentum est hominibus ad uirtutem falsæ et inanis gloriæ præsumptio* etc.

*11, f. 119ᵃ — 120ᵇ **Excerpta varia Johannis Chrysostomi et Origenis (in epist. ad Romanos).**

315. s. XI membr. 4° f. 30. Insunt f. 1ᵃ pulchræ litt. initiales.
Timothei episcopi libri IV de vita Christiana, cum scholiis marginalibus. *Incipit prologus timothei episcopi operis sequentis* (rubr.). *Peruenit ad me deo donante illius in te esse spiritum qui dixit. Quam dulcia faucibus* etc.

316. s. XIII — XIV chart. 4° f. 69. F. 1ᵃ: *Johannes Gasbar Myricæus P. C. dono dedit hunc librum Ms. Biblioth. Bern. anno 1630. Kal. Junii.* Adnotationes aliquot in marginibus conspicuæ demonstrant, hunc codicem editionis alicuius (sæc. XVI) fundamentum fuisse.

1, f. 1ᵇ sæc. XV **Excerpta grammatica varia, Græce.**

2, f. 2ᵃ — f. 69ᵇ **Erotemata grammatica Manuelis Moschopuli.** *Ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν ἐρωτημάτων βραχυνθέντων παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυρίου μανουὴλ τοῦ μοσχοπούλου. Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς κατὰ τὸ ἀπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη.* F. 3 alieno loco intrusum est; nam f. 4 statim excipit fol. 2; f. 3 vero agitur de verbis irregularibus. F. 12 auctor tractat de coniunctione, f. 13ᵃ — f. 55ᵇ de nominibus masculinis, femininis, neutris et de verbo; f. 56ᵃ—67ᵇ leguntur paradigmata decl. et coniug.; f. 68ᵃ—69ᵇ agitur de pronomine.

317. s. IX—X membr. 4° f. 14. **Paulini Burdigalensis Eucharisticos, sine titulo.** Lectionis varietatem cum Gallo Morelio Einsidlensi communicaveram. Non usus est Leipziger, Vratislaviæ 1858.

318. s. IX membr. 4° f. 131. Fuit Petri Danielis et Bongarsii. Insunt picturæ memorabiles animalium, quarum aliquot Piperus Berolinensis a. 1860 expressit.

1, f. 1ᵃ — f. 5ᵃ **Vita S. Symeonis.** *Sanctus symeon ex utero matris suæ* etc.

2, f. 5ᵃ — f. 6ᵇ **De ortu et obitu patrum.** *Adam pater generis humani* etc.

3, f. 7ᵃ — f. 22ᵇ **Physiologus, sine titulo.** *Est leo regalis omnium animalium et bestiarum* etc.

4, f. 23ᵃ — f. 39ᵇ, f. 41ᵇ — f. 125ᵃ **Chronicon Fredegarii.** *In nomine* etc. *incipiunt capitula chronici libri primi.* I *De inicium mundi quod homo primus adam conditus est* etc. *Incipit liber generationibus adam usque ad ordinem quæ continetur in huius uolumine lib. Denumeratio* (corr. *din* —) *temporum et annorum generationes* etc. Cf. Hahn in Pertz' Archiv für ältere Geschichtskunde XI (a. 1858) p. 805—840. Usus est hoc libro Pertzius a. 1872.

*5, f. 39ᵇ — f. 41ᵃ **Catalogus episcoporum Romanorum a Petro usque ad Theodorum.**

6, f. 41ᵃ **De diebus Aegyptiacis.** Ed. Sinner I, 41.

*7, f. 125ᵃ — f. 130ᵃ **S. Evangelii secundum Matthæum lectio et tractatus eiusdem lectionis Effrem.** *In illo tempore adsumpsit Jesus petrum et iacobum etc. INCIPIT TRACTVS EIUSDEM LECTS. EFFREM. De regionibus messis gaudii de uinea fructus suauitatis* etc. In fine legitur f. 130ᵃ litt. uncial.: *Hæcpertus me fecit. qui istum librum legit orat pro Hecperto scriptore si deum habeat adiutorem et defensorem.*

8, f. 130ᵇ **Præcepta medica duo.** Ad capitis dolorem. Potio ad paralisin.

9, f. 131ᵃ **De septem miraculis mundi.** *Primum miraculum est romæ saluatio* etc.

319. s. XVI chart. 4° f. 110.

1, f. 1 — f. 88 **Brodæi animadversiones in Basilium, autographon.**

*2, f. 89 — f. 110 **Eiusdem animadversiones in Gregorii Nazianzeni opera, autographon.** Est eadem manus, qua cod. 201 scriptus est. Pro tegumentis est **charta** sæc. XV—XVI **Gallice** scripta.

320. s. XIII–XIV membr. 4° f. 103. Constabat codex foliorum senionibus XV, sed desunt senionis IV folia undecim priora cum senionibus I—III, VIII et XIII integris, præterea senionis VII (post f. 30) desiderantur f. 8 interiora, et IX f. 4 ultima (post f. 40) et XV f. 8 interiora (post. f. 85). Ordo is est: f. 78. 1—12. 17—76: dubitari potest de foliis 13—16, 77.

79—83. 88—91; f. 84– 87, quæ sunt externa senionis XV, senioni XIV interposita sunt.

Roman de Chevalier au Cygne ou de Geoffroi de Bouillon, fragm. versuum fere 16480. Les enfances de G. et Chanson d'Antioche sine titulo.

Inc. f. 1: *le fist en mariage o beautris donner*
quant au saisne felon ot fait le cief coper
cil buillons en ardenne dont on seut tant parler
et cil que .e. li bons rois fist fremer
de fachon de grandeur furent sanlant et per.
Ambedoi li castel furent d'une fachon
ne puissies trouuer carpuntier ne machon
qui en poist . . . . . . en sale n'en maison
o il i a . . . . de des sambelison
tant e[st] sanlans li vns a l'autre de fachon
et de toutes les coses qu'esgarder i puet on
andoi erent pareil par droite esgardison
li bons rois .e. qui fu de tel renon. .

Fol. 1—9ª nec Reiffenbergianæ editionis ulli parti nec Codici Nº. 627 ullo loco respondent.

Fol. 9ᵇ I — f. 25ª II, v. 23 respondent fere ad verbum codici Nº 627, fol. 80ª – 117ᵇ; fol. 9ᵇ inc:
Quant ide la courtoise ot passe XIII [ans]
si fu tote former et parcreue et grans
le viaire ot traitif les iex vairs et rians
bouce bref et petite les dens clers et luissans
bel front petite oreille les ceuiax bons et blans
les bras plains et reons espaules bien seans
et les rains ot espesses drois et delgies les flans
Not plus gente mescinė et roiaume des frans. . .

fol. 10ª: *Baron oies canchon dont li mot sont verai*
si com l'estoire dist ne vous en mentirai
d'idain et de sa mere vn petit le lairai
quant lius et tans en ert bien i retournerai. .

fol. 25ᵇ (finiunt enfances de G.):
Ains commence chanchons bien dite et rimee
Si come pierres l'ermite sor la mule affeutree
Mena le premiere ost sor la gent deffaee
Mais si com vous ai dit morte fu et tuer
puis mena l'autre apres par bone destinee
ou tant ot de barons de la terre saluee
plus furent de C mil quant orent mer passee
. . conquisent la terre qui surie est clamee
et le digne sepulcre en la pierre cauee
ou le char iesu cris fu coucie et postee
prisent et deliurerent de la gent deffœe.

fol. 26ª in. chanson d'Antioche:
En pais soies seignour laissies le noise ester
se vᵉ voles canchon glorieuse escouter

ia de nulle milleur ne vous dira jougler
Cesti doit on tenir et cierir et amer
car ml't de bons examples i puet preudom trouer
bien v9 puis pour voir dire voiant tous affremer
qui miudre ne fu dite qui droit veut esgarder
de la sainte cite qui ml't fait a loer
ou dix laissa son cors traueillier et pener
e ferir de la lance et plaier et naurer
Ihrlm a non qui droit le vieut nomer.
cil nouel iougleour qui an voelent chanter
le vrai commencement en ont laissie ester
Mais Heruix de doai nel vaut mie oublier
qui nous en a les vers tous fais renouueler...

fol. 87ᵇ (ultimum folium senionis XV) ultimi versus:
Quant l'apostoiles ot sarr. beneis
De mahonmet le grant et de lor diu falis
lami. li commande quil face ses escris
Si mandera les os de partout son pais
Caliphes fist les bries .C. en i ot et dis
atant sont li message qui sont baillies et pris
lami. les envoie es les vous departis.

Idem. opus N° 627; de libris man. Par. cf. P. Paris, Man. VI, 168 seq. 224 seq. Edd. La chanson d'Antioche composée.. par le pelerin Richard etc. Paris 1848, 2 vol.; de Reiffenberg, le chevalier au Cygne etc. Bruxelles 1846—1854, 3 vol.; cf. P. Paris, in hist. litt. XXII, 350 seq.

321. s. XIV membr. 8° f. 184. Ex libb. Petri Danielis Aurelii 1564.

1, f. 1ᵃ — 147ᵇ. f. 164ᵃ — 180ᵇ **Senecæ tragœdiæ.** Fabulæ hoc se ordine secuntur: Hercules furens, Thyestes, Thebais, Hippolytus, Oedipus, Troas, Octavia, Medea, Hercules Oetaeus, Herculis furentis choricum (*Jam rara micant* etc.), 164ᵃ canticum Oedipi (*Turgida pampineis* etc.), 165ᵃ Agamemnon cum glossis.

2, f. 148ᵃ — f. 164ᵃ **Glossæ in Senecæ tragœdias.** *In tragediis et comediis premitti solent argumenta. Est autem argumentum ut hic accipitur fabula uerisimilis uel quod in principio libri causam tangit* etc.

3, f. 181ᵃ — f. 184ᵇ **Senecæ libellus ad Gallionem de remediis fortuitorum.**

322. s. XIV et XIII membr. 4° f. 152.

1, f. 1ᵃ — f. 86ᵃ, sæc. XIV. **Constantini Africani tractatus medicinalis librorum VII, cui titulus est 'viaticus', cum glossis marginalibus.** *Incipit uiaticus. Quoniam ut in rethoricis tullius Omne inquit expetendum est uel propter se* etc. Fol. 8 exsectum est.

*2, f. 87ᵃ — f. 90ᵃ, sæc. XIV. **Tractatus medicinalis philosophicus, cum schematibus.** *Philosophia est amor et studium sapientie et diuiditur in diuinam et mundanam* etc.

3, f. 92ª — f. 152ᵇ **Boncompagnus de arte dictandi.** Librum bibliopegi incuria disiectum esse optime vidit E. Winkelmannus olim collega meus, nunc Heidelbergensis, qui multa ex hoc codice edidit in libro suo de Henrico VI. Secuntur enim in eo libro, qualem nunc habemus, procemium et lib. I. II in., deinde lib. IV — fin. (deest folium extremum); denique lib. II tit. 19 — lib. III fin. Cf. Rockinger Briefsteller und Formelbücher des 11—14. Jahrh. Abth. I p. 128—174.

323. s. XIV membr. 4° f. 150.

1, f. 1ª — f. 88ᵇ **Guillaume de Nangis, les q'roniques de tous les roys de France crestiens et sarr.** Inc.: *Pour che que ml't de gent et meismement li haut homme et li noble qui souuent uienent en l'eglise monseigneur s' Denis de France ou grant partie des vaillans rois de France gisent: en sepulture desirent a cognoistre et assauoir la naissance et la descendue de lor tres haute generation et les meruilleus fais qui sont raconte...* Fin: *Et en ycest an ensement renart dit Gyffart abbe de s. grigoire morut apres lequel fut abbe le grant prieur de cei lieu Gilles de la nacion de pontoise.* Idem opus N° 307, cfr. Sinn. II, 245—251.

2, f. 90ª — f. 97ª **Leus ueus du hairon.** v. 446.

Inc.: *Ens el mois de setembre qu'estes ua a declin*
Que cil oissilon gay ont perdu lor latin
Et si sekent les uignes et meurent li rosin
Et despoillent li arbre et cœurent li chemin
l'an mil CCCXXXVIII ensi le vous affi
fu edouars a londres en son palais marbrin..

Des.: *Ensi le franque dame le sien veu aquita*
Ainsque soient tout fait maint preudomme en mora
Et maint boin chl'r dolant s'en clamera
Et mainte preude femme pour lasse s'enterra
A donc parti li cours des engles par dela.

Cf. Jubinal, Rapport 1838 p. 17; de fabula carminis, vide Sinnerum II, 251.

3, f. 98ª — f. 150ᵇ **Chronicon bella in Flandria (1294—1368) gesta continens.** Finis deest. Nomen Goldastii inscriptum est huic cod. parti. Inc.: *Au tamps du roy phle le bel auoit vn compte en flandres que on apelloit Guy de Dampierre et fu fieux le contesse marguerite. Et ot en son viuant deux femmes dont il ot pluseurs enfans...* Fin: *Et li engles se logerent deles kalais en vne mlt forte plache et furent leur II hos sur les camps logies pres l'un de l'autre.* Specimen operis dedit Sinnerus II, 252—257.

324. s. XI—XII membr. 4° f. 113. Fuit Bongarsii 1602. In initio libri pulcherrima conspicitur littera initialis.

Chronica ab initio rerum (reg. Assyr.) usque ad Karolum Lotharii filium deducta, mutil. a fine, sine titulo. Sunt libri VI. *Assiriorum igitur rex potentissimus fuit olim ninus qui bellum finitimis inferens — Rebus igitur dispositis prolatis*

secum ac deportatis uasis plurimis aureis et argenteis. Manu recentiori præscriptum est: *Monachi cuiusdam Fossetensis de historia francorum.* Cf. Waitz, Monum Germ. ed. Pertz XI, p. 340. 343.

325. s. XI membr. 4° f. 177. F. 1ª pictura pulchra conspicitur.
1, f. 1ª — f. 102ᵇ **Augustini confessionum libri XIII.**
2, f. 103ª — f. 177ᵇ **Macrobii Theodosii Ambrosii Hexameron.**

326. s. XII. XIII. XI et XIII membr. 4° f. 125. Fuit Bongarsii.
1, f. 1ª — f. 2ᵇ, sæc. XII. **Prisciani grammatici prologus et primi libri pars, mutil.**
2, f. 3ª — f. 26ᵇ, s. XIII. **Glossæ in Prisciani librum XVII et XVIII.** *Intentio huius auctoris in hac operis sui parte est şcientiam recte construendi* etc.
*3, f. 27ª — 55ᵇ, s. XIII. **Glossæ in Priscianum.**
4, f. 56ª — f. 94ª, s. XI. **Prisciani libb. XVII et XVIII.**
5, f. 95ª — f. 125ᵇ, s. XIII. **Glossæ Prisciani parvi.**

A 326. s. XII membr. 4° f. 40. Fol. 2ª pulchra littera initialis picta est. Fuit Bongarsii.
***Prisciani lib. XVI fin. et libb. XVII—XVIII, mutil. ab initio et a fine.** *Virg. in XI Tantane me tenuit uiuendi nate uoluptas* etc. — (lib. XVIII) *Idem in VI iam subeunt triuiæ lucos atque.* Paginæ manu sæc. XIV vel XV numeris 136—175 insignitæ sunt. Est supplementum merum codicis 339.

327. s. XII miscell. membr. 8° f. 76.
*1, f. 2ª — f. 6ᵇ **Commentum in Horatium (od. libri IV, epod. et carm. sæc.).** *Horatius flaccus quintus libertino patre et præcone natus uenusii* etc.
*2, f. 7ª — f. 14ᵇ **Commentum in Horatii artem poeticam, mutil. a fine.** *P]isones pater et filii nobilissimi romani comediarum scriptores — Per ampullatur notat quod illi...*
*3, f. 15ª — f. 19ª **Excerpta ex Horatii epistulis et odis.** Numeris 123—127 insignita sunt.
*4, f. 19ᵇ — f. 25ª **Excerpta ex Juvenali.** Numeris 127—133 insignita sunt.
*5, f. 25ª — f. 25ᵇ **Excerpta ex Persio.** Cf. O. Jahn ed. Persii præf. p. CC.
*6, f. 25ᵇ — f. 28ᵇ **Excerpta ex Lucano.** Numeris 127—136 insignita sunt.
*7, f. 29ª — f. 34ᵇ **Commentum in Horatii satiras.** Incipit a. sat. I, 3 fine, mut.: *nature repugnare iusticie ut cum iuxta uicini segetem uia est paludosa* etc. Desinit in sat. lib. II, 1: *Iste sceua luxuriosus fuit qui matrem suam ne bona delapidaret* (mutil.).
*8, f. 35ª — f. 36ª **Scholia in Vergilii Aen. XII fin., mutil. ab initio.**

*9, f. 36ª **Adnotatio de Dardano et Aenea.** *Dardanus ex ioue et electra athlantis filia natus ab italia deorum responsis* etc.

10, f. 37ª — f. 60ª **Horatii ars poetica, epistulæ et sermones.** Hæc possederat B. Brissonius.

11, f. 61ª — f. 76ᵇ s. XIII. **Glossæ in epistulas Horatii.** *Proposuerat oratius se post opus sermonum nil amplius tractaturum* etc.

328. s. XIV membr. 4° f. 234. Insunt litt. init. pulchre pictæ.
Passionale Sanctorum. Index locupletissimus legitur f. 1ᵇ — f. 2ᵇ. Incipit sic: *Vniuersum tempus præsentis uite in quattuor partes distinguitur* etc. Primo loco agitur de adventu domini, de Andrea, de S. Nicolao etc., ultimo de Moyse abbate, de Arsenio, de S. Agathone, de dedicatione. In fine duae precationes leguntur.
F. 1ª præmissæ sunt **historiæ** de quodam milite et de quodam monacho.

329. s. XVI chart. 4° f. 96.
Ad Rodolphum Imperatorem summa librorum Joannis Sturmii de bello Turcico administrando.

330. s. X membr. 4° f. 46. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ª — f. 17ᵇ **Cassiodori orthographia.**

2, f. 18ª — f. 34ᵇ **Orthographia Bedæ quæ dicitur.**
ME LEGAT ANTIQVAS QVI UULT PROFERRE LOQVELAS
ME QVI NON SEQVITVR UULT SINE LEGE LOQVI.
INCIPIT ORTOGRAPHIA QVA EST PERITIA SCRIBEN.
Aeternus œtas œquitas œuum œquus idest iustus etc.

3, f. 35ª — f. 37ᵇ **Orthographia Capri.**

4, f. 37ᵇ — f. 38ᵇ **Item de verbis dubiis.** Contuli 3 et 4 in Useneri usum.

*5, f. 38ᵇ col. 2 **Versus nonnulli prosodiæ causa collecti.** *AUSONIUS PAVLINO. Innumeras possum celandæ ostendere formas* etc. Sunt versus Paulini, Lucani, Vergilii.

6, f. 38ᵇ col. 2 **Distichon de fasiano Martialis (XIII, 72).**

7, f. 39ª — f. 43ᵇ **Terentii Scauri de orthographia.**

8, f. 43ᵇ — f. 44ᵇ **Orthographia Agroetii.** Desinit in hæc verba: *ueneunt si uenduntur. Dilectum a diligendo. Delectum ab eligendo. Delictum a peccando.*

*9, f. 44ᵇ — f. 45ª **Orthographia anonymi.** *ITEM ALIA. Religio ideo dicitur quod animas religet ad cultum diuinum* etc. Edidit Usenerus in mus. Rhen. XXII, p. 417 seq., cf. similem tractatum, quem in anecdotis Helveticis p. 297 seq. proposui.

10, f. 45ª — f. 46ª **De dissonantia sermonum.** *Inter auxilium et præsidium et subsidium* etc. Cf. anecdota Helvetica præf. p. CXIX et p. 275 seq.

*11, f. 46ᵇ **De iure bis sexti S. Augustini.** *Incipit primus annus ab occasu solis — usque ad occidentem solem eiusdem diei.*

*12, ibid. **Item Augustini de signis XII.** *Intrat sol in arietem inchoante prima hora noctis — et exit de piscibus hora III noctis plena quæ præcedit XV k. aprl.*

Fol. 46ᵃ et 46ᵇ in marginibus leguntur aliquot **versus** prosodiæ causa collecti, de quibus cf. Keilii programm. Halense a. 1872. Sunt quaterniones omnino VI, numeris XVIII—XXIII insigniti. Hic codex olim unus fuit cum codd. 347 et 357, cf. Usenerum mus. Rhen. XXII, p. 413 seq.

331. s. XI membr. 4° f. 91.

Martianus Capella cum commento Remigii Autisiodorensis, mutil. a fine. Desinit in lib. VII verba hæc: *ter terna VIIII rursus hos numeros idem multiplicent fiunt bis quaterna VIII.* F. 79ᵃ legitur catalogus membrorum humanorum Græce Latineque scriptus: *Caput ΚΗϕΑΛΗΝ* etc. Pauca Eyssenhardtius ed. Lips. Teubn. de hoc libro degustavit nec non de cod. 56ᵇ. Quæ Sinnerus I, p. 301—331 ex glossis edidit, parum accurate excerpta sunt. Ex Remigii commento protraxi de Theophrasto illud, quod Usenerus meus edidit in mus. Rhen. XXV, p. 605 et 616.

332. s. XII membr. 4° f. 85. In initio pulchra conspicitur littera initialis. Fuit *magistrorum par. studentium in theologica facultate.* Sinnerus falso nr. 432 posuit.

Boetii commentum in Aristotelis librum *περὶ ἑρμηνείας* **(editio secunda).**

333. s. XIII membr. 4° f. 65. F. 1ᵃ: *Liber ecclesie beate marie in Romerstorph.* Fol. 34ᵇ picta est pulchra litt. init.

Cæsarii Heisterbachensis liber miraculorum, mutil. a fine. F. 1ᵇ: *Prologus in secundam partem dialogi miraculorum. Premissis sex distinctionibus uidelicet de conuersione de contractione* etc. *Explicit prologus. Incipiunt capitula septime distinctionis.* Desinit in distinctionis decimæ cap. LXVIIII init.: *Non est diu quod per huius...*

334. s. X—XII miscell. membr. 4° f. 356. Codex constat ex quinque partibus; f. 1—85 sæc. XII, f. 86—235 sæc. XI—XII, f 236—239 s. XI. f. 240—352 s. X, f. 353—356 s. X.

1, f. 1 — f. 81ᵃ **Evangelium Matthæi ex versione Hieronymi cum scholiis uberrimis.**

2, f. 81ᵃ, col. 1 **Excerpta Augustini nonnulla.**

*3, f. 81ᵃ, col. 2 **Versus nonnulli plerumque Leonini.**
Cui deus est præsens huic fit aranea muris —
multa timentur quæ non timenda uidentur.

4, f. 81ᵇ — f. 82ᵇ **Hieronymi epistularum ad Damasum excerpta.**

5, f. 82ᵇ — f. 83ᵇ **Excerpta Leonis Papæ.**

6, f. 83ᵇ — f. 85ᵃ **Excerpta ex Augustini de nuptiis et concupiscentia lib. I et II.**

7, f. 85ᵃ — f. 85ᵇ **Excerpta Augustisi ex libro de sermone Domini in monte, aliisque scriptis.**

8, f. 86ᵃ — f. 156ᵃ **Pauli epistula ad Romanos, ad Corinthios I. II, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses I. II, ad Timotheum I. II, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, cum scholiis uberrimis.** Continet commentarius excerpta ex Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Beda, Cassiano, Lanfranco, Drogone, aliis quam plurimis. Specimen dedit Sinn. I, 27.

*9, f. 156ᵃ **Excerptum ex Origene.**

10, f. 156ᵇ — f. 157ᵇ **Excerptum Augustini de pascha.** Sunt in fine tractatus VI versus hexametri.

11, f. 157ᵇ **Excerptum Augustini de quindecim annis vitæ Ezechiæ additis nec non Gregorii de eadem re.**

12, f. 158ᵃ — f. 159ᵃ **Gregorii prologus in cantica canticorum.** Idem extat in cod. 612, f. 53ᵇ — f. 55ᵃ.

13, f. 159ᵃ — f. 161ᵇ **Cantica Canticorum cum scholiis uberrimis.**

*14, f. 161ᵇ — f. 162ᵇ **Ambrosius capitulo VI libri quinti super Lucam.**

F. 163ᵃ scriptura vacat.

*15, f. 163ᵇ **Excerpta Gregorii et Fortunati.**

F. 164ᵃ scriptura vacat.

16, f. 164ᵇ — f. 165ᵃ **Scholia in Lucæ evangelium.**

17, f. 165ᵇ — f. 235ᵇ **Lucæ evangelium cum scholiis uberrimis, a fine mutil.** Desinit in hæc verba: *Et addidit tercium mittere qui et illum . . .*

*18, f. 236ᵃ — f. 239ᵇ **Responsorium mutil. et ab initio et a calce.** ... *entiæ salutaris potabit illum — clamabunt enim ad dominum a facie tribulantis et . . . .*

19, f. 240ᵃ — f. 352ᵇ **Pauli epistulæ, cum epistularum canonibus, compluribus argumentis, testimoniis et scholiis paucis.** F. 250ᵃ legitur **præfatio Isidori episcopi** in Pauli epistulas. F. 252ᵃ adest **carmen Damasi Papæ** in laude Pauli apostoli:

Jam dudum saulus procerum præcepta secutus —
Sancte tuos damasus uolui monstrare triumphos.

Ordo epistularum is est: ad Romanos, ad Corinthios I. II, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses I. II, ad Timotheum I. II, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos (cum prologo, f. 339ᵇ), ad Laodicenses a fine mutil. Exit enim in hæc verba f. 352ᵇ: *gaudete in christo et præcauete sordibus in lucro.* F. 352ᵃ scripta sunt nonnulla verba mystica: *Croh. nheri. nihater. nuflin. nihater* etc., quæ edidi in scholiis Bernensibus ad Vergilii Bucol. et Georg. præf. p. 692.

*20, f. 353ᵃ — f. 356ᵇ **Horae, ab initio mutil.** . . *nentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi te liberante saluari per d. n. i. x. — Ideo stabilita sunt bona illius in domino et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.*

335. s. XII membr. 4° f. 197. F. 1ª marg. inf.: *Iste liber est domus portarum qui abraserit anathema sit.* Sinnerus I, 2 falso nr. 326 scripsit.

1, f. 1ª — f. 62ª **Petri abbatis Cluniacensis liber de miraculis.** In fine habes:
Scribentis dextra benedicta sit intus et extra.

2, f. 63ª — f. 109ᵇ **Magistri Alani contra hæreticos Valdenses Judæos Paganos libri IV.**

3, f. 110 — f. 149ᵇ **Epistulæ domni Johannis de Monte Medio, Bernardi Portarum Prioris, Stephani de Chalmeto (cf. f. 121ᵇ).**

4, f. 150ª — f. 183ª **Liber formæ honestæ vitæ.** *Incipit præfatio in libro qui forma honeste uite intitulatur. Scribere tibi conpellor dilectissime quod te edificet* etc.

5, f. 184ª — f. 197ᵇ **Tractatus laudationum laudablis conversionis et conversationis Heremicolarum (paracletus Heremi), mutil a fine.** *Quoniam primo de præmio abrenuntiantium seculo libellus iste tractat et consolatur conuersationem illorum illius titulus urbane dicitur paraclitus heremi — sed totus totis uiribus labora seminans in agro . . .*

336. s. IX membr. 4° f. 48. Fuit Bongarsii.

*1, f. 1ª — f. 7ᵇ **Alcuinus de dialectica, mutil. ab initio.** *. . . luit obesse neque hic prodesse. fit et per paria com non ex contrariis rebus sed ex simillimis per naturam* etc. Cum Canisii editione in meum usum contuli. F. 7ᵇ et 8ª figuræ scientias repræsentantes descriptæ sunt.

2, f. 8ᵇ — f. 46ª **Audacis de Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem scripta.** *Ars quid est. R. Rei cuiusquæ scientia ad utilitatem* etc. Descripsi in Henrici Keilii mei usum, qui hanc Audacis artem edere cœperat hoc ipso, quo hæc scribebamus, anno 1872 programm. Halens.

3, f. 46ª — f. 47ᵇ **Divisiones numeri.** *INCIPIVNT CAPITVLA DIVISIONUM NUMERI. De numero igitur fratres dilectissimi deo adiuuante pauca dicturis simus — et quod sunt genera annorum.*

4, f. 47ᵇ — f. 48ᵇ **Sententiæ S. Augustini et Isidori in laude compoti, mutil. a fine.** *Agustinus dixit de quattuor diuisionibus scripturæ quattuor necessaria sunt in ecclesia dei — amor dicitur latine sophia uero sapien . . .*

337. s. XI membr. 8° f. 14.

*1, f. 1ª — f. 2ᵇ **Tractatus medicinalis de cephalea, mutil. a fine.** *Cephalea est dolor capitis qui multum tempus tenet — Caput autem sollicitante exalatione inferiorum dolor per interualla succutiens cum quodam.*

*2, f. 3ª — f. 8ᵇ **Glossarium Latinum medicinale.** *Anesus idest erba foli . . . . acius coriandri similat. Anecardia idest er. sem.*

eius similat ricino — Zernas .i. derpitas (sic). *Zoelae .i. tractum uel purgatum. Zare .i. oriens uel ortus.*

3, f. 9[b] — f. 14[b] **Nomina infirmitatum secundum Græcos (glossarium Græco-Latinum medicinale) a litt. A usque ad litt. S.** *Antrix ,i. rubor in superficiem cutis — Secturas .i. limaturas.*

338. s. X membr. 4° f. 19. Fuit Bongarsii et ante eum P. Danielis (1564), cuius manu in folio primo libri argumentum descriptum est: infuerunt olim præterea in initio Epiphanius de ponderibus et mensuris et in fine Volusius Maetianus de ponderibus et Dionysii nonnulla.

Bedae qui dicitur orthographia.

ME LEGAT ANTIQVAS CUPIAT QVI SCIRE LOQVELAS.
ME SPERNENS LOQVITVR MOX SINE LEGE PATRVM.

Aeternus ætas .... *æquitas æquus idest iustus* etc.

2, f. 11[a] — f. 14[b]. 16[a] **Orthographia Capri.**

3, f. 15[ab] **Caper de verbis dubiis.**

4, f. 15[b] **De cæsuris ratio Victorini.** *Cæsuræ sunt IIII pentimimeris eptimimeris — dic mihi dam*eta cuium pecus an melibœi.* Cf. Keil gramm. Lat. vol. VI p. 240.

*5, f. 16[b] **Ars Agroetii de orthographia.**

339. s. XII membr. 4° f. 8—135. Fuit Bongarsii. Insunt pulchræ litt. initial., cf. f. 10, 19, 25, 31, 40[b], 54[b], 69, 86 etc.

Prisciani ars grammatica, mutil. a fine et ab initio. Incipit versus finem libri I: *quomodo nec antecedente nisi sit muta ante liquidam ut supplex suffragor* etc. Desinit in libri XVI parte extrema; codicis continuatio hodie nr. A 326 notatur. Perierunt folia septem priora.

340. s. XIII membr. 4° f. 132 et fol. 1 indicem continens. Fuit Faucheti et Bongarsii.

1, f. 1 — f. 127[a] **Ceste conte de la terre d'outre mer fist faire le tresoriers Bernars de sant piere de Corbie...** (1232). Inc.: *En l'an de l'incarnacion de nostre seignor iesu MCI morut Godefroi li dux de boisson et roys de iherusalem apres lui fo roys baldoins ses freres qui fu quens de edesse..* Fin: *Quant li rois Jehan fu ariuez en Constentinoble li ch'r de la terre alerent i encontre et le reczurent a grant ioie. Quant il ot I pou seiorne en constentinoble si manda toz lez chrs de la terre fist espouser sa fille au valet qui empereres deuoit estre et le fist porter corone. Quant li valez ot porte corone et il fu empereres li rois le requist qu'il le feist ses conuenances et il et li ch'rs de la terre li empereres et li chrs de la terre fisent uolentiers quanque li rois iehan lor deuisa si com il an oient en conuent et li rois atant s'en tint.* Cfr. Sinner II, 367 seq. ubi specimen quoddam; usus est hoc codice De Mas Latrie in Chronique d'Ernoul et de Bernard le Tresorier, Paris 1871.

*2, f. 127[b] — f. 132[a] **Ce sunt li saint leu de ierusalem.** Finis deest. Inc.: *Ci poes uos sauoir les sains leus de (le) la terre*

de ierusalem. En ierusalem a I saint leu couert d'une piere ou salemons escrit li liure de sapience et iluec meismes entir le temple de salamo. Des.: *Ovtre la montaigne est alape par deuers le mer gart sor la marine.*

341. s. XVI chart. 4° f. 144. Fuit Francisci Danielis. Quædam manu Petri Dan. addita sunt.

*1, f. 1 — f. 3 **Excerpta iuridica a Francisco Daniele scripta.**

2, f. 4ᵃ — f. 130ᵃ **Annotata Hugonici Donelli in tit. famil. erciscundæ lib. 3 cod. 36 tit. etc.** Hae adnotationes Hugonici Donelli Francisci Danielis manu Biturigibus anno 1560 exceptæ sunt.

3, f. 130ᵇ — f. 131ᵇ **Alciati definitiones aliquot iuridicæ.**

4, f. 131ᵇ — f. 134ᵃ **Epistularum nonnullarum Francisci Danielis apographa ab ipso facta.**

a, *J. D.* (nescio cui) *Franciscus Daniel S. D.*

b, *Viro humanissimo J. C.* (Jacobo Cuiacio) *salutem. Biturigibus. 6 Idus Junii 1560.*

c, *Patri humanissimo S. Biturigibus pridie Cal. Julii.*

*5, f. 134ᵃ **Intellectus legis momentariæ possessionis, excerptum.**

*6, f. 134ᵇ — f. 142ᵇ **Flores et sententiæ aliquot ex Phormione Terentii excerptæ.**

*7, f. 143ᵃ — f. 144ᵃ **Oratiuncula habita a Guilelmo Laterano in salutatione Jo. Morvillierii Aureliorum Episcopi anno 1559 in adventu eius.**

*8, f. 144ᵃ **Jano Touzellio (Tonzellio?) viro clariss. Franciscus Daniel.** *Data Aureliæ undecimo Calend. Martias 1561.*

342. s. XIII membr. 8° f. 75.

Gualteri Alexandreis, cum glossis. *Primus aristotilis imbutum nectare sacro* etc. In fine legitur:

Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus.
Scripsit alexandrum lambertus clericus istum.
Qui bene uult fari bene debet præmeditari.

Secuntur aliquot voculæ litteris secretis (transpositis) scriptæ.

343. s. XV membr. 4° f. 46 cum punctis vocalibus.

Bibliorum libri Esra (Nehemia), Ruth, Cantic., Eccles. Lamentatt. Jeremiæ, Esther, Hebraice. Codicem primitus omnes Chetubim complexum esse, patet ex prima plagula, ubi ultima verba Danielis librum Esræ precedunt, tum ex subscriptione libri. Scriptor codicis fuit Samuelis, fil. Jom Tob, fil. Alzaig, Lisbon. 5170 = 1410 p. Chr.

344. s. X membr. 4° f. 143. Fuit S. Maximini Miciacensis (cf. f. 80ᵇ).

1, f. 1ᵃ — f. 77ᵃ **Sententiæ epistolarum beati Pauli apostoli a S. Hieronymo presbytero expositæ et ex opusculis eius iuxta earundem epistolarum ordinem decerptæ.**

*2, f. 77ª — f. 143ᵇ **Sententiæ epistolarum beati Pauli apostoli a S. Papa Gregorio expositæ et ex opusculis eius iuxta earundem epistolarum ordinem decerptæ.** Fol. 89ª in marg. nonnulla ecclesiastica notis Tironianis scripta sunt.

345. s. XII membr. 8° f. 129- Sinnerus I, 541 falso nr. 346 posuit.
Ovidii metamorphoses, mutil. ab initio et a calce (I, 707 —XV, 848). In unius cuiusque libri initio margini breve argumentum prosaicum ascriptum est. Folia 55—58 mutilata sunt.

346. s. XVI chart. 4° f. 72.
Xenophontis Oeconomicus Italice versus per Simonem Mazzeum. Præmissum est epigramma *ad Simonem Masseum N. Floren. de translato in linguam Italicam Xenophontis Aeconomico:*
Tractantem quis te tam seria facta putasset etc.
et *ad eundem aliud:*
Ingeniis claris florentia floruit olim etc.
Subscriptum est: *P. Æ. Pig. I. C.* Deinde epistula Italice ab Johanne Pissevini *(Giouanni Pisseuini Franzese) Parigi alli X Marzo MDLXXV,* cum eiusdem epigrammate in Mazzeum:
Oeconomon Graio Xenophonti Musa lepore etc.
Tum epistula S. Mazzei *a Laudomine Soderini consorte dilettissima,* Italice. Denique eiusdem carmen Italicum: *Alla medesima. Beato quel à cui l'alma natura* etc. atque epigrammata P. Pacaudi Molinensis numero sex in S. Mazzeum.

347. sæc. X membr. 4° f. 41. Fuit Bongarsii. Cf. Usener mus. Rhen. XXII, p. 413 seq. Ad eundem codicem olim pertinuere cum hoc libri Bernenses nr. 330 et 357: hoc insuper patet ex inscriptione f. 1ª marg. inf. sæc. XIV facta.

1, f. 1ª — f. 22ª **Ex libris Macrobii de differentia stellarum et siderum (ex lib. I et II, sc. I, 14, 21—22, 13; II, 1, 2—9, 10; I, 3, 17—3, 20).** *Nunc uideamus quæ sint haec duo nomina quorum pariter meminit — nullo uisu ad ulteriora tendente penetretur.*

*2, f. 22ᵇ — f. 25ª **Excerpta ex Plinii hist. natur., cum figuris.** *Inter cælum et terram certis discreta spatiis septem sidera pendent — martis maxime inobseruabilis est cursus.* Descripsi omnia in usum Detlefseni, cf. cod. 265 et Detlefseni scriptiunculam Philologi tom. 28 p. 295 seq.

3, f. 26ª (f. 25ᵇ vacat) — f. 41ᵇ **Nonii Marcelli caput IV, a fine mutil.** *INDEX EARVM RERUM QVÆ HOC CODICE CONTINENTVR. NONIVS MARCELLVS PERIPATHETIC' TIBVRCICENSIS DE COMPENDIOSA DOCTRINA PER LITTERAS AD FILIVM. Aduersum contra significat — Eundem* (s. v. Tenue) *non mediocri pecuniæ sed etiam tenui percipere possumus.* Inspexi et excerpsi in Luciani Muelleri usum.

Quæ desunt, in cod. nr. 357 extant f. 33ª—34ª, cf. 357, nr. 6. Adsunt quaterniones II (fol. 6), III (fol. 13), IV (fol 6), VI et VII.

348. s. IX membr. 4° f. 218. Fuit Bongarsii. Insunt pulchræ picturæ quattuor evangelistas repræsentantes, quas expressit Piperus Berolinensis a. 1860 et nuperrime Rahnius Turicensis.

Hieronymi vulgata Novi Testamenti (quattuor evangeliorum). Præmittuntur tabulæ synopticæ f. 1—8. Sequitur præfatio S. Hieronymi ad Damasum, argumentum S. Hieronymi, epistula Eusebii de evangelio (*Eusebius carpiano fratri in domino salutem. Ammonius quidam* etc.), prologus in Mattheo, capitula lectionum secundum Mattheum (*I Generationum quadraginta* etc.), capitula in evangelium Matthæi (*I Generationum nomina* etc.)

*F. 24[b] **Nativitas Sanctæ Mariæ.** *Supplicationem seruorum tuorum deus miserator* etc. Manu alia sæc. X.

*F. 169[ab] **Tractatus Isidori de ratione digitorum.** Sæc. X, intermixtis notis Tironianis. *Necessarium duximus utilissimam promptissimamque flexus digitorum paucis præmonstrare sollertiam — insertis inuicem digitis implicabis.* In folio ultimo habes: *XV die ante kalendas decembris drunmed obiit.*

349. s. XIII membr. 4° f. 16.

Gisleberti disputatio Judæi et Christiani. Subiuncta est epistula Gisleberti ad Anselmum Cantuariensis ecclesiæ archiepiscopum (cf. cod. 188). In fine legitur (cf. cod. 383, 4):

Hoc scripsi totum pro pena da michi potum.

De hac subscriptione cf. Kettner, zur Kritik d. Glossæ Placidi. Berol. Calvary 1872, p. 9 not. Utroque loco diserte 'pena' scriptum est.

350. s. ? chart. 4° f. 118.

***Liber Sinesicus.**

351. s. X membr. 4° f. 138. Fuit Bongarsii. Fol. 137[a]: *hic est liber S. Benedicti abbatis floriacensis.*

Quintilianus. Liber primus non integer adest duobus foliis primis abreptis; initium est hoc: *licet et nihilominus amicum grauem uirum aut fidelem libertum* etc. I, 2, 5. De hoc libro Halmius hæc adnotavit præclarissimus Quintiliani existimator: *Pertinet liber præclarus ad eam codicum familiam, in qua non integri extant libri Quintiliani, sed huius familiæ, qua classis integrorum longe deterior est, ut antiquissimus, ita optimus est. Extant in codice ut in reliquis eiusdem familiæ hæ partes: lib. I (præter initium) usque ad V, 14 § 12 (mundus igitur animal), VIII, 3, 64 (ex his quæ dicta) usque ad VIII, 6, 17 in. (a longinqua similitudine), VIII, 6, 67 (superiectio uirtus eius) usque ad VIIII, 3, 2 esset enim omne eiusmodi), X, 1, 107 ext. (nulla contentio est) — XI, 1, 71 (cur id ita sit uel paulo), XI, 2, 33 (...plici motu iuuetur memoria) — XII, 10, 43 (sed cum debeat delectare).* Codicem Halmius ipse excussit ad editionem suam a. 1868. Teubn. exornandam. Cf. eiusdem libellum: Ueber die Textesquellen der Rhetorik des Quintilianus (Sitzungsberichte d. Münchner Acad. d. Wissensch. I, 4) 1866.

F. 137b et 138a schemata ad scientiarum conexum illustrandum pertinentia exhibentur.

352. s. XI membr. 4° f. 109. Fuit P. Danielis. F. 1b conspicitur litt. init. pulchre picta.

Augustini de civitate Dei lib. XIX—XXII. Prima pagina paullo post cetera scripta est.

353. s. XIV membr. 4° f. 9.

1, f. 1a — f. 5a **Ars chiromantiæ anonyma, cum figuris.** *Incipit ars cyromantie ex multis compilata. Cum diuersi diuersa de arte ciromancie scripserint ego uolens ad aliquam certitudinem* etc.

*2, f. 5a — f. 5b **Tractatus physiognomicus.** *Multitudo pilorum in uentrem luxuriosum figurat* etc.

*3, 5b **Præcepta ad chiromantiam pertinentia.** *Ad habendum* (sic) *meliorem et certiorem inquisitionem manus aqua calida* etc.

*4, f. 6a — f. 9a **Cyromantia Aristotilis.** *Cyromantia est ars demonstrans mores et inclinationes hominis naturales* etc.

354. s. XIV membr. 4° f. 274. Desunt hodie veteris numerationis (f. 283) folia 4—5. 176—183. Post f. 13 habetur unum folium sine numeratione et post f. 55 et 135 desunt singuli vel plures quaterniones. F. 136—175 ponenda ante f. 56 (cf. custodem f. 175b). Folia 206 et 207 vacant. Fuit Henrici Stephani et Goldastii. Codicem descripsit Jubinal in libro cui titulus est: Lettre au directeur d'artiste, Paris 1838.

I, f. 1 — f. 175b **Dits et fabliaux,** numero LXXV.

1, 1—3b **[Du foteor]** v. 357; sine titulo et fine, qui in fol. 4 perdito extabat. Falso Jubinal carmini attribuit titulum: *Dit dou Segretaing.*

Inc.: *Qui fabloier uiaut si fabloit*
Mes qu'en son dit nen afebloit. Cf. Méon, Fabliaux et Contes IV, 204.

2, 6a—9b **Dou sagretaig II,** v. 546; initium deest.

In.: *Sa hache prent si li cort sore . . .*
Fin.: *en uont en joie perdurable*
auec lo pere esperitable.

3, 9b—10a **De Brifaut III,** v. 86.

Inc.: *D'un uilain riche et non sachant*
qui aloit les marchiez cerchant. Cf. Méon N. R. I, 124.

4, 10b—11b **De celui qui cracha sor ses morteres,** v. 134.

Inc.: *Saignor a un ior qui ia fu*
Auint c'uns uilains de fabu Cf. Man. Paris. 7989².

5, 11b—12b **De celui qui bota la pierre,** v. 62.

Inc.: *Uns prestres bons fisiciens*
Vint chies 1 suen parochien. Cf. Méon N. R. I, 307.

6, 12b—16a **La voie d'enfer** [Raoul de hodan] v. 628.

Inc.: *En songes doit fables auoir*
Se songes puet deuenir voir. Cf. Jubinal, myst. inéd. II, 384; et Stengel, cod. Digby 86. Halle 1871 p. 17 seq.

7, 16^a—26^b **do chevalier a l'espee,** v. 1208.
Inc.: *Cil qui aime desduit et ioie*
Viegne auant si entende et oie. Cf. Méon, N. R. I, 127.

8, 26^b—36^a **La mule sans frain** [Paiens de maisieres], v. 1142.
Inc.: *Li uilains dist en reprouier*
Que la chose a puis grant mestier. Cf. Méon, N. R. I, 1.

9, 36^a—38^a **de Marco et de salemon,** v. 242.
Inc.: *Moralitez eguerre*
est essil de terre.
Des.: *que le uos guerpist*
.M. li respont. Cf. Méon, N. R. I, 416.

10, 38^a—39^a **De dan denier,** v. 141.
Inc.: *En bons uers me voil trauellier*
Garder m'estuet au commencier. Cf. Jubinal, Jongl. et Trouv. p. 94.

11, 39^b—41^a **de la mere qui desfandoit sa fille uit a nomer,** v. 184.
Inc.: *Conter uos uoil ci d'une dame*
Qui fu d'un riche boriois feme. Cf. Méon, F. et C. IV, 187.

12, 41^a—42^a **de la grue** [Garins], v. 160.
Inc.: *Desor que que i'aie targie*
puis qu'il m'a este enchargie . .
v. 11 *que iadis fu I chastelains*
qui ne fu ne fox ne uilains. Cf. Méon, F. et C. IV, 250.

13, 42^a—43^a **Des putains et des lecheors,** v. 82.
Inc.: *Quant diex ot estore lo monde*
si com il est a la reonde.

14, 43^a—44^a **De la damoise qui nost uoler,** v. 108.
Inc.: *D'une damoiselle uos uoil*
conter c'onques ne uirent oil. Cf. Méon, F. et C. IV, 271.

15, 44^a—45^b **d'estula et de l'anel de la paelle,** v. 188.
Inc.: *Saignor icist fabliax parole*
De II clers qui vindrent d'escole. Cf. Méon, F. et C. III, 258.

16, 45^b—47^a **La male honte,** v. 206.
Inc.: *Saignor uos qui honte cremez*
a cest fables bien entendez. Cf. Méon, F. et C. III, 204, 210, a quibus cod. hic valde discrepat.

17, 47^a—49^b **escomeniemanz au lecheor,** v. 264.
Inc.: *G'escomeni toz les ialox*
Qui de lor feme ne sont cox. Cf. Th. Wright, anecd. lit. p. 60—63; — Mn. Par. 7218; f. 194 et 195.

18, 49^b—52^b **Do mire de brai,** v. 346.
Inc.: *[J]adis ert uns vilains ml't riches*
Qui trop auoit mes ml't fu chiches. Cf. Méon, F. et C. III, 1.

19, 52^b—55^b **d'Auberee,** v. 704; finis deest.
Inc.: *Qui pres de moi se voudroit trere*
I tel flabel m'orroit retraire. Cf. Jubinal, N. R. I, 199—222.

20, 56^a—57^a **de la sorisete des estopes,** v. 128, initium deest; extat fol. 175, v. 102 (vide 75).
Finis: *Que chacuns se garde la soe*
Quele ne li face la coe. Cf. Méon, N. R. I, 310.

21, 57^a—57^b **des clers,** v. 72.
Inc.: *Par s. Guill' de pontoise*
la rien des clers don plus me poise. Cfr. H. Wright, anecd. lit. p. 66.

22, 57^b—58^a **des uilains,** v. 46.
Inc.: *Or escoute un autre conte*
a toz les uilains doint dex honte.

23, 58^a—59^b **de la damoisele qui n'oit parler de fotre qui n'aust mal au cuer,** v. 210.
Inc.: *En iceste fable nouele*
uos conte d'une damoisele. Cf. Méon, F. et C. III, 458, a cuius verbis (Man. Par. 7218, 7615) cod. noster valde discrepat.

24, 59^b—60^a **de la dame qui fu fotue sor la fosse son mari,** v. 124.
Inc.: *Tandis com uolante me uient*
de fabliax dire et il m'en tient. Cf. Méon, F. et C. III, 462.

25, 60^b—63^a **des XV signes,** v. 284.
Inc.: *Se uos cremisse enuier*
a destorber d'aucun mestier. Cf. Luzarche, Mystère d'Adam, Tours 1854 p. 70.

26, 63^a—64^a **de la coille noire,** v. 121.
Uns uilains qui ot prise a fame
Une ml't orgoilleuse dame. Cf. Méon, F. et C. III, 410.

27, 64^a—65^a **Do con et do vet et de la soriz qui alerent uandangier,** v. 124.
Inc.: *Qui que cont do ri de Breteigne*
L'an me commande l'an m'ensaigne.

28, 65^a—65^b **de porcelet,** v. 62.
Inc.: *Or oiez un fablel cortois*
d'un uallet fil a un borios. Cf. Méon, N. R. I, 286.

29, 65^b—67^a **Li esbaubismanz lecheor,** v. 140.
Inc.: *Diua car laisse ester ta iangle*
si ti ua seoir en cele angle. Cf. Jubinal, Ruetebeuf I, 331.

30, 67^a—68^b **Coquigne,** v. 136.
Inc.: *Or entandez I po a mi*
tuit deuez estre mi ami. Cf. Méon, F. et C. IV, 175.

31, 68ª—69ᵇ **Li bataille d'anfer et de paradis.** v. 194.
Inc.: *Nos trouvons en sante escriture*
une meroillese auanture
tanai an anfer si li dist. Cfr. Hist. litt. XXIII, 218. 219.

32, 69ᵇ—70ª **des changeors** [Jehan].
Inc.: *L'an dit toz iorz se dex me saut*
pan sandire qui rien ne vaut. Ed. Jubinal, lettre d'Art. p. 13—15 et Jongleurs et Trouv. secundum exemplar Mouchetii.

33, 70ª—71ᵇ **des bochiers,** v. 150.
Inc.: *Seignor, ie uos uoldrai conter*
si uos plaisoit a escouter. Ed. Jubinal, lettre d'Art. p. 24—29.

34, 71ᵇ—72ᵇ **des cordoaniers,** v. 123.
Inc.: *Qui bien sauroit et faire et dire*
assez porroit trouer matire. Ed. Jubinal, ib. 16—19.

35, 72ᵇ—74ª **D'avoir et de savoir** [Jehan de Choisi].
Inc.: *Jehan de Choisi uiaut ueoir*
s'an lui a tant san ne sauoir. Ed. Jubinal, rapport 1838. p. 27—31.

36, **Des cordiers,** v. 112.
Inc.: *Seignor ne sai que ie uos mante*
nouelement ai mis m'antante. Ed. Jubinal, lettre p. 30—33.

37, 75ª—75ᵇ **do pre tondu,** v. 100.
Inc.: *Ce fu la uoille d'un noel*
qu'an tient en maint leu riche ostel. Cf. Méon, N. R. I. 289.

38, 75ᵇ—77ª **des bolangiers,** v. 126.
Inc.: ·*rute a cet pandue*
et mainte parole perdue. Cf. Jubinal, Jongl. 138—142.

39, 77ª—78ª **Des tisserans,** v. 121.
Inc.: *Tel gent ia qui oient*
et entandent et oient. Ed. Jubinal, lettre p. 20—23.

40, 78ª—80ᵇ **La dame qui fist batre son mari,** v. 295.
Inc.: *D'une auenture ml't cortoise*
uos uoil conter d'une boriose. Cf. Méon, F. et C. III, 161, a quo valde discrepat cod. noster.

41, 80ᵇ—88ᵇ **De la dame qui conchia lo prestre, lo preost, lo forestier,** v. 964.
Inc.: *Ma poine metrai et ma cure*
de raconter une aventure. Cf. Méon, F. et C. III, 296, a quo discrepat cod. noster nonnullis locis.

42, 88ª—90ª **De l'euesque qui benei lo con,** v. 231.
Inc.: *Uns euesques iadis estoit*
qui ml't volenters s'acointoit.

43, 90ª—93ᵇ **De la dame qui fist entandant son mari qu'il sonioit** [Garins], v. 316.

Inc.: *Puisque .ga. l'a entrepris*
n'est droiz qu'il en ait mal pris. Cf. Méon, N. R. I, 343.

44, 93ᵇ—100ᵇ **de cort mantel,** v. 882.
Inc.: *Une auanture qui auint*
En la cort (e) au bon roi qui tint. Cf. Wolf, Lais, S. et L. p. 342.

45, 100ᵇ—102ᵇ **li sohaiz desuez** [Jehan bediax], v. 214.
Inc.: *D'une auenture que ie sai*
que i'oi conter a douai. Cf. Méon, N. R. I, 293.

46, 102ᵇ—103ᵇ **de la dame qui fist son mari mort,** v. 108.
Inc.: *De fabliax puet ueritez estre*
Donc auint ice dist mes mestre. Cf. Jubinal, N. R. I, 312—316.

47, 103ᵇ—108ᵃ **des III larrons,** v. 510.
Inc.: *Cist fabliax dit seignor baron*
que iadis furent III larron. Cf. Méon, F. et C. III, 250.

48, 108ᵃ—108ᵇ **la patrenostre l'userier,** v. 114.
Inc.: *Qui uialt la patrenostre oir*
a l'usurier et retenir. Ed. Jubinal, rapport 1838, p. 32—35.

49, 109ᵃ—111ᵃ **la credoz,** v. 250.
Inc.: *Maistres forques reconte et dit*
que nus ne puet auoir respit. Méon, F. et C. III, 106.

50, 111ᵃ—111ᵇ **Des sohaiz qui sainz Martin dona anuieus et cobeitos,** v. 88.
Inc.: *Seignor apres lo fabloier*
Me uoil auoir dire apoier. Cf. Méon, F. et C. I, 91.

51, 111ᵇ—112ᵃ **de la uielle qui oint la palme au cheualier,** v. 53.
Inc.: *D'une uielle uos uoil conter*
d'une fable por deliter. Cf. Méon, N. R. I, 183.

52, 112ᵃ—112ᵇ **de la damoiselle qui sonioit qu'en la fotoit,** v. 74.
Inc.: *Une damoisele sonioit*
que uns biax bacheler l'amoit. Cf. Méon, F. et C, III, 455.

53, 112ᵇ—114ᵃ **la deuise aus lecheors,** v. 157.
Inc.: *Quant li douz tanz se remue*
que ie uoi l'auenue. Cf. Méon, N. R. I, 301.

54, 114ᵃ—115ᵃ **de boriois borion,** v. 122.
Inc.: *Por beles rises conter*
s'oloient menestrier monter. Cf. Th. Wright, anecd. lit. 57.

55, 115ᵃ—116ᵃ **do maignien qui foti la dame,** v. 112.
Inc.: *Or escoutez laissiez moi dire*
je uos dirai une matire. Cf. Méon, N. R. I, 170.

56, 116ᵃ—117ᵃ **d'estula,** v. 138.
Inc.: *Il furent iadis dui frere*
sanz solaz de pere et de mere. Méon, F. et C. III, 393.

57, 117ᵃ—124ᵇ **Catons en romanz,** v. 846.
Inc.: *Seignor oez que ie uos commanz*
espondre caton en romanz. Cf. Ms. Paris, nr. 7011⁷, P. Paris, Man. III, 366.

58, 124ᵇ—135ᵇ **de Richaut,** v. 1334.
Inc.: *Or faites pais si escotez*
Qui de .Ri. oir uolez. Cf. Méon, N. R. I, 38.

59, 135ᵇ **Des feures,** v. 32, deest finis.
Inc.: *De dire contes et fabliax*
Et de trouer biax dis nouiax. Cf. Jubinal, Jongl. et Trouv. 128—137.

60, 136ᵃ—143ᵃ **do segretain,** v. 870.
Inc.: *D'un moine uos dirai la uie*
Segretains ert d'une abaie. Cf. Méon, F. et C. I, 242.

61, 143ᵃ—143ᵇ **do prestre qui mania mores,** v. 68.
Inc.: *D'un prestre conte qui s'esmut*
A un marchie o aler dut. Cfr. Méon, F. et C. I, 95.

62, 143ᵇ **do vilain qui conquist paradis pur plait,** v. 170.
Inc.: *Nos trouomes en escriture*
un merueilleuse auenture
qui iadis auint d'un uilain. Cf. Méon, F. et C. IV, 114.

63, 145ᵃ—146ᵇ **La plantez,** v. 138.
Inc.: *Aide dex qui tot gouerne*
il auint en une tauerne. Cf. Méon, N. R. I, 338.

64, 146ᵇ—149ᵇ **de berangier a lonc cul,** v. 296.
Inc.: *Tant ai dit contes et fabliax*
Que ie ai fait uiez et nouiax. Cf. Méon, F. et C. IV, 287.

65, 149ᵃ—151ᵇ **De hueline et d'aiglantine,** v. 329.
Inc.: *Ce fu en mai el tans d'este*
que l'aunt herbe croist o pre. Cf. Méon, N. R. I, 353.

66, 151ᵇ—156ᵇ **de Tristan,** v. 576.
Inc.: *Ml't est t'tanz melles a cort*
Ne sel o aille ne ou tort. Ed. Michel, Tristan, London 1835, I, p. 215 seq. secundum exemplar Mouchetii.

67, 156ᵇ—159ᵃ **de connebert** [Gautiers], v. 314.
Inc.: *Gautiers qui fist del preste taint*
tant a ale qu'il a ataint. Cf. Méon, N. R. I, 113.

68, 159ᵃ—160ᵃ sine titulo, v. 120.
Inc.: *En un porpans sui de l'autrier*
don ie ne me sai conseillier.

69, 160ᵃ—162ᵇ **Le revenant,** sine titulo [Pierre d'Anfol], v. 252.
Inc.: *Sans plus longuement deslaier*
m'estuet conter d'un ch'r. Cf. Méon, N. R. I, 174.

70, 162ᵇ—164ᵇ **Le povre clerc** sine titulo, v. 254.
Inc.: *Ge ne uol pas faire lonc conte*
cist fabliaux nos dit et raconte. Cf. Méon, N. R. I, 104.

71, 164^b—167^a sine titulo, v. 324.
Inc.: *Dui poure clerc furent iadis*
ne d'une uile et d'un pais.

72, 167^b—169^a **Les quatre souhais S. Martin,** sine titulo, v. 200.
Inc.: *Uns uilain ot en normandie*
don ne laire que ne uos die. Cf. Méon, F. et C. IV, 386.

73, 169^a—174^a **Le cheualier qui faisoit parler [Garnier],** sine titulo, v. 610.
Inc.: *Or sont fablel ml't encorse*
Maint denier en ont enborse. Ed. Méon, F. et C. III, 409.

74, 174^a—175^a sine titulo, v. 96.
Inc.: *Oez seignor ie n'otroi pas*
que de fame face nul gas.

75, 175^a—175^b **De la sorisete des estoupes,** sine titulo, v. 102; finis legitur fol. 56, 57.
Inc.: *Apres uos conte, d'un uilain sot*
qui fame prist et rien ne sot. Cfr. supra N. 20.

II, f. 184^a — f. 205^a **Roman des VII Sages de Rome,** fragm. initium deest.
Inc.: *si conmanca a mangier. Il se maruoille ml't durement de ce qu'il ne pooit trouer autrement a mangier..* Fin.: *apres la mort l'empereor refu ses fiz empereres tant com il uesqui.*
Cf. A. v. Keller, Roman des VII Sages, Tübingen 1836, p. LII seq.

III, f. 208^a — f. 283^b **Li romanz de parceual** [Crestiens de Troie], v. 9128.
Inc.: *Qui petit seme petit quiaut*
Qui auques recoillir uiaut
En tel leu sa semence espende
Qui fruit a cent doble li rande..
v. 7: *C r e s t i e n s seime et fait semence*
D'un romanz qu'il en commence..
v. 11: *Il le fait por lo plus prodome*
Qui soit en l'empire de rome
C'est li cuens felipes de flandres...
v. 60: *Crestiens qui entant et poine*
A a rimer lo meillor conte
Qui soit contez en cort reial
Ce est l i c o n t e s d e g r e a l..
v. 64: *Ce fu au tans q'aube florissent..*
Des.: *Lo duel que demaine an la sale*
De la loge ius en auale
S'est a la dame uenue
Ensin conme tote esperdue
Et quant la raine l'auoit
Si li demande qu'ele auoit.
Explicit li romanz de perceual.

Aliud huius modi opus legitur in cod. 113, 2; cf. Potvin, Bibliographie de Crestien de Troie, Bruxelles 1864, et Potvin, Perceval li Galois, Paris 1865, 1866.

355. s. XIII—XIV membr. 8° f. 11.

Ordinarium lecturæ refectorii secundum tenorem librorum qui habentur in hac domo Petrecastri. *In primis sciendum est quod sicut continetur in prima parte consuetudinum antiquarum capitulo VII°* etc. In fine hæc habes: *Nullus hic audeat aliquid addere uel laniare sine licencia spirituali data præsente conuentu et qui contrarium fecerit prima die sequente careat uino absque ulla misericordia et hec ita ordino et præcipio ego frater p. b. humilis prior huius domus petre castri sub signeto meo manuali.*

356. Deest hodie, defuit etiam Sinnero.

357. s. X membr. 4° f. 42. Fuit Bongarsii. Cf. Usener mus. Rhen. XXII, p. 413 seq. Eiusdem codicis olim fuit et cod. nr. 330 et 347. Hic extant quaterniones XIV—XVII. VIII et IX. Fol. 25 post f. 32 collocandum.

1, f. 1ᵃ — f. 7ᵇ **Glossarium Græco-Latinum.** *HAEC SVNT GRECA UERBA ET ALIQVA EORUM CUM GLOSIS SUIS. Abdomen pinguedo carnium. Absida lucida eo quod lumine accepto per arcum resplendeat. Acataleptus inuisibilis — Zonarim cingulum. Zozia signa. Zelotypia dicitur furor cum rancore mentis accensus.* Adiecta sunt nonnulla de voce Hebræa *apethno* et de significatione vocabuli *animaduersio.*

2, f. 7ᵇ col. 2 — f. 28ᵃ **Glossarium Latinum.** *Abba pater. Abi. iulius mensis. Ab. augustus. Abdicat alienat — Zozimus uiuax uel uiuidus. Zozia signa.*

*3, f. 28ᵃ **Interpretatio alphabeti Hebræorum.** *Aleph mille uel doctrina. Bet domus. Gimel retributio uel plenitudo* etc. Adiecta sunt nonnulla glossemata diversi generis; in fine excerptum ex Prisciano de verbo *deficio.*

4, f. 28ᵇ — f. 32ᵇ **Ex historia Salustii Crispi.** Oratio Catilinæ apud coniuratos, oratio C. Catonis in senatu, oratio Catilinæ, oratio Micipsæ ad Jugurtam, oratio Adtherbalis, oratio L. Syllæ ad regem Bocchum, oratio regis Bocchi ad L. Syllam, epistula Lentuli ad Catilinam, epistula Scipionis ad Mycipsam, epistola Adherbalis ad senatum. Cf. Wœlfflin, Philologi tom. XVII p. 154—159. 519—548.

*5, f. 32ᵇ. f. 25ᵃ **Excerpta aliquot ex Prisciano.** Partim notis Tironianis scripta sunt.

*6, f. 33ᵃ — f. 34ᵃ **Nonii Marcelli cap. IV pars extrema.** *Tenet sicuti est usu significat præhendit* etc. Est continuatio cod. Bern. 347.

*7, f. 34ᵃ **Glossarium Latinum breve, extra alphabeti ordinem positum.** *Catalogus ordo uel numerus uel collectio. Mancipandum sociandum iugendum* etc.

8, f. 34ᵇ — f. 41ᵇ **Fragmentum Petronii.** *PETRONII ARBITRI SATIRICON. Num alio genere furiarum declamatores — Et*

ueniet clausum possidet arca iouem. Cf. Buecheleri edit. maior. p. XVII seq. Inter f. 34 et 35 quattuor folia interciderunt, quorum duo hodie asservantur in bibl. Leidensi.

9, f. 41ᵇ — f. 43ᵃ **Remmii Favini carmen de ponderibus et mensuris, sine titulo.** *Pondera paeoniis ueterum memorata libellis — Nec non et sine aquis* (v. 1—163). Cf. anthol. Lat. nr. 486. Præterea f. 41ᵇ quædam ecclesiastica scripta sunt.

358. s. IX membr. 4° f. VII et 57. Fuit P. Danielis, tum Bongarsii.

*1, f. Iᵃ—IIᵇ. 53ᵃ—54ᵃ, sæc. XVI. **Interpretamentorum ad notas Tironianas pertinentium catalogus a Petro Daniele scriptus, omissis notis.** *Captapulum Capaneus Cadiuus quod morte cadit — Despoliare Denudare.* Descripsi in Guilelmi Schmitzii usum.

*2, f. IVᵇ (III et IVᵃ vacant) sæc. XVI. *Incipit de uulgaribus notis prologus quomodo prius inuente sunt* (rubr.) *Vulgares notas Ennius* etc. Subscriptum est: *Ex biblioth. Reg. Fr.*

3, f. Vᵃ — f. VIᵃ sæc. XVI (Dan. manu). **Prologus de notis senicis et qualiter beatissimus Gregorius papa dictatos suos per notariorum scedulæ recitare consueverat seu et quod temporibus David regis notarii fuisse describuntur sed et postea quod Baruch discipulum Hieremiæ prophetæ notarium fuisse asserunt.** *Hic quoque flagrantius odorem suauitatis — si mea non maculat conscientia.*

*4, f. VIᵃ sæc. XVI. **Formula increpatoria.** *HIC EST DICTAVS PER QVEM PRÆCEPTOR VELOCISSIMO EXCEPTORE* (sic) *INCREPARE POTEST. Sanctus sator suffragator legislator largus dator — reathe radit re. MODO RECOGNOSCAT INDOCTVS NOTARIVS PER HOC DICTATVM MAGISTRVM SVVM QVIA ADHVC DISCIPVLVS EIVS EST.*

5, f. VIIᵇ (f. VIᵇ et VIIᵃ vacant) sæc. XVI. **Excerptum de notis Tironianis.** P. Danielis manu scriptum: *Ex V. cod. In nomine dei summi incipiunt notæ senecæ et cyceronis gramaticorum secundum traditionem tullii hæc enim ars insatiabilis est illis qui uolunt ueclociter cursimque ab ipsa aliis artibus more scribendi excipere.* (litt. uncial.). Haec omnia in Guilelmi Schmitzii usum descripsit E. Kræutterus, seminarii nostri sodalis, discipulus meus.

6, f. 1ᵃ (adest ante hoc folium alius folii lacinia) — f. 29ᵇ **Notæ Tironianæ.** .... *ratis retis ritis batis bitis betis — Judeus Judex Judaicus.* Has tabulas arte photographica describendas curavi in Guilelmi Schmitzii usum, qui eas his ipsis diebus (initio a. 1874) publici iuris fecit.

7, f. 30ᵃ — 37ᵇ **Notæ Tironianæ.** *AB quid dimis — rium rio.* Notæ Tironianæ non nisi folii primi paginæ priori adscriptæ sunt. In Schmitzii usum descripsit Kræutterus.

8, f. 38ᵃ — f. 52 (folia misere lacerata sunt) **Carmina varia Christiana.**

a, f. 38ᵃ Carminis alicuius metro Alcaico scripti finis: *Cum*

quis tonanti reddere gratias Victoriæ studens datori Eximios celebrat triumphos.

b, f. 38ᵃ *DE CARMINIS INSTITVTIONE. Auri stemmate nexas* etc.

c, f. 39ᵇ *DE NAVIGIO ET AGRICVLTVRA Vndis raucisonis uela tumentia* etc.

d, f. 40ᵇ *DE CONSTRVCTIONE DOMVS DEI SECUNDUM H'EZECHIHELEM. Alacris fides tropeis* etc.

e, f. 43ᵃ *DE ARITHMETICA. Septem columnis intus eminet domus* etc.

f, f. 47ᵃ *DE MVSICA. Rimans nexa poli culmina rectrix* etc.

g, f. 49ᵇ Carmen metro Sapphico scriptum de astronomia, cuius in hac quidem pagina nil certi relictum est.

h, f. 52ᵃ *DE GEOMETRIA. Artis præpositæ breui notatu* etc. Haec omnia in meum usum descripsi.

*9, f. 55ᵃ·ᵇ **Glossarii Latini fragmentum, litteras P, Q et R continens.** Inverso ordine legendum est.

*10, f. 56ᵃ — f. 57ᵇ **Notarum Tironianarum fragmentum.** *Octauus Nonus Decimus — Postopidum. Antemor.* .... In Guilelmi Schmitzii usum et haec descripta fuerunt.

359. s. ? membr. 4° f. 108.

R. Aben Esræ commentarius in Legem. Donum Theod. Bezæ oblatum Cevalerio. Duabus postremis paginis accedunt eiusdem Ab. Esræ ex ore collecta fragmenta sub titulo: *Sikkutim in quædam libror. Legis loca.*

360. s. XVI membr. 4° f. 12.

Catalogus bibliothecæ Græcæ Joannis Boestallerii, Græce. *Πίναξ θεῷ ἁγίῳ τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἐνδοξοτάτου κυρίου ἰωάννου βοεσταλλερίου, πρεσβευτοῦ ἐνετίησι τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως τῶν γάλλων.* Edidit Carolus Guilelmus Muellerus in analectorum Bernensium partic. I Bernæ anno 1839, nec vero accurate.

361. s. XI membr. 4° f. 102.

S. Augustini libri de doctrina Christiana IV.

362. s. XV chart. 4° p. 100.

Procli Diadochi institutio elementaris theologica iuxta Græcos, Græce, mutil. a fine. *Τοῦ σοφωτάτου τοῦ πρόκλου διαδόχου τοῦ πλατωνικοῦ ἡ καθ' ἕλληνας θεολογικὴ στοιχείωσις. Πᾶν τὸ πλῆθος μετέχει παρὰ τοῦ ἑνός* — (Tit. *Πάντων τῶν μετεχόντων τῆς θείας ἰδιότητος καὶ ἐκθεουμένων πρώτιστόν ἐστι τὸ ὂν ρλθ) τὸ ὑπερούσιον ὂν ἐπεὶ καὶ* (media in pagina deficit).

363. s. VIII membr. 4° f. 197. Fuit Bongarsii.

Litteris Anglosaxonicis scriptus. Vide quæ ex eo codice protuli in libello qui inscriptus est: *Antike und mittelalterliche Räthselpoesie* p. 47 et 48. Aliquot vocabula Scotica in margine vel super lineis passim scripta sunt, cf. f. 31ᵇ, f. 32ᵃ, 34ᵃᵇ, 54ᵃ, 64ᵃ, 85ᵃ, 88ᵇ, 94ᵇ, 117ᵃ, 131ᵃ, 186ᵇ. Cf. C. G. Müller de codicibus Vergilii, anal. Bernens.

part. III, 1841; Orelli ed. Hor., Hauthal de codicibus Horatii, ed. schol. Hor. vol. I add. et corr. p. VIII seq.; Whitley Stockes in libro cui titulus est: Goidilica, notes on the Gælic Mss. in Turin Milano Berne Leyden, by W. S. Calcutta 1866. Anno 1871 in iisdem enucleandis sudavit Nigra Legatus Italicus apud Francos. Multa alia præterea marginibus ascripta sunt. De signis aliquot criticis et exegeticis huius codicis cf. G. Thilo progr. Naumb. 1856 p. 9.

*1, f. 1[b] **Capitula lib. V Dioscoridis.** In fine legitur: *de atramento smyrnomela .... CLXXXVIII fini ... lib. quinte di .....* De illo numero CLXXXVIII, quo Dioscoridis libri quinti capita designantur, meras nugas protulit Hauthalius in sua Acronis et Porphyrionis scholiorum Horatianorum editione vol. I. add. et corr. p. VIII seq., qui ridicule inde libri ætatem concludi posse ariolatus est. Cf. ad nr. 14 et 16.

2, f. 2[a] — f. 134[a] **Sergii grammatici expositio in Bocolicon et in libros Georgicon atque Aeneadum.** *Bocolica ut ferunt inde dicta sunt* etc. Extenditur Servii commentum admodum decurtatum usque ad libri VII Aen. initium: *gemitus irascentum leonum sera sub nocte quasi eo.* Vergilii vita legitur ante Aeneidis comm. f. 58[a].

F. 25[b] ad Verg. Ecl. IX, 35 *Cinna optimus poeta fuit* etc. hoc scriptum est: *Lege pomponii* (Porphyrionis) *expositionem in oratium quem uidi in lorashaimm,* et in marg.: *in hloras-haimm.* Pertinet ad claustrum quod vocatur Lorsch. Cf. G. Thilo progr. Naumb. 1856 p. 7 seq.; progr. Hal. 1866, p. 1 seq.

Fr. 28[a] Eugenii Toletani epigramma de ambigenis animalibus legitur, cf. Meyer anth. Lat. nr. 387. Cf. nr. 12.

3, f. 143[a] — f. 153[b] **Chirii Fortunatiani ars rhetorica.** Usus est hoc codice Halmius rhet. Lat. min. p. 80 seq. Præmittuntur verba: *Alcuinus de rhethorica casidori c. consulis,* sed Alcuini nihil in hoc codice legitur.

4, f. 153[b] — f. 160[b] **Aurelii Augustini de dialectica.** Usus est hoc codice conferente Buchnero Guilelmus Crecelius; sed liber pessime collatus fuerat. Cf. quæ de Crecelii editione scripsi in Fleckeiseni annal. a. 1872 p. 757—780.

5, f. 160[b] — f. 165[b] **Aurelii Augustini de rhetorica.** Usus est hoc codice Halmius l. l. p. 137 seq.

*6, f. 165[b] — f. 166[b] **Ars rhetorica Clodiani de statibus.** Ex hoc codice Usenero communicante primus edidit Halmius l. l. p. 590 seq.

7, f. 167[a] — f. 186[b] **Horatii carmina.** Præmissa est vita: *Uita horatii. P. Q. horatius flaccus libertino patre natus in apulia* etc. Fascimile, quod vocatur, eius vitæ exhibuit Hauthalius Acronis et Porphyr. comm. Hor. vol. I. Primo loco aliquot odæ collocatæ sunt, secuntur epodi, carmen sæculare, tum aliæ odæ prius omissæ atque epodi, tum ars poetica, sermonum lib. I usque ad sat. III, v. 134. Contulere viri multi hunc vetustissimum neque vero optimum Horatii librum, cf. Orelli ad Hor. ed. mai.

I p. V seq., Ritter Hor. vol. I præf. p. XXXII seq., Keller et Holder II præf. p. IV.

8, f. 187ª — f. 188ᵇ **Ovidii metamorphoseon libri primi versus 1—199; 304—309; 773—779, libri II aliquot versus (1—22) nec non libri III usque ad versum 56.** Hæc omnia in Alexandri Riesei mei usum contuli, qui ea adhibuit ad editionem suam Ovidii Tauchnitz 1872 vol. II adornandam, cf. ibid. præf. p. VIII.

9, f. 188ᵇ — f. 194ª **Liber I historiæ gentis editi a Beda presbytero numero V libri.** *Incipit prologus. Gloriosissimo regi ceoliulfo beda famulus christi — uideo aliam legem in membris meis r. et captiuum me ducentem in legem peccati quæ est in membris meis.* In fine inde a f. 191ᵇ col. 2 **Gregorii Papæ responsiones** et **Augustini episcopi Cantuariorum ecclesiæ quæstiones** leguntur.

*10, f. 194ᵇ **Carmen Sapphicum de pascha.** *Omnium regi referamus omnes* etc.

*11, f. 194ᵇ **Carmina aliquot ad Tadonem pertinentia.**
a, *Tado benigne uide uatis pia uota canentis* etc.
b, *Salue festa dies festarum sancta dierum* etc.
c, *Viue sofride potens per splendida sæcla sub astris* etc. Descripsi.

12, f. 194ᵇ **Epigramma (Eugenii Toletani) de hybridis animalibus.** *Hæ sunt ambigenæ quæ nuptu dispare constant* etc. Cf. supra nr. 2.

*13, f. 195ª **Præfatio Prisciani grammatici de laude Anastasii.** *Summi poetæ quæ solent in uersibus — principis mitissimi.* Secuntur versus:
Accipe romanum clementi pectore carmen —
et loquar ut breuiter præsentio corde sub imo.

*14, f. 195ª — f. 196ª **Capitula Dioscoridis libri II. III.** *Dioscoridis. de arboribus et de herbis et de oleis confectis de uino diuersis confectionibus composito et de metallis et scoreis et de lapidibus medicinalibus INCIP. Capi. libri secundi. I De ecino* etc. Cf. nr. 1 et nr. 16.

*15, f. 196ᵇ — f. 197ª **Carmina varia.**
a, *Hlotharii uersus.*
Rex pietate uigil nostros miserate labores etc.
b, Carmen metro Sapphico scriptum: *Hariat* (sic) *cæsar sapiens benignus* etc.
c, *Versus sancti Johannis baptistæ.*
Vt queant laxis resonare fibris etc.
(Cf. Daniel thes. hymnol. I, 209. IV, 163. 370).
d, *Versus qui descripti sunt in calice:*
H(oc) *agni cratere sacro potantur et hedi* etc.
Hæc carmina omnia in meum usum descripsi.

*16, f. 197ª — f. 197ᵇ **Capitula Dioscoridis libri IV.** *1 de cestron id. betonica* etc. Cf. nr. 1 et nr. 14.

*17, f. 197^b^ **Carmina varia.**
a, *Præfatio. Desere corda dolor cum sint en gaudia nobis* etc.
b, *De Leodfrido. Culmen honoris aue magno de semine magnum uel celsum* etc. Hæc quoque descripsi.

364. s. XIV membr. 4° f. 123 cum picturis; f. 50, 73, 81, 89, 93, 100, 107, 114, 118, 119, 121 mutila; post fol. 67, 2, post f. 71, 1, post f. 85, 1 f. desunt. Fuit Bongarsii.

Roman de la rose (par Guillaume de Loris et Jean de Meung) v. 16770, initium 1515 versuum, ut ex collatione cod. 230 apparet. deest.

fol. 1: *I bacheler jenures estoit*
Pres de franchise les a les
Ne sa coment i ert appeles
Mes biaux iert et gens et fiert ore
filz au seign^r^ de gindesore.

f. 21^b^: *..ci fist mestre Guill' des Loris*
Et ici commence mestre Jehan de Meun.
Et si l'ai ge perdu espoir..

Fin.: *Tel qui n'a mestier de ferrer*
Pour jornoier ne pour esrer
L'escrespe est de bonne feteure
D'une pel sople sanz cousture.

Idem opus N° 230.

365. s. XIII membr. 4° f. 160 + 2 f. indicem continentia; f. 95 deest. F. 3 *Cest liure appertient aux freres celestiens du couuent de Mets.*

1, f. 1 — f. 67^b^ **Li livre de boece de consolation** versibus et prosa compositus.

Inc.: *.ceulz qui sont en grant tristeces*
Confortet doucement boesces
C'om dit de consolation
Propos ai et entention
De li translater en fransois.

f. 2^a^ *Quant ie pourposoie a ce escrire ma dolereuse complainte il me fu auis que vne dame s'estut deuant moi.*

2, f. 67^b^ — f. 71^b^ **Li liure de seneque contre mesauenture.** Inc.: *Combien que tu soies enlumineiz des deitiers de tous les poetes ie tennoie ceste petite œure que i'ai pourpensee..* Fin.: *Tu vois que teil beneurtei est en ton pooir.*

3, f. 71^b^ — f. 160. **Præcepta moralia et pietatis,** sine titulo. Inc.: *Se sont auctorites de sains.* Tituli nonnulli capitum: f. 79. *Ce sont les dis d'aucuns phylosophes et d'aucuns grant maistres per ensigner a viure selonc deu.* f. 94. *C'est comment aristote ensigne allexandre.* f. 113^b^ *De la vie active et lez noms des IIII vertus cardenal et de la uie contemplatiue.* f. 126^b^ *de leschieles por monter en paradis.* f. 147 *Plusours auctoriteit des euangilez* ... in quibus *l'enseignement d'Aristote a Alexandre.*

366. s. IX—X membr. 4° f. 159. Fuit P. Danielis.

Valerius Maximus. Usus est hoc codice Halmius in sua Valerii

editione Lipsiæ Teubn. 1865 et ante eum Kempfius. Est omnium quotquot extant Valerii codicum optimus. Jam anno 1602 Bongarsio auctore ex hoc codice Christophorus Colerus Valerium ediderat. In initio libri duo laciniæ agglutinatæ sunt Julii Paridis excerpta continentes. Folia IX ultima lacera sunt. Librum nonum (f. 158ᵃ) excipit f. 158ᵇ manu alia: *LIB. X DE PRÆNOMINE. Varro simplicia in italia fuisse nomina ait* etc. Est Julii Paridis caput de prænominibus. F. 159ᵃ legitur in fine: *feliciter emendaui descriptum rabennæ* (fuit *rauennæ*) *rusticius helpidius domnulus .uc.* Et infra: *TITULUS AD BREVIA TORIS* (inter hæc et superiora manu rec. (sæc. XI) scriptum est: *Duo homines*). *C. titi probi finit epitoma historiarum diuersarum exemplorum romanorum.*

367, s. XIII membr. 4° f. 258. Fuit P. Danielis, dein Bongarsii.

1, f. 1ᵃ — f. 101ᵇ **Chronica Sigiberti compilata ex dictis Prosperi Jordanis et Gregorii Turonensis.**

*2, f. 101ᵇ — f. 124ᵇ **Chronica anonymi, mutil. a fine.** *Jeronimus ecclesie doctor insignis uir fere omnium conscius litterarum* — (cap. XLV) *Rex stephanus et matill. uxor sua fundant monasterium thefauresham in cancia in cancia* (sic) *eique clarembaldus.*

3, f. 128ᵃ (f. 125—127ᵇ vacant) — f. 152ᵃ **Secunda pars historiæ Hierosolymitanæ.** *Cum audisset domnus buiamundus qui reuersus antiochiam — euasissent plane pauci nisi per sequentes ut dictum est insidiarum reuocasset suspicio.*

4, f. 151ᵃ — f. 187ᵃ **Dictys Cretensis de bello Troiano.**

*5, f. 187ᵇ — f. 192ᵃ **De quodam vicedomino nomine Theophilo.** *A actum est priusquam incursio fieret in romanam rem publicam — per omnia secula seculorum. amen.*

*6, f. 192 — f. 194ᵇ **Visio Dritelmi.** *Anno ab incarnatione domini sexcentesimo nonagesimo septimo tunc rome sedi apostolice* etc. In fine: *Explicit uisio dictrelmi.*

7, f. 194 — f. 207ᵇ **Libri II de coniugiis.** *Prologus in libro de coniugiis. Christiane legis auctoritatem* etc.

8, f. 207ᵇ — f. 228ᵇ **Liber de divortio.** *Incipit secundi libri tractatus contra emulos garrientes opus præcedens furtim aliunde ablat. et nomine meo falso intitulatum quibus ante libri ingressum ita respondetur* (rubr.) *Propositi operis spatio breui* etc.

9, f. 228ᵇ — f. 244ᵃ **Marmosetus ad filium suum.** *Enoch philosophus qui lingua arabica cognominatur edric dixit filio suo* etc.

10, f. 244ᵃ — f. 258ᵇ **Petri Alfunsi liber de Machometo.** *Alfunsus seruus christi iesu huius libri compositor* etc.

368. s. XIII—XIV et XI membr. 4° f. 57. F. 1ᵃ litt. init. pulchre picta. F. 25ᵇ legitur: *Iste liber est honorati de porta de sancto Justo qui eum inueniet reddat ei.*

1, f. 1ᵃ — f. 25ᵇ, sæc. XIII—XIV. **Libri elenchorum (Boetii) II,**

cum glossis. *De sophisticis autem elenchis et de hiis que uidentur elenchi. sunt autem perlogismi set non elenchi* etc.

*2, f. 26ª — f. 57ᵇ, sæc. XI. **Boetii de consolatione philosophiæ, mutil. ab initio et a fine.** *entem nostri facit fauore prono indulgentius educaui* (lib II) — *namque aliæ extento corpore puluerem uerrunt* (lib. IV). F. 57ª marg. inf. IV versus Matthiæ Vindocinensis Aequivocorum (*amittit proscriptus opes nec posse reuerti* etc.) leguntur et marg. sup. novem Musarum definitio prosaica.

369. s. XV chart. 8° f. 18.

1, f. 2ª — f. 2ᵇ **Demetrii Corcyræi Moschi argumentum in Orphei Lithica, Græce.** *Δημητρίου κορκυραίου τοῦ μόσχου ὑπόθεσις εἰς τὸ περὶ λίθων ὀρφέως. Θειοδάμαντι τῷ πριάμου συνήντησεν ὀρφεὺς μετὰ ἑταίρων τινῶν* etc.

2, f. 2ᵇ — f. 18ª **Orphei Lithica, Græce, cum scholiis.** *Ὀρφέως ἀρίστου ποιητοῦ περὶ λίθων. Δῶρον ἀλεξικάκοιο* etc. In fine legitur: *ἀδελφὸς οὐαλεριάνος φορολιβιεὺς ὁ ἀλβίνου ταύτην ἔγραψε βίβλον τοῦ περὶ λίθων ὀρφέως.*

370. s. IX—X membr. 4° f. 179. Fuit Bongarsii. Insunt picturæ variæ locorum et urbium.

In Lucanum commenta Bernensia. Præmissæ sunt **vitæ II,** quas in Rothii Basil. usum (cf. eius ed. Sueton.) olim contulerat C. L. de Steiger bibl. Bern. præf. a. 1858; folium primum et ultimum fere legi nequit ob putredinem. Lemmata rubro colore scripta sunt, sed non nisi singulorum vocabulorum litteræ initiales poni solent. Sunt omnino commenta duo, quorum alterum per f. 1—125ᵇ extenditur, alterum hinc usque ad finem pergit, atque illud decem Lucani libros comprehendit, hoc vero non nisi lib. I, 397 — IV fin. (f. 163ª); lib. IX et decimi initium. Hæc omnia (nec non quæ ad vitam pertinent) ab Usenero diligenter descripta sunt atque iam ex parte typis expressa (Lucani scholia Bernensia I Lipsiæ Teubner. a. 1869). Cf. etiam Useneri programm. Bern. a. 1863 de scholiis Horatianis.

371. s. XII—XIII membr. 4° f. 10.

1, f. 1ª — f. 2ᵇ **Liber Sancti Anselmi episcopi de intelligendo et inquirendo et videndo deo, mutil. a fine.** *Eia nunc homuncio fuge paululum occupationes* etc. Anselmi nomen erasum P. Daniel restituit.

*2, f. 3ª — f. 10ᵇ **Excerpta varia philosophica, dialectica, grammatica, mutil. ab initio.** F. 4ª de dialectica, ibid. de grammatica, f. 4ᵇ de optativis orationibus, f. 4ᵇ de proportione in Platone, f. 4ᵇ in geometria, f. 5ᵇ versus aliquot Leonini: *Affectum mentis designant uerba loquentis* etc., f. 6ª in Platone, bis, f. 7ª in Oratio glose (*Quintus horacius flaccus præcone patre natus libertine condicionis* etc.), f. 9ª in Virgilio, f. 9ᵇ glossæ in Horatium.

372. s. XIII membr. 4° f. 88.

De regimine sanitatis tractatus medicus. In fine pleraque desiderari monstrat catalogus singulorum capitum sæc. XV scriptus, qui in codicis fine legitur: *Ad oues et boues et cetera animalia. Sanitas infirmorum de mensibus. De minucione. De tribus malis diebus* etc.

F. 40ᵇ in marg. inf. legitur formula exorcistica ad puerperium allevandum. In utroque tegumento agglutinatum est folium pergam., in quo manu sæc. XI—XII **hymni** scripti sunt cum notis musicis. Denique in tegumento posteriori infixa est schedula chartacea, in qua hæc leguntur: *Dominus Walrauius Clonspach Baccalarius Juriscom*ᵘˢ *Rex chori. Argentinensis Ecclesie celebrauit diuina post exitum domini Serenissimi Regis Romanorum de Choro nostro conuentus Bernensis in quo et coram eo cantabat missa ..... Trini*ᵘˢ *et est franco .s. de herbipoli et habuit cognatum uel fratrem in heyttingsuelt et est de intimioribus Capp. diu. Reg. Romanorum. hoc in dominica die quæ fuit 7 octobr. 1442 ..... et mane sequenti die lune uoluit ire friburgum.*

373. s. XIII—XIV membr. 4° f. 100. F. 1ᵃ: *Barbato doctori pertinet.*

1, f. 1ᵇ — f. 33ᵇ **Isaaci tractatus de urinis, translatus a Constantino Africano montis Cassinensis.** *In latinis quidem libris nullum auctorem inuenire potui et reperi qui de urinis certam et autenticam cognicionem traderet* etc. In fine: *Expliciunt iudicia urine magistri ysaac.*

2, f. 34ᵃ — f. 100 **Liber febrium Isaac translatus a Constantino montis Cassianensis monacho de Arabico in Latinum.** *Quoniam te karissime fili iohannes lacrimis mesto cordis* etc.

374. s. XII membr. 4° f. 182. F. 1ᵇ libri index legitur sæc. XII scriptus.

1, f. 2ᵃ — f. 35ᵃ **Apologeticus B. Gregorii Nazianzeni episcopi cum præfatione Rufini.**

*2, f. 35ᵃ — f. 41ᵃ **Sermo Gregorii Naz. de Jeremiæ dictis præsente imperatore, apud quem et intercedit pro quodam periclitante.**

3, f. 41ᵃ — f. 52ᵃ **Gregorii Naz. sermo de reconciliatione monachorum.**

4, f. 52ᵃ — f. 62ᵃ **Eiusdem sermo de grandinis vastatione.**

5, f. 62ᵃ — f. 71ᵃ **Eiusdem de semet ipso.**

6, f. 72ᵃ — f. 94ᵃ **Liber Bernardi abbatis Clarevallensis de diligendo deo.**

7, f. 94ᵇ — f. 121ᵃ **Eiusdem liber de præcepto et dispensatione.**

8, f. 121ᵃ — f. 157ᵇ **Eiusdem retractatio in libro de gradibus humilitatis.**

9, f. 157ᵇ **Eiusdem præfatiuncula in laudibus virginis matris.**

10, f. 157^b — f. 162^b **Opusculum ex lectione evangelii secundum Lucam (Missus est angelus Gabrihel a deo etc.).** Sunt homiliæ IV eiusdem.

375. s. XV membr. 4° f. 57.

1, f. 1^a — f. 3^a **De visitatione B. Mariæ ad Elizabeth.** *Beatissima uirgo dei cum a suis primordiis — reciprocas resonaret.*

2, f. 3^a — f. 8^a **Tenor bullæ per Bonifacium papam nonum transmissæ ad diversas mundi partes super festo visitationis beatæ Mariæ virginis ad Elizabeth.** *Bonifacius episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Superni benignitas* etc.

3, f. 8^b — f. 13^b **Ex sermone Venerabilis Bedæ de visitatione B. Mariæ.**

4, f. 13^b — f. 17^b **Decretum Consilii Basiliensis de eadem re (ann. 1441).** *Sacrosancta generalis synodus basilien.* etc.

5, f. 19^a (f. 18 vacat) — f. 20^b **De festo præsentationis Beatissimæ virginis Mariæ ad templum Domini in Iherusalem.** *Paulus episcopus seruus seruorum dei ad futuram rei memoriam. Rationi congruit* etc.

6, f. 20^b — f. 22^a **Bulla indulgentiarum præfati festi.**

7, f. 22^b — f. 24^a **Institutio eiusdem festi per archiepiscopum Maguntinensem.** *Adolfus dei gratia sancte maguntinæ sedis* etc.

8, f. 24^a — f. 28^a **Sermo de præsentatione eiusdem B. Virginis Mariæ.** *Que est ista puella mater et uirgo* etc.

9, f. 28^a — f. 34^b **De conceptione B. Mariæ.** *Anselmus cantuariensis archiepiscopus* etc.

10, f. 34^b — f. 36^b **Decretum Consilii Basiliensis de eadem re.**

11, f. 37^a — f. 56^a **Vita S. Genovefæ virginis.** *Beata genouefa in nemetodorensi parrochia nata fuit* etc.

12, f. 56^a — f. 57^b **Decretalis extravagans Sixti papæ quarti de conceptione B. Mariæ virginis (a. 1466).** *Cum preexcelsa meritorum insignia* etc.

376. s. VIII—IX membr. 4° f. 84. Litt. Langobard. script.

1, f. 1^a — f. 68^a **Vita S. Antonii Thebæi monachi ab Athanasio scripta.** Cf. vol. 73 ed. Migne p. 125.

*2, f. 68^a — f. 84^a **Vita B. Hilarionis monachi scripta ab Hieronymo, mutil. a fine.** *Scripturus uitam beati hilarionis habitatorem eius inuoco spiritum sanctum* etc. Cf. Hieron. op. ed. Vall. II p. 13. F. 68^b et 77^b manu sæc. X—XI eius vitæ capitula enumerantur. Codex desinit in vitæ cap. XXII: *mane om. profecti sunt. Riden...* Sunt omnino cap. XLV.

377. XIII membr. 4° f. 159. F. 13^a marg. inf. sæc. XIV: *Celestinorum beate marie de metis.*

*1, f. 1^a — f. 12^a **Schemata, quibus vitiorum conexus et vis**

elucidatur, et similia. *Ex uirulenta radice superbia nascitur pestifera proles septem principalium uitiorum* etc.

2, f. 13^{a} — f. 17^{a} **Liber Methodii martyris, quomodo revelatum fuit ei ab angelo de fine mundi ac de principio.** *Rogasti karissime pater ut librum karissimum methodii martyris* etc.

*3, f. 17^{a} — f. 19^{a} **Elquiwinus Heriberto Colomensium episcopo de vita Antichristi.**

*4, f. 19^{a} **De quindecim diebus diem iudicii anteeuntibus.**

5, f. 19^{b} — f. 93^{b} **Abbreviatio in gestis et miraculis Sanctorum facta a Johanne de Mailliaco.** Primo loco Dominici mentio fit, ultimo Saturnini martyris. In fine hæc leguntur: *Explicit abbreuiatio in gestis et miraculis sanctorum. Quicumque profeceris ex hoc libello ora pro fratre Johanne de Mailliaco* (Mailliato?) *qui liborauit* (sic) *in eo colligendo et corrigendo anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio.*

*6, f. 93^{b} — f. 94^{b} **Relatio miraculi cuiusdam.** *Cum quidam imperator romanus uxorem suam propter eius pulchritudinem* etc.

*7, f. 94^{b} — f. 104^{a} **Vita B. Johannis Elemosinarii Alexandri Presbyteri archiepiscopi.** *Beatus iohannes archiepiscopus alexandrie* etc.

*8, f. 104^{a} — f. 126^{b} **Vitæ aliquot Sanctorum.** Scilicet Malci captivi, Pafnutii, Thaidis meretricis, Abrahæ et neptis eius, Sozimæ et Mariæ Aegyptiacæ, Eufrosinæ, Marinæ, Alexii Romani, aliorum, Gengulfi, Simplicii, Segolenæ virginis, Maximini, Sanctæ Elisabethæ (mort. a. 1243), denique Glodesindis virginis.

*9, f. 126^{b} — f. 137^{b} **Gesta Salvatoris domini nostri J. C. quæ invenit Theodosius Imperator Romanorum proprio testimonio Pontii in codicibus publicis (Nicodemi evangelium).** *Factum est in anno nono decimo imperatoris tyberii* etc.

10, f. 137^{b} — f. 150^{a} **Tractatus B. Bernardi de passione Christi et de lamentatione B. Mariæ et fletu et gemitu propter passionem filii sui.**

*11, f. 150^{a} — f. 151^{b} **Homilia anonymi.** *Deus pater quando misit filium suum ad redimendum genus humanum* etc.

*12, f. 151^{b} — f. 152^{b} **Historiolæ clericorum et gentilium, sine titulo.** *Cum duo diuites clerici carnaliter se amarent quadam die de sua pprosperitate* (sic) *colloquentes si durare posset* etc.

*13, f. 152^{b} — f. 159^{b} **Carmen de numero aureo, sine titulo.**

Aureus in iano numerus clauesque nouantur
Que prius explano dehinc explanata legantur etc.

Intermixta sunt poeticis pedestria; in fine hæc sunt:

Sic facias reliquis cicli lunaris in annis
Qui tabule debet inscribi parte sinistra.
Si tabulam nescis hanc taliter ingrediaris.

378. s. XI membr. 4° f. 87 (78—165 veteris paginationis). Insunt pulchræ litt. initiales.

*1, f. 1ᵃ — f. 85ᵇ **Isidori moralia (sententiæ), ab initio mutil.** Desunt lib. I et lib. II cap. I — XXXVI med. (*uirtutum dona tribuit quædam retrahit ut dum mens* etc.). In fine leguntur litteris uncialibus hi versus;

.... *me scripserat abba beatus*
Exin præcello reliquos et dignior exto.
Pro quo ferte preces ex me pia iura legentes.

Abbatis nomen erasum est, sed uideor mihi *HER* .. *SRIH WINVS* legere.

2, f. 86ᵃ — f. 87ᵃ **Episcoporum et Priorum catalogus.** *Petrus apostolus. Linus. Cletus — Stephanus. Marinus. Suffronius*, et *Bothadus. Ruithardus — Geroldus. Geuuilob.*

*3, f. 87ᵇ **Decreti papalis fragmentum de pravitate Simoniaca.** *Quæ sanctorum patrum sanctionibus de prauitate symoniaca stabilita sunt nos quoque spiritus sancti iudicio et auctoritate sedis apostolicæ confirmamus* etc.

379. s. XIV membr. 4° f. 172. Fuit domus seu hospitalis XXV pauperum cæcorum Paris.

*1, f. 1ᵃᵇ. 171ᵇ. 172ᵃ, sæc. XVI. **Catalogus missarum unoquoque die celebrandarum, Gallice.**

2, f. 2ᵃ — f. 123ᵇ **Calendarium Romanum.**

a, f. 2ᵃ *Incipiunt lectiones puerorum.*

b, f. 32ᵃ *Martyrologium B. Augustini qualiter recolendi sunt Sancti.*

3, f. 124ᵃ — f. 171ᵇ **Calendarium ecclesiasticum (Jahrzeitbuch), quo donatorum nomina et obitus atque donaria recensentur.** Multa man. sæc. XV ascripta sunt, quædam sæc. XIV.

380. s. VI—VII membr. 4° f. 108, litt. uncial. script. Fuit Pithoei. (marg. fol. 1: *P. Pithou. Emi Basileæ 1568*).

Commentum Cledonii grammatici Constantinopolitani in Donati artem. Cum pulvisculo exhausit H. Keilius gramm. Lat. vol. V p. 1—79. Cf. quæ ibidem p. 681—684 congessi. In initio libri folio sæc. XII perscripto extat **hymnus ecclesiasticus** cum notis musicis. Nec non in fine aliud folium adest, in quo manu sæc. XV **charta** Germanice scripta est; sed fere omnia putredine detrita sunt.

381. s. ? chart. 4° f. 17.

Corani pars. Sur. 36, 27 — 39, 32.

382. s. ? chart. 4° f. 16.

Corani pars. Sur. 39, 33 — 41, 46. Quem codicem sub hoc numero Sinnerus III, 317 memoravit: *382 4ᵗᵒ codex chart. Opus gramm. arabice de vocum structura etc. Codex scriptus anno Hegyræ 1067 vel æræ nostræ 1646. Inventus Budæ 1686. Ad calcem extat comm. brevior Ismaelis fil. Ali,* is a Steigero redditus est cæ-

nobio Sangallensi, unde abreptus fuerat sæc. XVIII, initio, 27 Febr. 1863. Nec non is liber, quem nr. 382^b Sinnerus insignivit ibid.: *Codex arabicus eleganter scriptus quædam Corani continens.*

B 382. s. XVII chart. 4° p. 300.

Le fameux livre des trois Imposteurs, traduit du latin en françois. Præmissum est insigne peltam cæruleam gerens tribus stellis argenteis et linea angulata aurea ornatam atque circumdatam tænia, cui inscripta sunt verba: *Solutus omni foenere.* In fine hæc leguntur: *Permittente domino Barone de Puffendorf descripsi hunc Codicem ex Autographo Bibliot. Serenissimi Princip. Eugenii a Sabaudia.*

383. s. XIV membr. 4° f. 25.

1, f. 1^a — f. 11^b **Enchiridion Galfridi de synonymis.** *Quoniam ignorantie nubilo turpiter exerciti* (?) *quidam imperiti facultatem exprimentes asininam doctrinæ ymaginantes statuas* etc. Margini glossæ adiectæ sunt; f. 2^a hæc legis: *Titulus talis est: hic incipit enchiridion galfridi qui composuit hunc librum et nouam poetriam et librum de equiuocis uidelicet librum sic incipientem augustus ti. to. etc. Alii dicunt magistrum matheum uidocinensem hunc librum composuisse et libros præfatos* (?). In fine habes: *Explicit liber qui uocatur eucheridion* (sic).

*2, f. 11^b — f. 19^b **Aliud carmen de eadem re.** *Haugustus . ti. to. cesar uel mensis habeto* etc. In marg. legitur: *In hoc libello quæ est secunda* (uel: *scilicet*) *pars encheridionis tanguntur quinque etc. Intentio. Magistri Galfridi de uiuo saluo sua est huius modi etc. Titulus talis est: hinc incipiunt equiuoca.* In fine: *Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste. Hoc opus fuit peractum anno domini m° CCC° XXXI° feria secunda ante festum beati iohannis batiste a magistro cl. huil.* (?) *de aues;*

*3, f. 19^b — f. 21^a **Simile opus.** *Quid sonat equiuocum simili sub ymagine uocum* etc. In fine: *Expliciunt equiuocationes diuersorum uocabulorum.*

*4, f. 21^b — f. 24^a **Simile carmen, cum glossis marginalibus.** *Olla patella tripes coclear lanx fuscina cratis* etc. Singulis vocabulis interpretatio Gallica superscripta est. In fine legitur: *Explicit hic totum pro pena da mihi potum.*

5, f. 24^a — f. 25^b **Simile carmen, cum scholiis.** *A nomine sigt. trahitur* (?) *proficiscitur utrumque* etc. Aliquot vocabula secundum ordinem alphabeticum appositis versibus plerumque binis illustrantur, atque primo loco 'ala', ultimo 'adesse'. Tegumentum huius libri constat **charta** Gallice scripta sæc. XV: *A tous ceuls qui ces presentes lettres uerront. Alam du vey licencie en lois Gaide de la preuoste dorliens salut* etc. *Ce fut fait soubz le scel de la preuoste dorliens le dymanche XXIIIIme Jour doctobre lan mil quatre cens et dixhuit. J. Caseau N.*

384. s. XV (MCCCCLXXV) membr. 4° f. 153. Insunt picturæ perquam bellæ (cf. f. 8ª).

Platina de honesta voluptate et valitudine. F. 1ᵇ legitur **carmen Latinum** vers. XIV, cui hæc præmissa sunt: *A domino Francisco de luce bone* (?) *XVª maii anno 1487 inuentum rome littera greca sculptum translatum in latinum:*

Me licet assumptum spectetis corpus et umbram
Et nichil extincto gutture posse loqui etc.

Præterea aliquot excerpta foliis 1ᵇ et 2ᵃᵇ ingesta sunt.

F. 7ᵇ legitur atramento fere evanido hoc: *Joannes delfon commendauus* (?) *belgenciacen. emit a Carolo Ponceau ciue Aureliano. 10 . . . . Aug. 1517.*

Inde a f. 150ᵇ (quo Platinæ opus ad finem perductum est) usque ad f. 153ª varia extant **excerpta poetica** (f. 152ª duæ conspiciuntur imagines penna haud inscite delineatæ, altera insigne aliquod describens addita inscriptione: *omne rotat fatum,* altera puellam pastoriciam adumbrans iuveni pastori coronam porrigentem, ascriptis verbis: *Qui bien ayme, tart oblye*), nempe hæc:

a, *Prono. Karoli octavi* (IV versus):
Surget leo magnus Karolus octauus qui suis etc.

b, Versus de Hermaphrodito, cf. Anthol. Lat. 786:
Dum mea me genitrix grauida gestaret in aluo etc.

c, Acrostichon in Jacobum nescio quem (versus VII):
Ingenio fulget cuius cognominis est. . . etc.

d, *In Vico Varonis prope Tybur in aduentu Regis Alfonsi tunc Calabriæ ducis hoc distycon in ualuis pallacii Virginii Vrsini fuit affixum:*
Dum Tyberis genitor stat cum Sebetreide nympha,
Heridane et subitas pone Garumna minas.
Responsio.
Insenuit Tyberis, prostrat Sebetris et odit
Læsa uirum. Victor Gallus adulter erit.

e, Versus duo:
Insanit calaber in securus bibit altum (sic)
Vrbs noua strimonias nec timet alta grues.

f, Versus IV:
Arbor obumbrat aquas ascendo decidit ensis etc.

g, Versus IV de Mediolano:
Millan.
Rinoceros ego sum Vicini fontis ad Vndas etc.

h, Versus IV de Venetia:
Venize.
Virginitatis honos solam me exornat in orbe etc.

i, *In mortem ducis gal. mediolan.* (versus VI):
Qualemcumque ducem me forma fuisse loquatur etc.

k, Versus duo (de quodam stulto?):
O deus omnipotens uituli miserere Johannis
Quem mors preueniens non sinit esse bouem.

l, Versus duo ex Ovidii arte amatoria.

m, *Epitaphium Jacobi ponceau* (versus 6):
Hic supinus adest Jacobus poncellus et .... etc.

n, f. 152[b] *Viri famos. bismontis thermarum donn. Epitaphium* (versus XII):
Flora cupido uenus famulum deflete bismontem etc.

o, Versus et sententiæ aliquot philosophicæ:
Quatuor semper ponenda ante occulos mentis nostre etc.

p, f. 153[a] Epitaphium Gallice scriptum (vers. XII):
Pincel qui te osera tenir etc.

385. s. XIII membr. 4° f. 119. Desunt secundum veterem numerationem folia singula post f. 30. 37. 71. 83, deinde f. 2 post f. 106 et f. 3 post f. 120.

Liber medicus, sine titulo, Gallice. Inc.: *D]iex qui per sa grace puissance le monde estaubli qui premieremant fit le ciel et fit les quatre elemenz...* F. 2[a] *ele a mainte partie si com nos uos dirons. L'une de cez parties si est de garder le cors en sante. l'autre d'eschiuer les malaidies qui puent auenir...* Cf. Sinn. III, 8 seq.

386. s. XII. XIII et XIV membr. 4° f. 105. F. 2[b]: *Celestinorum de Metis.*

1, f. 1[a] — f. 24[b], sæc. XII. **Donati ars cum expositione Remigii qui dicitur.** Eius commenti hoc est initium: *Incipit edicio secunda donati grammati urbis rome. Cum dicit secunda intelligitur prima* etc. Cf. anecdota Helvetica præf. p. CXIV seq.

*2, f. 25[a] — f. 36[b], s. XIII. **Donati ars cum expositione aliqua (Remigii).** Expositionis initium hoc est: *Notandum in primis quod maiores has partes* etc. In fine legitur: *Explicit donatus maior cuius expositor est Remigius.* Cf. anecdota Helvetica præf. p. CXI seq.

3, f. 37[b] — f. 91[a], s. XIV. **Tractatus grammaticus, cui titulus est: Glosa doctrinalis (glossæ in Alexandri de Villa Dei doctrinale).** *Antequam ulterius in dictis procedam quero dei filius* etc.

4, f. 92[a] — f. 105[b], s. XIII. **Tractatus grammaticus et dialecticus.** *Prho dolor o socii quia* .... etc.

387. s. XIV—XV membr. 4° f. 120. Insunt picturæ litt. init. Fuit Bongarsii.

Plauti comœdiæ VIII (Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Gurgulio, Casina, Cistellaria, Epidicus). In fine leguntur versus V priores iudicii Volcatii Sedigiti de comicis Romanis.

388. s. XIII—XIV membr. 4° f. 135; post fol. 37. f. 1 deest.

1, f. 1 — f. 44[b] **La vie de St. Jean l'evangeliste,** v. 5872; finis deest.

Inc.: *A la loenge et a la gloire*
Deu notre pere ceste estoire
Vuel de latin en romans metre
Tot mot a mot celonc la lettre ...

v. 9: *A mes en ai troue la uie*
En latin en vne abaie. .

Cfr. Sinneri cat. III, 390—392.

2, f. 45ª — f. 104ª **Les propheties de Merlin.**
Inc.: *Ci deuant a parole li contes de Merlin et de ces cures et de ces merueilles que il fist en la grant bretaigne et en maintes autres terres ases soufisanment et por ce s'an taist li contes a tant de celes choses et si parole des propheties merlin qui sont translatees dou latin en françois que feudris li empereres les a fait translater.*.

3, f. 105ª — f. 136ᵇ **Li livres des VII sages de Rome.** Inc.: *Rome ot vn empereor qui auoit non Dioclecien.*. Fin.: *L'ame ait ce que le a deserui.* Idem opus nr. 354.

389. s. XIII—XIV membr. 4° f. 249. Vetus paginatio habebat folia 276 (120 + 120 + 36). Deest f. 1 post f. 185; abesse videntur folia compluria inania in fine et inter singulas litteras, sub quibus carmina collecta sunt olim inserta; in f. 29ᵇ et 55ª primæ partis duabus strophis, in f. 71ᵇ uni, in f. 118ª secundæ partis uni, in f. 22ª tribus strophis spatium relictum est. Descripsit codicem Wackernagel in libro: Altfranzösische Lieder und Leiche. Basil. 1846 p. 86 seq.

Carmina amatoria etc. Gallica, numero DXIX, eorum poetarum qui 'trouvères' dicuntur. Primæ strophæ carminum inter lineas modis musicis positæ sunt, quæ quidem ipsæ non sunt iis plane completæ. Hæc omnia edita sunt secundum Mouchetii apographon a Brakelmanno (Herrig's Archiv vol. XLI, 345—376; XLII, 241—392; XLIII, 241—393; LII ediderat ex hoc ipso codice Wackernagel in libro supra laudato p. 3—85; novem Jubinal (Rapport, Paris 1838 p. 37—55); viginti carmina (pastourelles) C. Hoffmann (Sitzungsberichte der bayr. Akademie der Wissensch. 1865 II p. 301—340). De aliis libris manuscriptis cf. P. Paris, les man. VI, 48 seq., Brakelmann Herrig's Arch. XLII p. 43—72.

390. s. XI membr. 4° f. 103. Fuit Petri Danielis, tum Bongarsii.

Dudonis Gesta Normannorum, sine titulo. *Totius molis orbe descripto ambituque et superficiæ terræ sagaciter permenso — dux magnus richardus obiit anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo secundo. AM. EXPLICIT.* Manus alia sæc. XI addidit: *HEC SVNT GESTA NORMANNOR.*

391. s. X membr. 4° f. 40 binis columni scriptus. Fuit Aym. Ranconeti.

M. Tullii Ciceronis de officiis libri tres. Est cod. b apud Orellium.

392. s. XII membr. 4° f. 52. Fuit Bongarsii. Folia 24 — 35 interciderunt. Fol. 2ª in marg. inf. habes pictum armorum insigne (Wappen). F. 42ᵇ *Iste liber est S. uictoris parisien.* Insunt litt. init. pulchre pictæ.

1, f. 1ᵇ **Vetus libri catalogus sæc. XV,** quo demonstratur, olim multo plura in hoc codice lecta fuisse: *Que secuntur hic habentur scilicet: Liber a beato beda presbitero compositus de uita et miraculis ac etiam de transitu beati patris cuthberti lindeffernen. epi. a folio 2 usque 34. De translatione eiusdem 35. Quedam de cronicis 43. Translatio in latinum a quodam*

cornelio historie daretis frigii de excidio troie. 46. Quedam ex ysidoro ethimologiarum. 54 hystoria regum britannie maioris ab eorum exordio a folio 56 usque 95 ubi folio 75 et duobus sequentibus habetur de merlino et eius prophetia. A. sedet me. B cum nauigio C 95 et usque 97.

2, f. 2ᵃ — f. 35ᵇ **Bedæ vita Sancti Cuthberti, a fine mutil.** *Domino sancto ac beatissimo patri edfrido episcopo et omni congregationi fratrum qui in lindiffarnensi insula christo deseruiunt beda fidelis uester conseruus salutem. Quia iussistis dilectissimi — angelico ministerio pariter ad regnum cæleste translati. Sed hereber . . .*

*3, f. 36ᵃ — f. 41ᵇ **De translatione Beati Cuthberti tractatus, sine titulo, ab initio mutil.** *septembris noctis initio ante uenerabile sepulchrum prosternuntur — cum in mortem cecidit ad uitam reuocauit.*

F. 42 scriptura vacat.

4, f. 43ᵃ — f. 46ᵃ **Excerpta historica et mythologica.** *Sale genuit heb. a quo uerum est hebreos esse cognominatos — quod huius modi animal toto corpore simul aperto in coitu misceatur ut iuba in fisiologis dicit.* Agitur f. 44ᵇ de philosophis, ib. de nominibus dearum et deorum, f. 45ᵃ de tribus deabus, f. 45ᵇ item. Fere omnia ex Augustini libris de civitate Dei excerpta sunt.

5, f. 46ᵃ — f. 52ᵇ **Epistula Cornelii ad Salustium de Darete Phrygio, cum Daretis Phrygii historia de excidio Troiæ.**

393. s. XIII membr. 4° f. 60. Desunt secundum veterem numerationem fol. 1—16, 23—24, 31—39, 54, 57—63. 81, et ultima post fol. 94; duo folia n° 29 signata sunt.

La Mappe du monde, fragm. carminis Gallici de artibus et scientiis, de mundo, de geographia etc., v. 3500 c.

Inc.: *n'en cor nel font pas por sauoir*
tant com por gaaignier auoir
vne costume a a paris
que maint clerc ueulent auoir pris. . .

Tituli capitum: fol. 18ᵃ *des trois manieres de genz et comment clergie vint en france VI;* fol. 22 *de la maniere des set arz VII;* fol. 26 *de nature comment ele oeure et que ce est XIII;* fol. 29 *por coi dex forma le monde roont XIII;* fol. 30 *comment li quatre element sunt assis;* fol. 40 *de paradis terrestre et des quatre fluue qui en nessent;* fol. 40 *d'ynde et de ses choses;* fol. 41. *des diuerses genz d'ynde;* fol. 42 *des serpenz et des bestes d'ynde;* fol. 47 *des pierres d'ynde, des contrees d'ynde;* fol. 50 *de aise la menor;* fol. 51 *des poissons d'ynde;* fol. 52 *des arbres d'ynde;* fol. 53 *de europe et des ses contrees III;* fol. 56 *des diuersitez qui sont en europe VI;* fol. 57 *des diuers fontainnes XI,* fol. 66 *Ici fenist la mappe du monde. coment la terre croule et fent;* fol. 67 *conment la mer est salee XIII;* fol. 67 *de l'air et de sa nature XIIII;* fol. 68 *comment nues, pluies et gelees nois tampestes tonnerres et esparz auienent XV;* fol. 70 *Del gelee et del nois, des gresles et des tampestes, des*

esparz et des tonneres; fol. 71 *comment li vent nessent XVI;* fol. 72 *du fou et des estoiles qui semblet chaoier et du dragon XVII;* fol. 73 *du dragon, du pur air et comment li set planete sunt* (cum signis astronomicis); fol. 77 *du tor du firmement et des estoiles XIX;* fol. 78:

ci commence la tierce partie:
En iceste tierce partie
Finerons cest astronomie
Et nos dirons premierement
Comment iorz et nuiz les seurprent.

comment il est nuit; fol. 79 *pourcoi len ne uoit les estoiles de iorz;* fol. 80 *pour coi l'en ne uoit le soloil de nuiz;* fol. 86 *de la vertu du ciel et des estoiles VI;* fol. 91 *comment et pourcoi l'en mesura le monde VII;* fol. 92 *du roi tholomeu et des autres genz VIII.*

394. s. X membr. 4° f. I et 232. Fuit Bongarsii.

*1, f. I **Carmen de Herico,** partim neumis superscriptis. Cf. cod. 455. *Mecum Timaui saxa nouem flumina* etc.

2, f. 1ª — f. 225ᵇ **Prudentii carmina, cum scholiis uberrimis.** Ordo is est: *INCIPIT PRŒMIVM AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS VIRI LIBERALI PERITIA DISERTISSIMI. Per quinquennia iam decem* etc. Post præfationem habes f. 2ᵇ: *EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIT TITVLVS SEQVENTIVM LIBRORVM;* sequitur litteris uncialibus scriptus hic catalogus (Gennadii testimonium): *Testimonium de historia illustrium uirorum CXL et VIII prudentius uir sæcularis litteraturæ eruditus composuit dirocheum de toto ueteri et nouo testamento personis exceptis commentatus est et in morem grecorum exameron* (in marg.: *iste apud nos non legitur quia nequaquam repperitur*) *de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis et in præuaricationem eius composuit et libellos quos greca appellatione prætitulauit apotheosis psichomachia amartigenia idem de diuinitate de conpugnantia animi de origine peccatorum fecit in laude martyrum sub aliquorum nominibus inuitatorum ad martyrium librum unum speciali tamen conditione contra simachum idolatriam defendentem ex quorum lectione agnoscitur palatinus miles fuisse.* Secuntur liber cathemerinon (a carm. VI v. 125 novum carmen incipit superscripto titulo *YMNVM AD COMPLETORIVS;* desunt carmina XI—XII), peri stephanon (deest præfatio; sequitur post carmen I carm. V. IV. VI. VII. VIII. IX. XI. XII. XIII. XIV. II. III. X; cathem. XI. XII), apotheosis (præf. I et II in unum coniunctæ sunt), hamartigenia, psychomachia, contra Symmachum libri II, enchiridion, et ultimo loco præfatio in librum peri stephanon primo versu omisso; ultimo vero: *iuuabit ore personasse Christum* hic additus est: *quo regente uiuimus.* Passim superscriptæ carminum initiis neumæ leguntur, velut fol. 6ªᵇ, f. 12ª, 24ª, 32ª, 43ª.

3, f. 225ᵇ — 226ª **Alcuini Aviti homelia in rogationibus, a fine mutil.** *Currit quidem tramite uitali — sentiens ecclesia nostra causam egritudinis suæ. . .*

4, f. 226^{b} — 227^{a} **Alcuini versus ad Samuelem ecclesiæ Sennensis episcopum**, numero 24. *INCIPIVNT VERSVS ALCHVINI AD SAMVHELEM.... SENNENSIS*... (post *Samuhelem* legitur *ecclesiæ* et post *Sennensis* legitur *episcopum* notis Tironianis scriptum).

Est mihi seruili scripulus dicione subactus —
Sis memor albini calidus caminator ad ignem
Dum sedeas lætus samuel per sæcla ualeto.

*5, f. 227^{a} **Carmen distichicum vers. XIV sine titulo.**

O uos est ætas iuuenes quibus apta legendo
Discite: eunt anni more fluentis aquæ —
Disce precor iuuenis motus moresque uenustos
Laudetur toto ut nomen in orbe tuum.

Cf. Riese anthol. Lat. II præf. p. XIV.

6, f. 227^{b} — f. 230^{a} **Carmen in Constantinum hexametris heroicis 117 scriptum sine titulo.**

]ONSTANTINE meis opus est non promere uerbis —
Constantine decus nostrum per secula salue.

7, f. 230^{a} — f. 231^{a} **Carmen versuum 48 de fratre Bovone.**

Conuenio signis quem conuenisse loquelis —
Ergo fouens latebram paueo sustollere cephal. EXP.

*8, f. 231^{b} **Hymnus cum neumis.** *Sanctis adesto præconiis domine rex regum et occurrentem in tua solida caritate — ueluti palma florebit ALLELUYA.*

395. s. XIII membr. 4° f. 24.

*1, f. 1^{a} — f. 24^{a} **Ciceronis orationes VI, sine titulis.** F. 1—4^{a} Pridie quam in exilium iret; f. 4^{a}—9^{b} Post reditum ad senatum; f. 9^{b}—12^{b} Post reditum ad Quirites; f. 12^{b}—15 Pro Marcello; f. 16—19^{b} Pro Ligario; f. 19^{b}—24^{a} Pro rege Deiotaro.

*2, f. 24^{b} **Versus trochaico rhythmo compositi 64.**

Viri uenerabiles uiri litterati —
Irreuocabiliter habiit in uanum.

Quaterni versus in eandem syllabam exeunt.

396. s. XI membr. 8° f. 80. Fuit Bongarsii.

1, f. 1 — f. 79^{a} **Liber Hieronymi contra Jovinianum.**

2, f. 79^{b} — f. 80^{b} **Tractatus de libero arbitrio, sine titulo, a calce mutil.** *S]ciendum est quod liberum arbitrium dicitur habuise primus homo — bene agemus nobis cooperabitur. Notandum autem.*

397. s. XIII—XIV membr. 8° f. 44.

Prisciani grammatici lib. XVII et XVIII, cum scholiis, a fine mutil. Desinit in hæc verba: *nilo beatorum ex .... virtus. Quamuis hæc quoque..*

398. s. X—XII miscell. membr. 4° f. 79. Fuit Francisci Danielis. Constat codex ex septem partibus: f. 1—4 sæc. XII; f. 5—12 sæc. XII; f. 13—20 s. XI—XII; f. 21—36 s. XII; f. 37—54 s. XII; f. 55—65 s. XII; f. 66—79 s. X.

1, f. 1 — f. 4^b **Passio Laurentii versibus Leoninis scripta, sine titulo.**

Tempore quo decius romani iura tenebat —
Quo fruitur uitæ requie sine fine beate.

Non est idem carmen, quod in codice Bern. 710 f. 55^b seq. legitur. Versus aliquot et toti et dimidii erasi sunt.

2, f. 5^a — f. 12^b **Horatii odarum fragmentum.** Incipit hoc fragmentum a libri III carm. 24 v. 13 desinitque in lib. IV carm. XV v. 25.

*3, f. 13^a — f. 20^b **Horatii ars poetica et sermonum lib. I, 1. 2. 3, v. 1—3.**

4, f. 21^a — f. 35^a **Horatii epistularum lib. I, cum paucis scholiis.** Desinit in libri I epist. 20 v. 22; reliqua supplevit Petrus Daniel. Quæ scripta is codex, cuius hæc est particula, olim comprehenderit, ex iis cognosci potest, quæ f. 35^b leguntur manu sæc. XIII scripta: *liber fusicus. bucolica. georgica. epistole oracii.*

F. 36^ab scriptura vacat.

*5, f. 37^a — f. 44^b **Horatii epistularum lib. I epist. 16—20; lib. II, 1 v. 1—259.**

6, f. 45^a — f. 54^b **Claudiani de raptu Proserpinæ, ab initio mutil.**

1, f. 45^a — f. 45^b

Lucidus umbroso miscebitur axis auerno —
Ostro fundit aquas attollit litora gemmis.

Desunt versus: *Commendat Siculis* etc. — *Viderat hæc dudum summa speculatus ab arce.*

2, f. 46^a — f. 46^b

Fecerat et pariter forma sed dispare lunam —
Quercus amica Joui tumulos pres'ura cupressus.

3, f. 47^a — f. 54^b

Traderis heu cupidas non aspectura sorores —
Qualis nocte uenis qualem per somnia uidi.
FINIT LIBER CLAVDIANI.

Versus libri III reliquos Petrus Daniel adiecit. Desiderantur post versum: *Quid uos expertes thalami tantumne relictus* (sequitur hic versus ab editionibus alienus: *Omnis honor recti uobis sic fata recessit*) hæc: *Virginitatis honos* etc. — *Et magis enodes properat prosternere cedros.* Jam quia f. 47—54 iustum quaternionem explent, folia vero 45 et 46 inter se cohærent, patet alterius quaternionis, qui præcedebat, fol. 1. 2. 4. 5. 7. 8 intercidisse reliquumque esse unionem tertium sive quaternionis fol. 3 et 6.

7, f. 55^a — f. 65^a **Persii saturæ.** F. 60^b versus collocandi sunt post f. 61^b, ita ut a f. 60^a statim tibi transeundum sit ad f. 61^a. De hoc cod. cf. O. Jahn Pers. præf. p. CC.

F. 65^b scriptura vacat.

8, f. 66^a — f. 79^b ab initio mutil. **Commentarius in disticha Catonis.** *quia semper in timore est. Sed aliter ecclesiastici*

libri sentiunt. Dicit enim salamon in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. Si tibi nemo respondet (= distich. lib. I, nr. 23) *.i. si nulus reddit — Me scribere uersus* (= distich. lib. IV, nr. 49) *epilogum facit. hoc breuitas fecit sensus coniungere binos.*

399. s. XIV membr. 8° f. 42 binis columnis scriptus; f. 42ᵇ marg. sup.: *iste liber est de domo uallis uiridis prope parys.*
Palladii Rutilii Tauri Aemiliani viri illustris opus agriculturæ.

400. s. XV membr. 4° f. 46. Fuit P. Danielis Aurelii.
Julii Frontini strategemata. Quæ f. 45ᵇ med. et f. 46ᵃ seq. leguntur, manu alia scripta sunt ac cetera et tenui linea inducta.

401. s. XV membr. 4° f. 28. Insunt pulchræ pict. litt. init.
Joh. Chrysostomi liber de eo, quod non læditur homo, nisi a semet ipso, Latine.

402. s. XV chart. 4 f. I et 139; inter f. 137 et 138 quinque folia scriptura vacant.
1, f. 2ᵃ — f. 14ᵇ **Theophrastus de igne, Græce.**
2, f. 14ᵇ — f. 21ᵃ **Eiusdem Metaphysica.**
3, f. 21ᵃ — f. 30ᵃ **Eiusdem de lapidibus.**
4, f. 30ᵃ — f. 35ᵃ **Eiusdem** *περὶ ἱδρώτων.*
5, f. 35ᵃ — f. 37ᵃ **Eiusdem** *περὶ ἰλίγγων.*
6, f. 37ᵃ — f. 40ᵃ **Eiusdem** *περὶ κόπων.*
7, f. 40ᵃ — f. 42ᵃ **Eiusdem** *περὶ ἰχθύων.*
8, f. 42ᵃ — f. 53ᵇ **Eiusdem** *περὶ ἀνέμων.*
9, f. 53ᵇ — f. 64ᵇ **Eiusdem** *περὶ ὀσμῶν.*
*10, f. 65ᵃ — f. 73ᵇ **Aristoteles de Xenophane Zenone et Gorgia.**
*11, f. 73ᵇ — f. 92ᵃ **Eiusdem** *συναγωγὴ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.*
*12, f. 92ᵇ — f. 98ᵇ **Eiusdem** *περὶ πνεύματος.*
*13, f. 99ᵃ — f. 114ᵃ **Eiusdem** *μηχανικά*, **cum figuris.**
*14, f. 114ᵇ — f. 127ᵃ **Eiusdem** *περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον.*
15, f. 127ᵇ — f. 137ᵃ **Alexandri Aphrodisiensis** *περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν.* Usque ad verba: *τῆς τοιαύτης κινήσεως κατά φυσιν* (sic).
*16, In tegumento anteriori et f. Iᵃ. 1ᵃ **Excerpta ex Athenæo, Græce.**
*17, f. Iᵇ **Inscriptiones Græcæ.**
a, Inscriptio Megarensis ad dies festos pertinens.
Ἐν μεγάροις ἐν λίθω τινὶ παλαιοῖς γράμμασι γεγραμμένον.
ὀλύμπια ἐν πίση Γ
πύθια ἐν δελφοῖς β etc.
b, Inscriptio Atheniensis. *Ἐν ἀθήναις ἐν τινὶ λίθω γεγραμμένον. ἀντωνία ἡ καὶ σωκρατικὴ τῶ γλυκυτάτω μου* (sic) *ἀνδρὶ ἀντιόχω* etc.
*18, f. 138ᵃ **Tractatus Græcus de ferro fundendo.** *στόμωμα δὲ γίνεται καὶ ὅταν ὁ πεπυρατωμένος σίδηρος* etc.

*19, f. 138^b et f. 139^a **Excerpta prosaica et poetica ex Athenæo.**

403. s. XIII membr. 4° f. 72.

1, f. 1^a — f. 12^b **Catonis disticha, cum glossis.** *Scientia moralis est de expulsione uicii et adeptione uirtutis — quid fugiendum quid tenendum filium suum docuit quod ista essent uulgo satis nota. Explicit.*

Explicit hic catho dans castigamina nato.

2, f. 13^a — f. 27^a **Theodoli vel Theodori ecloga, cum glossis.** *Ethiopum terras iam feruida torruit estas. — Desine quod restat ne desperacio ledat. Eglogarum tres sunt diuersitates — quod restat .i. quod superest nisi cesses s. desperacione ledere istum. Explicit egloga theodoli.*

3, f. 27^a — f. 41^a **Ovidii remedia amoris, cum glossis.** *Quoniam liber artis amatorie multos traxerat in hunc errorem* etc. F. 41^b et 42 scriptura vacant.

4, f. 43^a — f. 72^b **Matthæi Vindocinensis liber Tobiæ cum glossis.** *Ex agro ueteri]. In principio huius actoris quinque sunt inquirenda* etc. In fine libri hæc leguntur: *EXPLICIT HIC THOBIAS. Parisetus de donteuerino scripsit hos libros anno domini M°. CC°. octuagesimo quarto finitos feria sexta ante inuocauit.*

404. s. XIII membr. 4° f. 63. Fuit Francisci Danielis Aurelii. Foliorum ordo turbatus est hunc in modum restituendus: f. 1—8^b, f. 49^b—56^b, f. 9^a—48, f. 49^a, f. 57^a seq.

1, f. 1 — 8^b, f. 49^b — 53^b **Macrobii Saturnalium liber VII.**

2, f. 53^b — f. 56^b, f. 9^a — f. 22^b. **Liber Alphargani de scientia astrorum et radicibus motuum cælestium a Johanne Hispalensi atque Luniensi in Latinum versus ex Arabico.** *Numerus mensium arabum et latinorum est duodenus. Menses arabum incipiunt ab almuaram — quod sufficiat si deus uoluerit. perfectus est liber alphargani in scientia astrorum et radicibus motuum celestium interpretatus in lunia a iohanne hispalensi atque luniensi. Expletus est die uicesimo quarto V. mensis lunaris anni arabum quingentesimi XXVIIII existente XI° die mensis martii era M. CLXXIII sub laude dei et auxilio. EXPLICIT.* Initium huius operis in fol. 49^a videtur extare, cf. nr. 4.

3, f. 22^b — f. 48^b **A. Gellii Noctium Atticarum libri IX. X. XI. XII, cap. 1 — cap. 10, §. 2.** Usque ad verba: *quasi ad tuendis edibus appellatis. Satis hoc esse potuit.* Liber nonus hic appellatur liber decimus atque sequentes libri similiter uno numero aucti sunt.

*4, f. 49^a **Initium, ut videtur, eius operis, quod nr. 2 recensuimus, sine titulo.** *Differentia prima in annis arabum et latinorum et in nominibus mensium eorum et in diuersitate quam habent — Numerus mensium arabum et latinorum est duodenus. menses arabum incipiunt ab almuaram* etc. (cf. nr. 2

initium). Continet ea pagina XXX differentiarum mensium Arabum et Latinorum catalogum, quæ ipsæ in illo Alphargani libro accuratius explicantur. Itaque, cum postrema eius paginæ verba prorsus sint eadem, a quibus Alphargani liber incipit, haud inmerito statuemus, operis initium ab hac ipsa pagina petendum esse.

*5, f. 57ᵃ — f. 61ᵇ **Epistulæ nonnullæ datæ a Gilone S. Petri in valle Carnotensium Priore et aliis.** *Th. sancti Petri Carn. prior unicus iudex a domino papa delelegatus* (sic) *decano de ham. salutem. Mandatum domini pape — cum etiam soluti repetitio per conditionem indebiti ei non debeat denegari. Dat. et c.* Sunt epistulæ XXII.

*6, f. 62ᵃ — 62ᵇ **Oratio de sancta Maria.** *O intemerata et in eternum benedicta — cum eis et in eis uiuit et regnat per omnia secula seculorum. amen.*

*7, f. 63ᵃ **Oratio supplicatoria ad Jesum Christum.** *Domine iesu christe qui in hunc mundum propter nos peccatores — pro nobis peccatoribus.*

405. s. XIII membr. 8° f. 40. Fuit Francisci Danielis.
Ovidii Tristia. Deest libri V elegia ultima et pæneultimæ pars.

406. s. XVI chart. 8° pag. 62. Inter p. 54 et 55 alius formæ folia interposita sunt.
Libellus ad Sixtum V pontificem. *Pauperes cupientes pasci uerbo uitæ ad sixtum .V. Quoniam tu Sixte in tuis excommunicationibus et coniurationibus uocas ad internitionem reges pios* etc. Ea parte, quæ inter p. 54 et 55 intrusa est, continentur ab initio mutil. **argumenta in opus ecclesiasticum nescio quod,** cuius capita XXV—XXVIII illustrantur. Atque capitis XXV argumenti initium tale est (fol. dᵃ): *Quoniam in superiori capite cæptum est diu de constituenda ecclesia, hoc capite, antequam ad futurum iudicium accedatur* etc.

407. s. XII membr. 8° f. 135. F. 1: *Iste liber est fratrum prædicatorum in rbno.*
Papinii Statii Thebais, mutil. a fine. Usque ad lib. XII v. 409. Fol. 128—135 collocanda sunt post f. 119. Liber falso inscriptus est: *Oracius.* In fine addita sunt duo folia sæc. XII, in quibus **de iure ecclesiastico** (de affinitate etc.) agitur.

408. s. X membr. 4° f. 86. Fuit Bongarsii.
Anastasii gesta Romanorum Pontificum. Anastasii nomen omissum est.

F. 1ᵃ legitur epistula **Hieronymi ad Damasum:** *Gloriam sanctitatis tuæ nostra humilitas deprecatur* etc., et **Damasi ad Hieronymum:** *Gaudet ecclesia tuo fonte iam satiata et amplius sitit curiositas* etc.

F. 1ᵇ exhibetur pontificum catalogus, incipiens a Petro Lino etc. et desinens in Zosimi nomen. Tractatus vero ipse usque ad Stephani (*Stephanus natione romanus ex patre constantino sedit ann. V*

dies XXVIIII hic post patris sui transitum etc. fol. 79[a]) tempora deducitur. In fine nonnulla desiderantur; ultima enim verba sunt hæc: *Ad recipiendas uero ipsas ciuitates.*

F. 86[ab] sæc. XI—XII invenitur **hymni fragmentum** cum notis musicis quadrilineis, mut. ab initio et a fine. *re fremuerunt seculorum amen. Je cum principium in die uirtutis — et uocabitur admirabilis.*

409. s. ? membr. 4° f. 91.

Liber canticorum et precum (Machsor), punctis vocalibus instructus. Canticis glossæ marginales aspersæ sunt. Precum, quarum in tabula pag. 81 et 100 inserta numero 126 recensentur, non nisi 79 exhibentur eæque ordine inverso ita se excipiunt, ut primum locum cant. 72—79 obtineant, deinde sequantur 63—71, 46—62, 34—45, 18—33, 4—17 et postremo loco 1—3, aliis subinde interiectis sine numero.

410. s. XIV chart. 4° f. 149.

1, f. 1[a] — f. 71[b] **Sertum florum moralium collectum per fratrem Simonem de Vallevirenti.** .... *Legitur in quadam tragedia senece quod quidam uidit uisionem quandam* etc. Liber usque ad f. 62[a] extenditur; hinc secuntur indices.

F. 62[a] habes in tractatus fine: *Explicit sertum florum moralium distractorum per ordinem alphabeti collectorum per quendam monachum cisterciensis ordinis studentem par.* (= Parisiis) *in domo sancti Bernardi.*

F. 71[b] in indicis fine: *Explicit tabula nominum diuersarum rerum moralizatarum in serto florum quæ remitit ad tabulam immediate præcedentem. explicit hoc sertum florum moralium collectorum par. in monte uirenti per fratrem symonem de ualle uirenti anno uerbi incarnati M°CCC°XLVI°.*

*2, f. 72[a] — f. 74[b] **Tractatus quidam moralis de natura quarundam gemmarum et post** (sic) **de sculptura arietis leonis vel sagittarii.** *In quocumque lapide inuenimus insculptum arietem leonem uel sagittarium, lapis ille orientalis est* etc.

*3, f. 75[a] — f. 107[b] **Tractatus de vita et moribus philosophorum.** *De uita et moribus philosophorum ueterum tractaturus multa que ab antiquis doctoribus in diuersis libris de ipsorum gestis sparsim scripta reperi* etc. Initium fit a Thalete; ultimus recensetur Precianus (sic) grammaticus. In Vergilii vita, qui 'nigromanticus' fuisse dicitur, Hugo laudatur.

*4, f. 108 — f. 149[a] **Tractatus de vitiis et virtutibus ad ordinem alphabeticum digestis.**

Cor manus egregia genitrix moderare maria.

Abstinencia. Gregorius. Est quando quis pro amore dei et salute propria non ab illicitis tantum interdum et a licitis atque concessis se cohibet etc. Extremo loco de usura agitur. Laudantur multi auctores ecclesiastici, Isidorus, Hugo de Sancto Victore, Leo papa, Hieronymus, Seneca in proverbiis, alii.

411. s. XII–XIII, miscell, membr. 4° f. 182. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ª — f. 89ª **Commentum in Lucani Pharsalia a Garino de Allodiis scriptum.** *Prius querendum est de quolibet qui sit quando quid ipse fecerit lucanus igitur natus cordube — Epidaure] locus est. Et sicut arnulphus aurelianis fecit has glosulas ita sceua apud epidaurum toti exercitui pompeiano solus restitit et suos obsessores pocius obsedit quam obsideretur ab illis sed sicut nec illud est uerum sic uerissimum est quod garinus de allodiis XV kl. april. die dominica mediato quadragesimali tempore letare iherusalem ecclesia celebrante philippo super francos primo regnante glosas istas ad finem perduxit. Apertis] a po. et suis; menia] claustrorum quæ fecerat cesar ad ipsum includendum. Caleducem super ascendentem. Expliciunt glosule luc. laus est finire pudor est incepta perire. amen.*
F. 89ᵇ scriptura vacat.

2, f. 90ª — f. 141ᵇ **Commentum in Vergilii Aeneida, a calce mutil.** *Auctor iste sicut bucolica scripsit rogatu pollionis — daunia dea ......] Audatia fuit magna quod ausa est dare turno ensem. Olli] .i. illi* = Aen. XII, v. 785.

*3, f. 142ª — f. 143ª **Commenta brevia in Ovidii carmina, singulorum operum argumenta complectentia.** *Videns ouidius ex amoris ignorantia deuiare iuuenes — Sed ne rescribat ptn. dicendo causam absentie subiungit ne mihi rescribat attamen ..... ipse ueni.* (= Heroid. I, v. 2).

*4, f. 143ᵇ — f. 144ª **Tractatus dialecticus.** *Sillogismus et o° et e. ponitis .i. disponitis per modum et figuram — Item diffinitio dicitur propria et non propria.*
F. 144ᵇ, f. 145 scriptura vacant.

*5, f. 146ª — f. 153ª **Tractatus de mythologia.** *C]um u°l. creatura ut poetico utar figmento* (?) *humane fragilitatis depræssa eterni luminis claritate — trophio que agamemnone nati.* Explicantur in hoc tractatu pessime scripto mythi quam plurimi.
F. 153ᵇ scriptura vacat.

6, f. 154ª **Glossæ nonnullæ in Lucani Pharsalia.**

7, f. 154ª — f. 155ᵇ **Glossæ in Statii Achilleidem.** *cum gª.] .i. magni ponderis. ce . iuue.] .i. tergoribus iuuencorum cesorum. etholus] proprium nomen montis — Semina laudis] .i. carmina sancta de probitatibus heroum. GLOSVLE STACII EXPLICIVNT.*

8, f. 156ª — f. 164ª **Glossæ in Sallustii bell. Catilin. et Jugurth.** *Salustius crispus diuersas diuersorum temporum historias tractaturus — male pugnauerant quintus scipio et marcus mallius. marius uero deuinc. Ex ea tempestate spes et opes ciuitatis in eo site sunt. EXPLICIVNT GLOSVLE SVPER SALVSTIVM.* Quædam excerpsi in Joannis Wirzii Argoviensis usum.

9, f. 164ª — f. 182ª **Glossæ in Terentium.** *L]egitur actor iste affricanus fuisse qui deuicta carthagine a p. scipione cum aliis captiuis romam ductus est — nichil pudere] te decet subaudi.*

oculi doleant] uidendo quod nolunt (Phormio v. 1053). ***EXPLICIVNT GLOSE TERENCII DO. GRAS.***

412. s. XIII membr. 4° f. 31.
De vitis Pontificum Romanorum (Anastasii), mutil. ab initio. *exarchum uel qui eum direxerat eiusque consentaneos submitterent spernentes ordinationem* etc. F. 3ª de Gregorio Papa agitur, f. 8ᵇ de Stephano, f. 19ᵇ de Paulo Papa, f. 22ª de Stephano Olybrii filio. Manu recent. præscriptum est Anastasiii nomen.

413. s. XII membr. 8° f. 46. Adest litt. init. pulchre picta. Fol. 43—46 mutilata sunt.
Boetii libri de consolatione philosophiæ, mutil. a fine. Quinti libri nonnulla desunt.

414. s. XIII membr. 8° f. 47.
Gualteri Alexandreis, mutil. ab initio et a fine. Desunt liber I et libri II, v. 1—71; præterea finis inde a libri noni vers. 43.
F. 10ᵇ. 11ª — 12ª in marginibus **carmina aliquot scripta** sunt rimata.

a, f. 10ᵇ, versus XXIV:
Condam petrus eram sed sub petra modo pridem.
qui puluis fueram sum rediens nudus
quid regale genus species cantusue serenus etc.

b, f. 11ª strophæ III senorum versuum (sic rimat.: a a b a a b):
Salus de beato Stephano.
Passionis ubi primus
testis pro cuius opimus etc.

c, ibid.: *Salus de mª madaglenes* (sic).
Sceleribus homo plene
te moribus madaⁿᵉ
conformare studeas etc.

Sunt strophæ V senorum versuum.

d, f. 11ᵇ *Salus de beato matheo.*
Parendi uelocitas
prandiique largitas
commendant matheum etc.

Sunt strophæ V versuum senornm.

e, f. 12ª *Salus de uindemiis. Vt refert sapiens, prudentis animus tribus temporibus uersatur ordinans præsentia* etc.

415. s. XV init. (1405) membr. 8° f. 35.
La proposition faite de par luniuersite de paris deuant les seigneurs du sang Royal et tout Le conseil qui estoit assemble par la Reformation du Royaume Lan mil CCCC et cinq Le samedi VIIᵉ Jour du moys de Nouembre. In tegumento posteriori possessorum huius libri priorum aliquot nomina leguntur.

416. s. XII membr. 8° f. 15.
1, f. 1ª — f. 4ª **Glossarium Latinum.** *Argutus dicitur qui ar-*

gumentum cito inuenit in loquendo. Agilis ab agendo aliquid celeriter sicut docilis dicitur — Verres masculinum est et porcum significat.

*2, f. 4ª **De XII abusivis seculi.** *Duodecim abusiua sunt sunt* (sic) *seculi hec. Sapiens sine operibus. Senex sine religione* etc.

*3, f. 4ᵇ — f. 5ᵇ **De XII lapidibus.** *Jaspis primus ponitur in fundamento ciuitatis dei* etc.

4, f. 5ᵇ — f. 15ª **Evax de gemmis cum eiusdem prologo ad Tiberinum.**

*5, f. 11ᵇ marg. sinist. **Carmen rimatum trochaicum de logica versuum 28;** sunt strophæ quaternorum versuum in eandem syllabam finalem cadentium.

Exceptiuam actionem uerbum prius excipit
dum deludit rationem dum naturam decipit etc.

*6, f. 15ª marg. dext. **Carmen de muliere quadam eiusque liberis, versuum XVIII.**

T]res habuit natos iam quedam femina caros
Istos luce breui uiuere necne mori —
Flens ad defunctos festinans currere natos
Quem tulerat secum linquit aquis puerum.

Subiuncti sunt hi versus duo:

Dignis honorificabilitudinitatibus esto
Manducauerunt constantinopolitani.

Cf. anecd. Helv. p. 164 adnot.

*7, f. 15ᵇ **Versus aliquot varii argumenti:**

a, f. 15ᵇ Versus de cyclo decemnovennali XI et dimid.

Initium sicli decemnouenal.
Grata bonum tot dant fratrem berit animarum
Vt lux cras quod habere bonam toti dabit escam etc.

b, ibid. versus IV:

Flos est dum candet ablato germine fructus
Est cornutus bos ad ductor gaudeat eius
Dum currente boue grauidatur funis equorum
Dum bis ago grates fit dum cano bos aliorum.

c, ibid. Terminatio mensium (vers. 2):

Cuncta creatoris facit ardua dicta fidelis
Belliger est gaudens celestibus estibus ardens.

d, ibid. versus de mensibus tres.

Julius Maius martius octob. scilicet. (*non* above *scilicet*)
I M M O sex captant reliqui sibi quattuor aptant etc.

e, ibid. versus tres hi:

Est granum nisi bos cartarum carta beantem
Sic generans egrum paucis ditauit habentem
Mars agitans lucem implicuit currum rationis.

Seçuntur aliquot **excerpta de mensibus.**

417. s. IX membr. 8° f. 114. Cf. anecd. Helv. præf. p. 94 seq.

*1, f. 1. **Tractatus de hæresibus, mutil.** F. 1[b] *uersa est in stuprum. talis consuetudo ut inuicem coniugia commutarentur. Quos iohannes in apocalipsin inprobat dicens* etc.

2, f. 2[a] — f. 33[b] **Computus Græcorum sive Latinorum.** *INCIPIT COPOTVM GRÆCORVM SIVE LATINORVM. JANRS. AGS. ET DECEMB. IIII nonas habent XVIIII post id. et dies XXXI* etc.

Capita priora sunt hæc: 2[b] *de lunatione paschali,* 3[b] *argumentum de quadginun.,* ibid. *argm. de rog.,* ibid. *determinatio paschali quo die mensis sit et quota fer.,* 4[a] *de temporibus anni,* 5[a] *de feria monstranda in omni die per totum annum,* ibid. *de solestitia et equinoctium,* 6[a] *de termino paschali quo die mensis sit et quota feria,* 6[b] *de luna prima primi mensis,* 7[a] *de termino paschali quo die mensis sit et quota feria* etc. In eo capite, quo de XII mensium signis agitur, leguntur versus de mensibus a Sinnero I, 351 editi: *Principium Jani* etc.

3, f. 18[b] et 19[a] in marg. **De compoto vel loquela digitorum.** *Quattuor digiti in sinistra manu* etc.

4, f. 34[a] — f. 44[a] **De astronomia (excerpta Isidori).** *Astronomia est astrorum est* (sic) *quæ cursus siderum et figuras et habitudines et in superna conteplatione perduceret.* Cf. cod. Bern. 610 f. 1—11[b].

*5, f. 44[a] — f. 46[b] **Tractatus de bissexto.** *Primo igitur anno præparationis bissexti prima hora noctis* etc.

6, f. 47[a] — f. 61[b] **De XIIII divisionibus temporum (Bedæ).** *DIVISIONES TEMPORIS QVOT SUNT. M. XIIII. Idest athcmus* etc.

7, f. 61[b] — f. 98[b] **S. Isidori Spalensis episcopi de astris cæli (de natura rerum).** *INCIPIT LIBER DE ASTRA CÆLI SANCTI ISIDORI SPALENSIS EPISCOPI.*

*8, f. 99[a] — f. 102[b] **Tractatus de luna, de numero annorum ab origine mundi usque ad adventum Christi, de cyclo solari.** *DE LVNA QD. HOR. LUCET IN UNA QUAQ; NT. Si uis scire quod horis lucet luna* etc.

*9, f. 102[b] **Tractatus brevis de sex abyssis.**

*10, f. 103[ab] **Tabulæ astronomicæ ad cyclum solarem, ferias, epactas etc. pertinentes.**

11, f. 104[a] — f. 109[a] **Expositio de litteris quomodo nominentur vel qualem sonum habeant inter se.** *Quæritur enim quis primus litteras hebræorum grecorum latinorum* etc., f. 105[a] *Item de hebræis litteris,* f. 105[b] *Incipit abcdis grece cum numero,* ibid. *De litteris latinis quidam sapiens interprætatus est,* f. 108[b] *de litteris excerptum,* ibid. *Item de litteris.* Cf. anecdota Helvetica p. 302 seq., præf. p. CXXXXIV seq.

12, f. 109[a] — f. 110[a] **Tractatus de ponderibus et mensuris.** *Gomor maior in moysen XV modia* etc.

*13, f. 110ᵃ **Tractatus de diaboli artibus malis.** *Tribus modis diabolus securitatem in mente hominis mittit* (rubr. litt. uncial.). *Primum suggerit homini ut non det confessio* etc.

14, f. 110ᵇ — f. 112ᵇ **Omelia in natale S. Johannis Baptistæ.** *Natalem sancti iohannis fratres karissimi hodie cælebramus quod nulli umquam* etc.

15, f. 112ᵇ — f. 114 **Omelia de S. Johanne Baptista, a fine mutil.** *Johannes baptista considerata scriptura — et quinque mensibus se occultat mater eius sicut scriptum est.*

418. s. XIII membr. 8° f. 180. Fuit monasterii de Cala (Chelles). F. 171ᵇ ad VII id. Novemb.: *O* (biit) *iohanna de foresta abbatissa de Kala;* f. 71ᵃ in marg. ad id. Nov.: *Eodem die obitus soror Magdalena de cala Abbatissa huius monasterii de cala.*

1, f. 1ᵃ — f. 5ᵇ **Calendarium ecclesiasticum.** Singulis mensibus singuli versus præmissi sunt. Primum folium in fine libri positum est; f. 1ᵃ præcedit hic versus: *Martis prima necat cuius in cuspide quarta est.* Cf. carmen de diebus Aegyptiacis anth. Lat. nr. 736, ed. Riese.

2, f. 6ᵃ — f. 78ᵃ **Martyrologium Romanum B. Augustini.**

*3, f. 78ᵇ — f. 106ᵇ **Regula S. Benedicti.**

*4, f. 106ᵇ — f. 120ᵇ **Lectionarium (breviarium).**

5, f. 122ᵃ — f. 179ᵇ **Catalogus mortuorum secundum singulos mensium dies digestus (Jahrzeitbuch); i. e. obituarium monasterii Calensis.**

419. s. ? chart. 8° f. 34.

1, f. 1 — f. 15 **R. Aharon ben Ascher liber de accentibus,** cum aliarum observationum masorethicarum farragine. Liber iam sæpius editus, primum ad calcem Bibliorum Rabbinicorum 1517, deinde a Wolfio Heidenheimensi Rudolst. 1808 et a Hupfeldio in commentat. de antiquioribus apud Judæos accentuum scriptoribus Halæ 1846.

2, f. 16 — f. 34 **Articuli XIII fidei R. Maimonidis.** Cf. Wolf. B. H. I, p. 866. Sunt præcepta Mosaica et affirmativa et negativa secundum ordinem Parascharum auctore Abrahamo fil. Chatan ex urbe Arnit (Arnedo) Hispaniæ, fortasse non diverso ab illo Abrah. filio Katani, quem citat Wolf. B. H. III, p. 62.

420. s. XIV membr. 8° f. 17. Fuit Bongarsii.

1, f. 1 — f. 34ᵃ **Le codicille de Jehan de Meun,** v. 2120, str. 530.

Inc.: *Li peres et li filz et li sains epris*
Vns diex en trois personnes adoures et cheris.

Fin.: *Ci finerai mon dit ou nom de ihu crit*
Et chascuns qui l'orra merci a ihu crist
Et li pri humlement que nous soions escript
Ou saint liure de vie qu'il meismes escript.
Amen Maistres J. de Meum.

De libris man. Par. cf. P. Paris man. III, 175; V, 64; VI, 240. 242. 278. 279. 349. 396.

2, f. 35ª — f. 56ᵇ **Le doctrinal aux simples gens examines et esprouues a paris par pluseurs maistres en diuinite.** Inc.: *En non de ihu crist. C'est ci vne belle doctrine pour briement et plainement enseingnier les simples gens a bien viure et a bien confesser ..... et est complet de co qui suit: des articles de la foy de dieu amer, pour conforter en toutes tribulations, de amer son prochain.*. Caput ultimum: *de ioies de Paradis.* De man. Paris. cfr. P, Paris, les man. VII, 250, 337.

3, f. 57ª — f. 71 **[Dit religieux]**, v. 1827, str. 609.

Inc.: *L'autre jour mon chemin aloie*
En alant meilancolioie
Pour miex sauoir
Ou bien que vns homs puet auoir..

Des.: *Et puis largesce*
Va souuent la et li adresce
U si ton temps et la ionesce
Entre telz gens
Tous bns. aiuns certainement
Diex te doint bon amendement.

421. s. XI membr. 8° f. 70.

Boetii libri de consolatione philosophiæ, cum scholiis. F. 1ª — f. 5ª continentur variæ observationes de Boetii metris (Servati Lupi), vita, scriptis. F. 5ᵇ — f 6ᵇ exhibentur schemata philosophica. F. 70ᵇ quædam de spiritu sapientiæ, intellectus, consilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis, timoris leguntur. Cf. Peiperi ed. Boetii præf. p. VIIII.

A 421. s. XIII membr. 8° f. 80. Picturam satis rudem Christi in cruce pendentis habes f. 16ª.

*1, f. 1—2. 79. 80, s. XIV—XV. **Hymnorum Gallice scriptorum fragmenta, cum notis musicis.** F. 1 num. XVIII, 2 XXIII, 79 XIX, 80 XXII signatum est.

*2, f. 3. 4. 5 **Calendarium ecclesiasticum.** Præmissi sunt versus Aegyptiaci.

*3, f. 6ª — f. 9ª **Missale,** sæc. XIV.

*4, f. 10ª — f. 70ᵇ **Missale, cum notis musicis.** Ab initio mutilum esse videtur: *Exorcismus salis. Exorcizo te creatura salis per deum uiuum per deum uerum* etc.

*5, f. 71ª — f. 78ᵇ **Hymni notis musicis illustrati.** *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus* etc. F. 71ᵇ de sancta trinitate, f. 72ª de sancto spiritu, f. 73ª de eodem, f. 73ᵇ de Johanne baptista, f. 74ª de beato Nicholao, f. 74ᵇ de natali domini, f. 75ª de epifania domini, f. 75ᵇ in die pascha, f. 76ª de sancta Maria tres, f. 77ᵇ de ascensione, f. 78ª de apostolis, ibid. de Maria Magdalena.

422. s. XII membr. 8° f. 159. Fuit Francisci Danielis Aurelii.

Pannomia vel pannormia Ivonis venerabilis Carnotensis

episcopi. *Excepciones æcclesiasticarum regularum partim ex epistolis* (fuit: *exemplis*) *romanorum pontificum* etc.

F. 156ª in marg. infer. legitur **glossarium Latinum breve.** *Energuminus a demone arreptus. en .i. in. erga .i. opus inde energumini .i. inoperati* etc.

F. 156—158ª scriptura vacant; f. 158ᵇ excerpta aliquot **ecclesiastica,** f. 159ª **iuridica** leguntur nec non similia in eo folio, quod libro præmissum est, e. g. f. Iᵇ: *Capitale crimen est quod fortunam capitis impugnat* etc.

423. s. ? membr. 8° f. 83.

1, f. 1 — f. 40 **Collectio precum,** quas in Synagoga cantitant, Hebraice. Deest initium et f. 40 in media sententia desinit.

2, f. 41 — f. 83 **Dicta veterum doctorum** ex Talmude deprompta, mutil. ab initio et a fine.

424. s. XI membr. 8° f. 124.

*f. 1ª — f. 1ᵇ **Excerptum Origenis de libero arbitrio.**

*2, f. 1ᵇ **Excerptum Augustini.**

3, f. 2ª — f. 61ª **Juliani Toletani libri III prognosticorum.**

4, f. 61ᵇ — f. 63ᵇ **Sermo Augustini de verbis apostoli: omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.** *Omnium cristianorum spes* etc.

*5, f. 63ᵇ **Excerptum de Maria virgine.** *Maria mater domini nostri iesu christi habuit duas sorores — mater iacobi et filia salome.......*

6, f. 64ª — f. 96ª **Beati Augustini liber exhortationis ad quemdam comitem karissimum sibi.** *O mi frater si cupias scire quamuis ego nesciam* etc.

7, f. 96ª — f. 97ᵇ **(Augustini) de castitate cum uxoribus observanda.**

8, f. 97ᵇ — f. 103ᵇ **Liber sancti Augustini de disciplina Christianorum.**

9, f. 104ª — f. 106ᵇ **Hieronymi epistula ad Paulinum presbyterum de institutione monachorum clericorum.**

10, f. 106ᵇ — f. 111ᵇ **Hieronymi epistula ad Nepotianum presbyterum de institutione clericorum.**

11, f. 111ᵇ — f. 118ᵇ **Hieronymi epistula ad Rusticum monachum qualiter vivere debeat.**

12, f. 118ᵇ — f. 122ᵇ **Epistula Hieronymi ad Heliodorum hortatoria.**

13, f. 122ᵇ — f. 123ᵇ **Hieronymi epistula ad Oceanum de vita clericorum.**

*14, f. 124ª **Hymnus in virginem Mariam trochæis rhythmice conpositus.** Sunt versus duplices 24. *Imperatrix reginarum* | *Et saluatrix animarum* | *Preciosa margarita* | *Rosa gelu non atrita — Et ab ipso doceamur* | *Per quod iter gradiamur. Amen.*

*15, f. 124ª — f. 124ᵇ **Carmen similiter conpositum de mundi vita.** *Heu heu mundi uita* | *Quare me delectas ita* etc. Paginæ

f. 124ᵇ pars inferior putredine deleta est. Sunt versus duplices 102.

425. s. IX—X membr. 8° f. 78.

1, f. 1ᵃ — f. 65ᵇ **De utilitate pænitentiæ et quomodo credendum sit de remissione peccatorum per pænitentiam cum præfatione.** *Excepto baptismatis munere quod contra peccatum originale donatum est* etc. Sunt excerpta ex patribus, conciliis etc. in tres libros digesta, quorum capitula f. 4ᵇ—11ᵇ exhibentur. In f. 12ᵃ initio præscriptum est: *LIBER SANCTI PAVLI.* In fine legitur: *EXPLICIUNT CANONES.*

2, f. 65ᵇ **Gregorius Papa Brunigilde regine Francorum, ut nemo ad sacrum ordinem ex datione pecuniæ vel neophitus venire presumat.**

3, f. 65ᵇ — 70ᵇ **Excerpta varia ex epistulis Gregorii.** Sunt autem ad Januarium episcopum Sardiniæ, ad Desiderium episcopum Galliæ, ad Marinianum episcopum Ravennatem, ad Johannem subdiaconum Ravennatem, ad Fortunatum episcopum Neapolis, ad Adrianum notarium, ad Savinum subdiaconum regionarium, ad Teudoricum et Teudibertum regibus Francorum (sic), ad Marinianum ep. Ravenn.

*4, f. 70ᵇ **Oratio supplicatoria.** *Deus iudex iustus fortis* etc.

*5, f. 71ᵃ — f. 78ᵃ **Cæcili** (sic) **Cypriani de duodecim abusivis sæculi.** Secuntur aliquot **excerpta ecclesiastica** nullius fere pretii.

*6, f. 78ᵃ — f. 78ᵇ **Ratio sphæræ Pythagoræ philosophi quam Apuleius descripsit.** *RATIO SPERE PYTHAGORE PHILOSOPHI QVAM APULEIUS DESPST* (sic). *Cum quacumque scire uolueris uel consulere ut puta de ægris qua die incurrit* etc.

F. 78ᵇ post figuram aliquam mathematicam (Pythagoræ sphæram) habes precaria nonnulla, quæ ob putredinem legi nequeunt. Notandum, f. 7ᵇ et 8ᵃ in marginibus aliquot nomina propria enumerata esse appositis unicuique numeris, e. g.: *De præsenti anno* | . . . . | *Giraldus* . . . | *Bertolfus s* | *Albuinus s* etc. Horum nominum et numerorum pars erasa est.

426. s. XVI chart. 8° p. 336. Fol. 1: *B. Aretius B. me possidebat 1554* et alia manu: *Nunc uero Joh. Hortinus 1577.*

1, p. 1 — p. 270 **Rabbi David Kimchi commentum in XII prophetas minores, Latine.**

2, p. 271 — p. 336 **Targum in XII prophetas minores, Latine.** Male Sinnerus I, 239 hunc librum ab ipso B. Aretio Latine redditum esse dixit.

427. s. X membr. 8° f. 71. F. 2ᵃ: *Liber Sancti Remigii uol. XLIX.*

1, f. 1ᵃ — f. 33ᵃ **Fulgentii Mythologiarum libri tres.** Collationem cum Bursiano communicavi, inde Jungmannus hausit, quæ ex nostro codice protulit in sua de Fulgentio commentatione.

*2, f. 33ᵃ — f. 39ᵃ **Fulgentii expositio sermonum antiquorum.** Contuli.

3, f. 39ᵇ — f. 50ᵇ **Eiusdem expositio Virgilianæ continentiæ.**

4, f. 50ᵇ — f. 71ᵃ **Daretis Frigii historia de vastatione Troiæ.** In Meïsteri usum contulit Aemilius Kurzius Castrivillensis discipulus meus. F. 71ᵇ man. sæc. XI quædam de Tenne eiusque noverca leguntur: *Cignus filius fuit neptuni qui habuit filium tennen* etc.

428. s. XIII membr. 8° f. 21. F. 21ᵃ manu sæc. XV: *Iste liber est de communi libraria fratrum beati ludouici de pissiaco ordinis predicatorum.*

1, f. 1ᵃ — f. 14ᵇ **Liber de regimine sanitatis Albohali Evenzoay.** *Capitis cutis conseruabitur si cum balneari debueris — ipse adimplebit uota tua amen. Completus est tractatus de regiminę sanitatis albohali euenzoay ad honorem dei et beate uirginis matris eius de interpretatione profachi de arabico in latinum anno domini M° CC° X°CIX°.*

2, f. 14ᵃ — f. 21ᵃ **Flos florum experimentorum thesauri pauperum.** *Et primo contra casum capillorum. Si capilli capitis cadunt fac lixiuium de cinere* etc. Manu recent. in marg. additum: *Joannis de Tarentasia.* Præterea f. 4ᵇ et f. 20ᵇ marg. inf. manu sæc. XIV—XV leguntur præcepta medica magistrorum *Avizi, Viardi, Guiberti.*

429. s. XIII et XIV membr. 8° f. 97.

*1, f. 1 **Missalis fragmentum.**

2, f. 2ᵃ — f. 33ᵇ **Commenta Halii supra tegni** (sic) **Galieni, mutil. a fine.** *Intendimus edere sermonem exponentem illud quod clausum est de sermone Galieni* etc.

3, f. 34ᵃ — f. 43ᵃ **Commentum Salerni super tabulas.** *Prima columpna prime tabule de purgantibus sanguinem. Notandum quod duodecim sunt tabule* etc.

4, f. 43ᵃ — 44ᵇ **Liber magistri Rogeri de phlebotomia.**

5, f. 46ᵃ (f. 45 vacat) — f. 62ᵇ **Tabulæ physico-medicæ.**

6, f. 63ᵃ — f. 67ᵇ **Summa magistri W. de Congis.** Secuntur f. 68ᵃ tabulæ medicinales.

*7, f. 69ᵃ — f. 74ᵇ **Tractatus medicus de remediis, ab initio mutilus.**

8, f. 75ᵃ — f. 97ᵃ **Tractatus de lapidibus et metallis.** *De commixcione et coagulatione* etc. De lapidibus agitur f. 75ᵃ — f. 88ᵃ; inde a f. 88ᵃ de metallis. Sunt omnino libri V; in fine f. 97ᵃ habes: *Explicit liber mineralium quintus.*

430. s. XIII membr. 8° f. 46. F. 1ᵃ marg. super.: *Iste liber est magistri Salomonis.* In tegumento: *Barbato doctori pertinet.*

Rasis commentum in Hippocratis aphorismos. *Auctoritas ypocratis quales esse debeant discipuli. Sex esse quæ sciri conuenit ab introducendis* etc. Sunt libri X; decimi finis deest. Auctor eius operis Rasis vel Albubeca esse dicitur.

431. s. XV membr. 8° f. 90.

Livre des proprietes qui fait mencion des provinces et du pais. Inc.: *A l'aide de dieu il fault dire aucune chose des parties de la terre et des prouinces par lesquelles le monde est diuise en general et ne dirons pas de toutes mais seulement dont la saincte escripture fait mencion souuent en plusieurs lieux.* Des.: *Les asnes sauuaiges et moult contrefaictes si comme dit ysidores en cellui liure. Et atant fine le XVe liure des proprietes et des prouinces et des pais.*

432. s. IX—X membr. 8° f. 55. F. 55^b marg. inf.: *Hic est liber sancti MAXIMINI MICIAcemsi monasterii quam si quis de istoc loco.* Præfixa est schedula membr. homiliæ particulam includens. Fuit Bongarsii et ante eum Pauli Petavii. Cf. anecdota Helvetica præf. p. XLIII.

1, f. 1^a — f. 30^a **Ars Consentii.** Usus est Henricus Keilius in sua Consentii editione gramm. Lat. vol. V p. 329 seq.

2, f. 30^b — f. 35^b **Ars Agrœcii de orthographia.**

3, f. 35^b — f. 46^a **Institutio Prisciani grammatici Cæsariensis viri eloquentissimi de nomine et pronomine et verbo.**

4, f. 46^a — f. 49^b **Servius de ultimis syllabis.** Contuli in anecdotis Helveticis præf. p. CXCVIII seq.

5, f. 49^b — f. 55^a **Commentarium Seregii de litteris, syllaba** etc. Cf. anecd. Helvet. præf. p. CC seq.

6, f. 55^ab **Tractatus de ultimis syllabis coniunctionis præpositionis atque interiectionis.** Edidi in anecdotis Helveticis præf. p. CXCVI seq.

7, f. 55^b **Introductio in Donati artem.** Edidi in anecd. Helvet. præf. p. XLIII.

433. s. X membr. 8° f. 79.

Ciceronis ad Herennium libri VI. In ultimi folii pagina versa hæc nomina leguntur: *winierus iohannes warembaldus bernacer letaldus azelinus winierus bauo dominicus constantinus erinardus hubertus warnerus oda bezela liezenna emma.* Sequitur sæc. X—XI scriptus librorum aliquot **cuiusdam monasterii catalogus:** *Rethorica ciceronis. Timeus plato. Porphirius cum categoriis aug. — Rhetorica ciceronis ad herennium. Commentum super iuuenalem,* quem edidi in Fleckeiseni annalibus philologicis ann. 1869 p. 570 seq. Codicem excussit Simon Schweinfurtensis a. 1860, cf. eiusdem libellos: Die Handschriften der Rhetorik des Herennius, Progr. 1863. 1864.

434. s. XV chart. 8° f. 73. Eius libri index legitur in cod. 465 f. 1^a, qui et ipse olim cum hoc codice coniunctus fuerat eadem manu scriptus.

1, f. 1 — f. 12^a **Mafei Vegei dialogus inter Alithiam et Philaliten.**

2, f. 12^b — f. 21^b **Liber Faceti de moribus.**

Moribus et uita quisquis uult esse facetus
Me legat et discat que mea musa docet etc.

*3, f. 22ᵃ — f. 31ᵇ **Libellus de contemptu humanæ vitæ, versibus Leoninis: immixta sunt passim disticha.**

Libellus de contemptu humane uite.
In re terrena nichil aliud est nisi pena
In re terrena labor eminet atque cathena —
In qua gaudebunt qui pura mente uidebunt
Et bene gaudebunt que gaudia fine carebunt
Finito libro reddatur gracia christo
Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste.
Explicit libellus de contemptu humane uite.

Inserti sunt huic carmini multi versus ex illis carminibus petiti, quæ cod. Bern. 702 f. 22 seq. extant.

*4, f. 31ᵇ **Querella de huius ætatis vitiis.** *Recessit lex a sacerdotibus. Justicia a principibus. Consilium a senioribus — prudentia a coniugatis. Et sic quilibet recessit a deo salutari suo.*

*5, f. 31ᵇ **Versus sex argumenti ethici.**

Vir pius et sapiens a cunctis debet amari
Impius et sapiens multum debet dubitari
Impius insipiens nullis debet sociari
Vir pius insipiens pietate potest tollerari.
Qui non assuescit uirtutibus dum iuuenescit
A uiciis nescit discedere quando senescit.

*6, f. 32ᵃ — f. 32ᵇ **Interrogatoria theologica Beati Anselmi.** *Ista sunt interrogatoria que debent fieri cuique Christiano infirmo in sua bona memoria existenti et ad mortem declinanti iuxta intentionem beati Anselmi* etc.

*7, f. 32ᵇ **Sententiæ nonnullæ de confessione et peccatis.**

8, f. 33ᵃ — f. 38ᵇ **Berardini ord. S. Augustini directorium confessionis.**

*9, f. 38ᵇ — f. 39ᵇ **Variæ sententiæ theologicæ, partim versibus conceptæ.** *Inanis est penitencia quam sequens coinquinat culpa — Consilium iuuenum | Sic et latens odium | Et commodum proprium | destruunt imperium.* Inter hæc f. 39ᵃ agitur de oratione dominica, f. 39ᵇ de principalibus gaudiis paradisi, de pœnis principalibus inferni, de septem ætatibus hominis.

10, f. 40ᵃ — f. 41ᵇ **Festa palatii sacri apostolici.** *Festa palacii sacri apostolici causarum hec sunt. Januarius habet dies XXXI A festo circumcisionis usque ad festum epyphanie inclusiue* etc.

11, f. 46ᵇ **Sententiæ variæ theologicæ.** Secuntur versus duo hi:

Est graue prestare grauius prestata rogare
Presto do rorem perdo rogantis amorem.

12, f. 42ᵃ — f. 42ᵇ **Excerptum Augustini de die dominico observando.**

13, f. 42ᵇ **Sententiæ variæ theologicæ.** Præcedunt hi versus:

Stet domus ista donec fluctus formica marinos
Ebibat et totum testudo perambulet orbem.

Nec non hi:

Stans coram nato plorans mitissima uirgo
Orat pro nobis cupiens nos iungere sanctis.

Subeunt versus hi:

Non tantum Petro des quam queras sibi retro
Da cito quod dare uis si donum perdere non uis.

14, f. 43ª — f. 45ª **Epistola beati Bernardi Abbatis Clarevallis ad Raymundum militem B. Cavellarii.**

15, f. 45ᵇ **Sententiæ variæ theologicæ.** Secuntur hi versus:

Peccatum . tua mors . mors Christi . pena Jehenne
Judicium . uita . tibi sint hec sex meditanda.

16, f. 46ª — f. 47ª **Epistula anonymi ad regem quendam anonymum de fide Christiana. Deest titulus.** *Non meum fugit animum princeps Christianissime quot aduersum me concitem calumpnias et quantis emulorum me latratibus obiciam dum humilis et ignotus sensu simul ac natu iunior tue celse maiestati scribere de rebus arduissimis et maximis aggredior — Vale rex illustrissime principium nostri seculi lux et decus et quam a deo dumtaxat gloriaris accepisse potenciam in sue nunc ecclesie leuamen et auxilium refundito.* Versus finem eius epistulæ hæc habes: *Procul sit ab ea spe quam nos de te concipimus hec infamis et inhonora uox ut quis per regem Francie stare dicat quominus pax ecclesie reformetur.* In extrema f. 47ª parte nonnullæ sententiæ breves additæ sunt versusque aliquot, nempe hi:

Sepe solet similis filius esse patris
Insequitur leuiter filia matris iter.
Post mortis morsum uertit dilectio dorsum
Finita uita finit et amor ita.

17, f. 47ᵇ — f. 48ª **Epistula Ventali cuiusdam super condicionibus Christi.** *Epistola reperta in annalibus rome missa senatui per quendam uentalum qui tunc temporis officialis romani populi in iudee partibus morabatur super condicionibus Christi. Mos quidem erat quod ex uniuersis mondi partibus qui præerant prouinciis senatui roman. scriberent nouitates singulas que oriebantur. Sequitur epistola. Apparuit temporibus nostris et adhuc est homo magne uirtutis nominatus Xpus yhus — In statum corporis propagatus et rectus manus habens et brachia uisu delectabilia in colloquio grauis rarus et modestus inter filios homin.*

18, f. 48ª — f. 48ᵇ **Epistula Pontii Pilati ad Tiberium Claudium Imperatorem super crucifixione et resurrectione Christi.** *Sequitur alia epistola quam Pontius pilatus de hiis que Jherosolimis sub eo gesta erant Tiberio claudio Imperatori scripsit super crucifixione et resurrectione Christi. Poncius pilatus Claudio salutem. nuper accidit quod et ipse probaui* etc.

*19, f. 48ᵇ — f. 49ª **Sententiæ variæ theologicæ ex Gregorio et Augustino collectæ.** Præmittuntur hi versus:

Cum sit ubique deus nullus locus est sine teste
Ergo quid dicis uel agis fac sic quod fiat honeste.
Si quis erit qui seruierit tibi, uirgo, perire
Non poterit nec dignus erit tormenta subire.
Sane preterita dant documenta futuris
Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

*20, f. 49[a] **Epistula beati Bernardi ad Eugenium Papam tertium de Romanis.** *Romani ante omnia sapientes sunt ut faciant mala bona autem facere nesciunt —*

Non est in medico semper releuetur ut eger.
Interdum docta plus ualet arte manus.

*21, f. 49[b] **Præcepta moralia.** *Cela secreta . loquere pauca . verax esto. ne sis uelox — Numquam secreta tua uxori neque pueris reueles quoniam pueri et mulieres illud celant quod ignorant.*

*22, f. 49[b] — f. 50[a] **Versus de monacha et clerico. Sunt disticha IX.** *Quedam monacha nigris uestibus induta diligens quemdam clericum uolens quod ageret rem cum ea at ille nolens se consentire peccato se realiter hiis uersibus excusauit.*

Versus. *Te michi meque tibi genus etas et decor equat*
Cur non ergo sumus sic in amore pares —
Cum non sit rectum uicini frangere lectum
Plus reor esse reum zelotipare deum.

*23, f. 50[a] **Versus XIV varii argumenti.**

Nobilis es genere debes humilis magis esse —
Et labor et dire subit inclementia mortis.

*24, f. 50[a] **De septem generibus stultorum.** *Qui tantum minatur quod non timetur — qui credit quod uerisimile non uidetur.*

*25, f. 50[a] **De septem rebus, quæ civitatem perturbant.** *Septem sunt perturbancia ciuitatem. Cupidus sacerdos in templo — accusatores in secreto et detrahentes in thalamo.*

*26, f. 50[b] — f. 55[b] **Sententiæ variæ et philosophicæ et theologicæ, partim versibus conscriptæ, una cum excerptis nonnullis varii argumenti.** Habes inter hæc f. 50[b] versus quattuor, *qui in spada scripti fuerunt, quam Pius papa secundus misit Ludouico regi Franciæ:*

Exerat ut theucos tua me ludouice furentes
Dextera graiorum sanguinis ultor ero.
Corruet imperium mahumetis et inclita rursus
Francorum uirtus te petet astra duce.

F. 51[a] versus quattuor de tribus Herodibus:

Occidit pueros Herodes Ascalonita etc.

Ibid. *Fridericus Imperator scripsit Innocenti Papæ istos uersus:*

Astra docent et fata monent. demumque uolatus
Quod Fridericus ego malleus orbis ero.
Roma diu titubans uariis erratibus acta
Decidet et mundi desinet esse caput.

Sequitur:

Innocens Friderico rescripsit.
Astra silent, nil fata docent, nil predicat ales
Solius est proprium nosse futura dei.
Nitteris incassum Petri subuertere classem:
Fluctuat et numquam desinet esse caput.

Ibid. *Augustinus de aduentu Christi ad iudicium. Superius iudex iratus infernis — latere impossibile apparere intollerabile.*

F. 53ᵃ *Gasparinus pergamensis super epistola ... senece sic ista nomina diffinit. Nota quod ista nomina sensus ratio spiritus in sba.* (substantia) *idem sunt* etc.

F. 53ᵇ *Catho uticensis. Si absque femina posset esse mundus conuersatio nostra non esset absque diis.*

Ibid. *Ptolomeus. Qui in mundo permanere uoluerit cor paciens aduersitatibus preparet.*

F. 54ᵇ *De nece apostolorum ita legitur in quadam cronica ut refert catholicum in hoc uerbo apostolus. Claudius imperator. Marcus euuangelista scribit. Apostoli per orbem diuiduntur — Marcus alexandrie martirium compleuit. Barnabas in salamina crematur.*

Secuntur versus XII de duodecim apostolis:

Roma docente Petro famulatur credula Christo —
Persarum genti subuenit dogma mathei.

27, f. 56ᵃ — f. 59ᵇ **De vita et obitu apostolorum secundum Isidorum et Hieronymum.** *Incipit uita origo et obitus apostolorum et prophetarum quorundam in sexta etate mundi. Capitulum primum de origine uita et morte eorum. Et primo de Zacharia patre iohannis. Zacharias et elisabeth interpretantur iusti testante luca euuangelista* etc.

28, f. 59ᵇ — f. 65ᵃ **De vita et obitu prophetarum secundum Isidorum et Hieronymum.** *Incipiunt nomina prophetarum omnium et interpretatio nominum eorum et uita et mores tempora et genus et acta uniuscuiusque prophete secundum Ysidorum et Jheronimum et primo de dauid. Dauid rex et propheta de genere Juda filius iesse* etc.

F. 65ᵇ scriptura vacat.

29, f. 66ᵇ — f. 69ᵇ (alia manu, quam præcedentia) **Epistulæ Pauli et Senecæ.** Præmissum est excerptum ex Hieronymo de Seneca.

30, f. 70ᵃ — f. 73ᵇ **Epistula Hussitarum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus missa.** *HÆC EPISTOLA SCRIPTA EST PER HVSSITAS VT CREDITVR TAMQVAM A PRINCIPE TENEBRARVM ET MISSA SANCTE ROMANE ÆCCLESIÆ CARDINALIBVS. Lucifer princeps tenebrarum terrestria regens profundi acherontis imperator dux orbis rex inferni rectorque iehenne uniuersis filiis regni nostri filiis superbiæ præcipue moderni temporis — Signatum sub nostro terribili caractere quod continet figuram mortis æterne in robur omnium præmissorum.* Cf. cod. 437, 2.

435. s. XII membr. 8° f. 68.
Boetii consolationis philosophiæ libri quinque. Liber a fine mutilus desinit in hæc verba: *pariter uitæ suæ plenitudinem nequeat possidere* = p. 140, 45 ed. Peiper Teubn. 1871. Cf. de hoc libro Peiperi ed. præf. p. VIIII extrem.

436. s. XI—XII membr. 8° f. 76. Fuit Bongarsii.
Macrobii commentum in Ciceronis de somno Scipionis librum. Ciceronis libellus præmissus est. Macrobii commentario inde a fol. 3[b] præfixa sunt nonnulla de Macrobii vita scriptisque: *M]acrobius olim cretes hoc est somniorum iudex uel interpres commentatus est in scripionis apocalipsi* etc. Extant hæ nullius pretii nugæ apud Sinnerum catal. I p. 518—519 (p. 519 lin. 8 init. post *diuersitatibus* inseras *etiam*).

437. s. XV chart. 8° f. 17.
1, f. 1[a] — f. 10[b] **Universitas Parisiensis de ratione ineundæ pacis in causa religionis ad Carolum Regem Francorum.** *Christianissimo ac religionis ortodoxe zelatissimo principi karolo dei gratia regi francorum illustrissimo deuota sue celsitudinis filia uniuersitas studii parisien.* etc. In fine legitur: *anno domini 1394 . . . III[a]. . . . Vincentius de campo torto.*
2, f. 11[a] — f. 14[b] **Epistola Leviathan ad psendo** (sic) **prelatos ecclesie pro scismate conficiendo.** *L]euiathan princeps pac. mundi uniuersis prælatis regni sui pac. uirtutem* etc. *Cum prælium gentibus amputarem* (?) *et uniuersum orbem dictioni mee subiugassem* etc. Cf. cod. 434, 30.
3, f. 15[a] — f. 16[b] **Epistula rectoris et universitatis studii Parisiensis ad Papam.** *Cogit tandem nos pater beatissime Christi fides cogit christiane religionis deuocio* etc.
*4, f. 16[b] — f. 17[a] **Eorundem epistula ad cardinales.** *Scribimus reuerendissimi patres domino nostro summo pontifici super facto unionis ecclesie litteras oratorias* etc.

438. s. XIV—XV partim membr., partim chart. 8° f. 167. Fuit Bongarsii.
1, f. 1[a] — f. 109[a] **Ciceronis Tusculanæ quæstiones.**
2, f. 109[a] — f. 167[b] **Frontini strategemata.** Sinn. falso nr. 38 posuit I, 380.

439. s. XIII—XIV membr. 8° f. 165. Fuit *de conuentu fratrum celestinorum de metis.*
1, f. 1[a] — f. 74[a] **Græcismus Eberhardi Bethuniensis, cum glossis.** *Quoniam ignorancie nebulo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem asininam exprimentes* etc.
*2, f. 74[b] **Excerptum theologicum.**
3, f. 75[a] — f. 98[b] **Ars grammatica.** *Partes orationis quot sunt et c. Magister nomen appellatiuum generis masculini numeri singularis* etc. Huic arti inserta est f. 76[a] — f. 77[b] **ars grammatica Gallice** scripta. Inde a f. 88[b] de syntaxi agitur. In fine habes: *Explicit de regimine casuum dato per uersus.* Hoc eo spectat, quod a f. 98[a] hæc ars versibus condita est.

4, f. 99ᵃ — f. 122ᵇ **Verborum conspectus alphabeticus.** *Abdico. cas aui atum. Abiugo* etc. Suprascriptæ sunt glossæ partim Latine, partim Gallice.

5, f. 123ᵃ — f. 137ᵃ **Ars grammatica, cui titulus est Arcubius.** *Quoniam omne metrum constat ex pedibus pes autem ex sillabis* etc. *Arcubius descendens de turre frangitur crus. In hoc latino tria noto. primo quod arcubius idem est quod excubitor gallice escargaite* etc. *Explicit libellus arcubius.*

6, f. 137ᵃ — f. 137ᵇ **Carmen de figuris.** *Prothesis apponit capud auferesisque rescindit* etc. In fine: *Exstat anadyplosis cum finit ut incipit ille. Explicit optimus libellus de grammatica.*

7, f. 138ᵃ — f. 151ᵇ **Theodulus, cum glossis.** *Ethiopum terras iam feruida torruit estas* etc. In fine: *Explicit theodolus. Pro tanto dono tamen plus scribere nolo.*

*8, f. 151ᵇ **Carmen de diversis scientiis v. XXIII.**

Gramatice cura recte loquor absque figura
rettorice studio uerba polire scio etc.

*9, f. 152ᵃ — f. 165 **Carmen philosophico — grammaticum, cum glossis.**

Sol proprie praui mens conscia gratia doctor
Sol intellectus eternum prosperitasque etc.

A fine mutilum esse videtur; postremi versus sunt hi:

Corpus habet uires animis est insita uirtus
Vis in utroque manet uis ratione caret.

440. s. XV in membr. 8° f. 234.

Firmiani Lactantii libri novem (institut. divin. libri VII, de ira Dei liber octavus, de opificio dei liber nonus). Præmissa sunt testimonia de Lactantio:

a, Hieronymi in libro illustrium virorum.
b, Augustini.
c, Francisci Petrarchæ laureati poetæ.
d, Radulphi de praellis parisiensis.

In fine amplissimus rerum index adiectus est.

F. 234ᵃ marg. inf. legitur: *frater Johannes bretonelli M.*

441. s. IX membr. 8° f. 16.

Computus cum calendario, sine titulo. *Januarius augustus et december IIII nonas habent XVIIII Kal. post idus* etc. Fr. 2ᵇ *Ordo solaris anni cum litteris a Sancto Hieronymo superpositis ad explorandum septimanae diem et ad lunæ ætatem inuestigandam in unoquoque die per decem et nouem annos. Grecorum mensis eiydyneos signum in capricorni. Principium iani sancit tropicus capricornus. Lun. ianuar. in media nocte accenditur. MENSIS IAN. HABET DIES XXXI. LUN. XXX.* Additi sunt sanctorum dies festi. Codex Aureliani vel Autissiodori scriptus est teste Fiala Solodurensi. Singulis mensibus bini versus præmissi sunt, quorum priores ad dies Aegyptiacos pertinent.

F. 14ᵇ agitur de pascha: *Notum sit omnibus hominibus ut quicunque aduentum domini ueratiter* (sic) *celebrare uult* etc. Ibid.: *Regulares ad inueniendam diem septimane in XIIII luna paschali. Com. None aprilis Norunt quinos V* etc.

F. 15ᵃ *De diuersis causis probatio per lunam. LUN. I. Hæc dies ad omnia agenda utilis est. In lecto qui inciderit diut* (sic) *languescet* etc.

F. 15ᵇ preces piæ et excerpta astronomica pauca leguntur.

442. s. X membr. 8° f. 72. Fuit Francisci Danielis.

1, f. 1ᵃ – f. 36ᵇ **Canonum ecclesiasticorum excerpta.** F. 1ᵃ *QVATTVOR PRINCIPALIA CONSTAT ESSE CONCILIA. Primum eorum nicena synodus est CCCXVIII episcoporum constantino imperante — concordantia omnimodis sanctorum apostolicorum uenerabilibus decretis. Amen. DE DOCTRINA ET EXEMPLIS EPISCOPORVM. ISIDORUS. Tam doctrina quam uita clarere debet ecclesiasticus doctor* etc.

F. 9ᵇ *EX GRECIS ET LATINIS CANONIB; ET SYNODIS ROMANIS ATQVE DECRETIS PRÆSULUM AD PRINCIPUM ROMANORUM HÆC CAPITULA SPARSIM COLLECTA SUNT ET AB ANGILRAMNO MEDIOMATRICE URBIS EPISCOPO ROMÆ A BEATO PAPA ADRIANO TRADITA SUB DIE XIII KL. OCTOBRS. INDICTION. VIIII QVANDO PRO SVI NEGOTII CAUSA AGEBATUR. CAP. I. Dei accusationem accusat in qua constituuntur qui episcopos accusat uel condempnat* etc. In fine: *EXPLICIT CAN. DO. GRATIAS.*

2, f. 36ᵇ — f. 37ᵃ **Epistola formata Attici episcopi Constantinopolitani cap. LX.** *Greca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullis qui uelut* (fuit: *uult*) *tenuiter greci sermonis notitiam habet* etc.

3, f. 37ᵃ — f. 38ᵃ **Item alia formata.** *Dominorum egregio ac sophistica facundia glorioso spiritalique docmate admode florato* etc.

4, f. 39ᵃ — f. 71ᵇ **Lex Salica.** Præmissa sunt scribente P. Daniele testimonia de lege Salica.

*5, f. 72ᵃᵇ **Excerpta ex canonibus, fragm.** *inscio episcopo eorum patiantur sed quicquid quis aduersus eos habuerit in notitiam episcopi proprii ducat — Cp. XLVIIII STATVTA Ecclesia ANTIQVA Quærendam.*

443. s. XVI chart. 8° f. 29.

P. Tredehan versio Gallica secundi libri Vergilii Aeneidos, cum scholiis. *Vn chacun d'eux se teut: et desireux d'entendre* etc. Præmissa est epistula dedicatoria ad syndicum et senatum Bernensem scripta: *Messieurs les Aduoyé et conseil de Berne. La saincte et fraternelle hospitalité de laquelle auez usé et usez encores iournellement enuers les studieux estrangers, m'a fait en honneste hardiesse uenir par deuers vous* etc. *De Lausanne ce 24 Nouembre 1562.*

444. s. XVI chart. 8° f. 88.
Diodori Siculi libri XVIII versio Italica Pompilii Amasei. *Il decimo ottauo libro dell' Historie di Diodoro Siculo tradotto dal Greco da Pompilio Amaseo.* Præmissa sunt capitula libri XIX et XX.

445. s. XV membr. 8° f. 49. Fuit Nicolai Brachet 1505.
Francisci Barbari de re uxoria ad Laurentium Mediceum.

446. s. XIV membr. 8° f. 75.
1, f. 1^a — f. 20^b **Tractatus de dialectica.**
2, f. 21^a — f. 37^b **Item de eadem re Magistri Ricardi.** In fine: *Expliciunt soluta* (?) *cum obligationibus et insolibilibus* (sic) *datus a magistro ricardo de resolutione* (? *risulutone* cod.) etc.
3, f. 38^a — f. 67^a **Tractatus de logica.** *Regulas soluendi so*ᵃ*ta* (sophismata?) *non ea quidem quæ apparenti contradictione* etc. F. 67^b formula mystica ad malum arcendum scripta est.
4, f. 68^a — f. 75^b **Tractatus de proportione mathematicus.**

447. s. XIII—XIV membr. 8° f. 24.
***Donatorium vel rationarium Sancti Martini Sagiensis monasterii.** Continet præterea defunctorum nomina. Mutil. est ab initio et a calce; incipit enim a II Non. Mart. et desinit in Idus Septembres. Ad monasterium Sagiense (Seetz) hæc pertinere vidit Ph. Jaffé a. 1861.

448. s. XIV—XV chart. 8° f. 273.
*1, f. 1^a — f. 109^a **Excerpta de iure canonico et historia ecclesiastica.**
2, f. 111^a — f. 138^b **Tractatus theologici diversi.**
*3, f. 142^a — f. 154^b **De legum latione excerpta.**
*4, f. 155^a — f. 171^b **De quorundam baccalaureorum contentione.**
5, f. 173^a — f. 243^a **Flores Beati Augustini ex eius libris de civitate Dei collecti.**
*6, f. 245^a — f. 273^b **Excerpta varia theologica.**

449. s. XV chart. 8° f. 80.
1, f. 1^a—56^a **Juliani convivium, Græce, mutil. a calce.** *Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος συμπόσιον ἢ κρόνιον. Ἐπειδὴ δίδωσιν ὁ θεὸς παίζειν* etc. — *αὐτῶν ἐνομίζοντο τῶν θεῶν παῖδες δῆλον δὲ ἐνθένδε.*
2, f. 58^a (f. 56^b et 57 vacant) — f. 72^a **Historiæ Gregorii theologi, Græce.** *Ἱστορίαι τοῦ ἐν ἁγίοις πρῖ ἡμῶν γρηγορίου τοῦ θεολόγου ὧν ἐμνήσθη ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τοὺς μακκαβαίους. Ἢ μασθοὺς παρεδείκνυ καὶ τροφῆς ἀνεμίμνησκε. Τὰ τοῦ ὁμήρου δὲ οἶμαι ὁ θεόλογος ἐνταῦθα ἐμιμήσατο* etc. F. 58^b *ἐκ τοῦ εἰς τὸν κυπριανὸν λόγου.* F. 59^a *ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν μέγαν βασίλειον.* F. 64^b *ἱστορίαι τῶν φώτων.*
3, f. 73^a — f. 80^b **Collectio legum, Græce (fragmentum ecloges Basilicorum).** *Ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ κάππα στοιχείου. περὶ*

κακοτρόπων ἤτοι περιέργων καὶ δολίων τῶν τὸ ἑτέρῳ ὑποκείμενον . . . . . ὡς ἴδιον καὶ ἀνεύθυνον πρὸς ἕτερον μεταφέρονται οἵτινες καὶ τὸ . . . . ὑπόκεινται ἐγκλήματι ὡς ἀντιβαδιασταὶ . . . . Τὸ κατὰ τῶν περιέργων ἔγκλημα οὔτε τοῖς ποιναλίοις δικαστηρίοις οὔτε τοῖς χρηματιστικαῖς ἀγωγαῖς περιέχεται — ἀπαλλάσσεται τοῦ ἐγκλήματος. Sequitur eadem pagina (f. 73ᵃ): περὶ κανόνων διαφόρων νομίμων. . . . . Κανὼν ἐστὶ σύντομος τοῦ πράγματος ἀφήγησις καὶ σύνδεσμος — ἔχων παραγραφὴν οὐκ ἔστι χρέωσις. Ultimo loco agi videtur de ære alieno. Adscripta sunt scholia, Græce.

450. s. XVI chart. 8° miscell.

Philologica a Petro Daniele collecta. Inest epistularum collectionis a Petro Daniele institutæ apographon ipsius. Sinnerus non nisi epistularum collectionem respexit.

1, Observationes criticæ ad Festum, Cornelium Nepotem, Vergilium, Sidonium, Gilbertum Regium, Gratiani rhapsodiam Conciliorum, Fulgentium Planciadem de sermon. antiq., Vibium Sequestrem.

2, f 8 Tractatus anonymi (Huralti?) de linguæ Græcæ pronuntiatione. *Scholia Eustathii in uersus primæ Iliadis hic notatos uenerunt in hanc disquisitionem, an inde progressio repetitæ pronuntiationis græcæ retardetur. Cum seram et antiquam græce pronuntiandi rationem elaboraremus ac instrueremus, D. Daniel uir priscæ literaturæ studiis ualde deditus atque magister Boitallæi patruelis nostri liberaliter eruditus nos amice monuit esse apud Eustathium* etc. Cf. commentationem meam de Petro Daniele progr. acad. Bern. 1873 p. 10.

3, Excerpta de aliquot inscriptionibus Græcis.

4. Conspectus regum Romanorum ab Aenea usque ad Amulium.

5, Animadversiones criticæ ad librum Giraldi de historia poetarum.

6, Excerpta ex 'veteri codice' ad Plauti Casinam pertinentia.

7, Observatio critica de Plauti Curculionis loco.

8, Interpretatio Latina quorundam vocabulorum, quæ in Demosthenis Leptinea leguntur.

9, Animadversiones de Justino.

10, Scholiastæ alicuius, ni fallor, locus ex lib. mscr. excerptus: *pag. 104. Et Homerum* (Il. 19, 357) *Jouem dixisse in aliqua parte cœlum ωCAOTOY IαPΦEIα INEΦEA AIΔIOC EXΠOTOαNTOI et ipsum Aratum* etc.

11, Observationes de Petronio. Præmissum est: 'Ex Cuiacio'. In pag. altera legitur apographon illorum versuum, qui scripti sunt in cod. Bern. A. 90 fragm. 29 fol. 5ᵇ et 6ᵃ. Atque hæc sibi visus est legere Petrus Daniel: *HVNC AVCTORE DEO PARUUM SIBI PONDO LIBELLVM | FRATER LELALDUS VTILE FECIT OPUS | ORDINE VERBORUM MAGNI SCRI.... PRISCIANI | SVASV GIRALDI O BENEDICTE TIBI.*

12, Excerpta versuum de dactylo, hexametro, pentametro:
Dactylus ex longa breuibusque duabus habetur etc.
Versibus hexametris debet regione locari etc.
Quarta pentametri quintaue locas Anapaestum etc.

13, Vocabulorum aliquot Græcorum interpretatio.

14, Ex Donato Vergilii commentatore locus de recta vocabuli 'condicio' scriptura.

15, Observationes criticæ in Athenagoram, Tertullianum et Augustinum.

16, Animadversiones de nonnullis Ovidii et Horatii locis. Excerpta ex Cicerone et Seneca.

17, Animadversio de loco Ausonii Mosellæ (de urbis Novomagi nomine). Gallice.

18, Observationes ad Hadriani Junii Emb.

19, Adumbratio epistulæ P. Danielis ad nescio quem scriptæ, in qua de Vergilii et Servii editione agitur. Gallice.

20, Observationes de particula 'qua'.

21, Ex manuscripto. De bello et pace octostichon.
Pax plutum gignit: producta superbia Pluto est:
Hæc odia et lites bellaque semper habet.
Bellum paupertas sequitur, mox uertice toto
Subsidunt cristæ et cornua tota cadunt.
Plebs ubi morigera est uisque (?) *ferocia cessit,*
Jam postliminio pax redit alma suo.
Rursum pax plutum gignit, sic numina rerum
Alternant uarias perpetuantque uices.

Sequitur index cuiusdam libri; in fine legitur epigramma ad Christianum Tirunculum:
Qua sit iter uirtutis habe puer idque teneto
Si tibi consultum rectius esse uelis etc.

22, Excerptum Græcum: *ὅσοι ἐβασίλευσαν τῶν Ῥωμαίων.*

23, Verborum quorundam Græcorum interpretatio Græca. *Κυοφορούμενος λέγεται ὁ μετὰ θάνατον τοῦ προστικτόμενος* etc.

24, Scaligeri emendationes aliquot glossarii veteris in Vergilii catalectorum editione prolatæ.

25, Observationes aliquot in Vergilium.

26, Epistula anonymi ad nescio quem. *Domine, meum ad te filium mitto quem si animam meam dicam, non mentiar* etc. Sub finem: *Mereri de me ille Dominus Daniel præclarius non potest quam si filium quam maxima diligentia uirtute et literis erudiat* etc. Cf. commentationem meam de Petro Daniele progr. univ. 1873 p. 10. 11.

27, Adnotationes in Aristophanis Ranas, Ecclesiazusas, Thesmophoriazusas etc. Sunt folia X.

28, Adnotatio de Censorino: *Admonuit me Cl. Goustæus se uidisse exemplar Censorini uetustissimum cui titulus erat commentationum atque in eo præfationem aut aliud quidpiam non adhuc*

excusum legisse. Quædam excerpta de Cornuto: collectio aliquot fragmentorum Livii historici.

29, Adumbratio epistulæ ad nescio quem scriptæ, Gallice: *Monsieur ie parlai hier a Monsieur de Morsan qui me promist de prier Madame quant a Monsieur de Painpont* etc.

30. Ex veteri lexico Latino-Græco Ant. Loiselii: *Aquam manibus* ὕδωρ πρὸς χεῖρας. *Densa te* σύναγε σε *pressez uous* etc. Insertæ sunt emendationes. In fine legitur: *Præfectus* ἔπαρχος. *Pristinus* ἀρχαῖος. *His explicit Lexicon uetustum Antonii Loiselii quod ex parte descripsi 1564.* Sunt folia 6.

31, *Dictionaire francoys. Arsenal que vulgairement nous appelons archenat ou arsenal est un lieu public auquel on delibere des affaires publiques forte ab arce arcenal* etc. Sunt folia 3.

32, Versus aliquot:

At tu quisquis es hunc uirum sepulchro
Qui dolis patris carere parce.
Quas optamus habere sempiternum etc.

33, Definitio vocis 'compensatio'.

34, *Bartholomeus Facii de uitæ felicitate. Itaque miror si tantum mihi modo tribuisti* etc. Excerpta ex epistula Bartholomæi Facii ad Guarinum, sæc. XV scripta (fol. 2).

35, Epistula P. Danielis ad Guilelmum: *Reddidit mihi litteras tuas N. frater tuus guilielme suauissime ex quibus incredibilem sane cepi uoluptatem* etc. Sine loco et anno.

36, Observationes de vocabulis 'vappa', 'balatro' etc.

37, Excerpta orthographica ex Quintiliano etc.

38, Coniecturæ aliquot.

39, Excerpta orthographica.

40, Excerpta ex manuscr. P. Pithœi ad scriptorem aliquem grammaticum Latinum pertinentia.

41, Excerpta iuridica, fol. 7.

42, Observationes ad Juvenalis sat. I. fol. 3.

43, Observationes de Plauto aliquot.

44, Excerpta ex vet. lexico.

45, Observationes in Varronem de re rustica, et Festum s. v. nænia.

46, Observatio de verbo 'porricere'.

47, Adnotationes in Juvenalis saturas (non sunt P. Danielis) fol. 30.

48, Epistularum clarorum virorum collectio a Petro Daniele instituta. Sunt omnia P. Danielis autographa: idem margini ascripsit, si quæ in archetypo non obvia addidit.

1, Stephanus Doletus Dampetro. Lugduni 8 Idus Octobr. 1537.
2, Antonius Contius Guilelmo Fornerio Biturigibus. 4 Nonas Novembr. 1561.
3, Cuiacius Viglio Zuichemo. Biturig. Kal. April. MDLXII.
4, Jo. Brodæus Nic. Compino. Turone Cal. Novemb. 1561.
5, J. Cuiacius Jo. Valenti. Bitur. 8 Kal. Martii 1561.
6, J. Cuiacius Franc. Danieli adolescenti (cum Danielis nota marg.: '*adolescenti*' *uacat in archetypo*) Biturig. Kal. Mart. 1560.

7, Jo. Calvinus Nicolao Chemino. Novioduni prid. Id. Maias 1528.
8, Idem Fr. Danieli Melliarii 8 Idus Sept. MDXXIX.
9, Idem Nicolao Chemino. Lutetiæ pridie Simonis 1529.
10, Idem Fr. Danieli Parisiis 1530.
11, Idem eidem. Parisiis 5 Calend. Jul. 1529.
12, Idem eidem. Ex Acropoli 15 Cal. Februar. 1530.
13, Idem eidem. Sine loco et anno.
14, Idem eidem. Ex Acropoli. Sine anno.
15, A. Castelneus Nic. Beraldo. Tholosæ 3 Cal. Junii 1534 (*e Gallico Castelnœi Latina facta a Fr. Daniele iuniore* add. P. Daniel).
16, Nic. Beraldus Jac. Viartio. Castellioni Calend. April. 1535.
17, Jo. Calvinus Fr. Danieli. Paris. 10 Cal. Maias. Sine anno.
18, Jo. Dampetrus Jac. Viartio Aurelio. Ex Magdalena 5 Cal. Decembr. Sine anno.
19, Jo. Thruchius Jac. Viartio Aurelio. Lutetiæ IX Cal. Decembr.
20, Idem eidem. Aureliæ.
21, Idem eidem. Sine loco et anno.
22, Idem eidem. Aureliæ.
23, J. Truchius Jacobo Groslotio maiori Juridico Aurelianensi. Aureliæ Nonis Novembris.
24, Idem Hieronymo Groslotio. Sine loco et anno.
25, Idem Gabrieli Calleo. Aureliani 3. Non. Novemb.
26, Idem Barptholomæo Pratano. Aureliani ad 8. Id. Novemb.
27, Idem Viartio. Sine loco et anno.
28, Lodoicus Valens Jac. Viartio. Sine l. et a.
29, Idem Jo. Truchio. Lutetiæ 7 Idus Jul.
30, Idem eidem. Lutetiæ 6 Idus Julias.
31, Idem eidem. Lutetiæ ad Idus Julias.
32, Jo. Truchius J. Viartio. E nova nostra bibliotheca 9 Cal. Febr.
33, Mich. Garnarius Jo. Truchio doctissimo legum professori (P. Daniel add.: *Is fuit Plessiacus Gymnasiarcha*). Sine loco et anno.
34, Jo. Truchius Jac. Groslotio. 3 Cal. Sept.
35, Lodoicus Valens J. Truchio. 7 Cal. Dec.
36, Nic. Beraldus Guil. Christiano. Lutetiæ Nonis Juliis.
37, Idem eidem. Aureliæ Martinalibus 1534.
38, Idem eidem. Lutetiæ 3 Calend. Maias.
39, Idem eidem. Lutetiæ 9 Cal. Martias.
40, Jac. Tusanus Guil. Christiano. Lutetiæ 3 Cal. Junias.
41, Nic. Beraldus Guil. Christiano. Lut. Cal. Jul.
42, Idem eidem. Lutetiæ 6 Non. Julias.
43, Idem eidem. Lutetiæ Idibus Juliis.
44, Idem eidem. Lutetiæ 7 Cal. August.
45, Idem eidem. Castellioni.
46, Idem eidem. Lutetiæ 5 Cal. Novemb.

47, Nic. Beraldus Franc. Beraldo filio. Ex Agriavilla Nonis Januariis 1533.
48, Idem eidem. Castellioni 14 Calend. April.
49, Jo. Capellanus Guil. Christiano. Ex Reg. . aræ D. Germani 6 Kal. Aug. 1559.
50, Gentianus Hervetus Guil. Christiano Regio Medico. Cravantii 9 Cal. Octobr. 1559.
51, Idem eidem. Cravantii 4 Id. Novemb. 1559.
52, Idem eidem. Gandani 11 Kal. Maias 1544.
53, Idem eidem. Arbosii 9 Kal. Maii 1544.
54, Idem eidem. Arbosii 18 Kal. Dec. 1544.
55, Fr. Daniel Jac. Viartio. Aureliæ 1531.
56, Idem Domino de Casa Dei Abbati. Aureliæ 3 Kal. Maii 1531.
57, Idem J. Viartio. 1531.
58, Idem Varadæo. Idibus Maii 1531.
59, Idem Jo. Calvino. Aureliæ Nonis Martiis 1531.
60, Idem eidem. Aureliæ Id. Maiis 1531.
61, Idem eidem. Aureliæ 6 Cal. Jan. 1531.
62, Idem Nic. Chemino. Aureliæ 3 Calend. Januar. 1531.
63, Des. Erasmus Petro Castellano. Friburgi Brisgoæ prid. natæ virginis 1529.
64, Jo. Calvinus Fr. Danieli. Lausannæ 3 Id. Octobr.
65, Idem eidem. Sine loco et anno.
66, Idem eidem. 6 Cal. Decembr. 1559.
67, Idem eidem. Pridie Februarii 1560.
68, Franc. Daniel Jo. Calvino. Sine loco et anno.
69, Jo. Dampetrus Rectori Bell. Ex tua Magdalena die Sabbati.
70, Idem Jacobo Groslotio. Ex Magdalena 4 Idus Junias.
71, Jac. Viartius Petro Burdinæo. Idus Novemb.
72, Petrus Burdinæus Joanni Voësio. Aur. 3 Non. Jan. 1557.
73, Joannes Truchius Petro Burdinæo Aureliani postridie Idus Junii.
74, Joannes Texens Petro Burdinæo. Lutetiæ 8 Idus Januarii.
75, Joannes Truchius Petro Burdinæo. Aureliani ad 8 Kal. April.
76, Idem eidem. 5 Id. April. Yemillæ.
77, Idem eidem. Aureliani 3 Id. Martii.
78, Dionys. Monachus Lezin Joanni Dampetro Monacho. Tharascone X Cal. Decemb. 1537.
79, Petrus Pylades Dampetro. Ferrariæ 6 Id. Nov. 1545.
80, Epistula anonymi ad nescio quem medicum. Ex nostro grabato Magdalenæo (Videtur Dampetri esse, cf. nr. 69. 70).
81, Elias Vinetus Jo. Burtano. Burdigalæ quinto Calend. Sextileis 1563.
82, Dionysius Lambinus Florenti Christiano. Lut. Kal. Sept. 1563.
83, Jo. Calvinus moriens Guil. Farello. Sine loco et anno.
84, Nicolaus Gruchius Petro Montaurco. Ex prædio nostro rustico 17 Jan. 1566.

85, Andreas Noretius medicus J. Paulino medicinæ candidato. Bergerati Non. Nov. 1565.
86, Fr. Daniel Valenti. Nabertini (Mabertini?) ad sextum Kal. Mart. 1569.
87, M. Hospitalis ad Erricum Memmium. Ex Vineolo prædiolo nostro prid. No. Jan.
88, M. Hospitalis ad Paulum Foxium. Ex Vineolo prædiolo nostro XVI Kal. Febr. 1571.
89, Excerptum ex litteris Cuiacii ad Puteanum.
90, M. Hospitalis ad Petrum Seguerium. Sine loco et anno.
91, Jac. Cuiacius Tidemanno Gisio. Valentiæ Cavarum II Non. Aug. MDLXXIII.
92, Le Curé de Saclas à sa paroissienne de Barberomulle et au Prieur des poix de Bourg.
93, Picault ad virum nescio quem. VI Janviers 1566, Gallice.
94, Catharina Medice Delphina P. Castellano episcopo Tutellensi (P. Daniel adnot.: *Petrus Castellanus scripserat ad Delphinam se dolere et existimare præposteri cuiusdam esse facti, quod ea a nouo nescio quo Præceptore subdoceatur qui in consilio Atheniensium publico uersari non possit, ad quam quidem epistolam sic respondit*). Angolesme 6 Cal. Januarii.
95, P. Castellanus episcopus Tutellensis serenissimæ dominæ D. Delphinæ. Ex Accurato 3 Cal. Janvarii.
96, Catharina Medice Delphina Petro Castellano episcopo. Angolesme pridie Calendas Januarii.
97, Ex epistula Falkenburgii ad Tidemannum. Sine loco et anno.
98, (Omisit Sinnerus). Jacobus Cuiacius D. Thomæ Redigero. Valentiæ Cavarum X Kal. Febr. MDLXXII.

49, Observationes aliquot ad grammaticam linguæ Græcæ pertinentes cum nonnullorum vocabulorum Græcorum interpretatione.

50, Excerpta ex Apollonii grammatica.

51, Epistula Græca Antonii Decontæi ad Franciscum Salvardum. *Καὶ τὰ μὲν πρός σε ἑβραιστὶ γεγραμμένα τὰ δὲ ἑλληνιστὶ παρεπόμενα εὐνοικῶς ἀναδέχου φίλε μοι ἀκριβέστατε* etc. *Τῷ εὐγενεῖ καὶ περισπουδάστῳ ἀνδρὶ κυρίῳ φραγγίσκῳ Σαλουάρδῳ φίλῳ ἑαυτοῦ πολλὰ ἠγαπημένῳ. Ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς ἐν σάρκου* (sic) *οἰκονομῖ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰῦ χῦ Χα φξ θαργηλιῶνος τετάρτη φθίνοντος ἀπὸ τοῦ παταβίου .... κατὰ παντὸς ἀντώνιος δεκουνταῖος.*

52, Vita Apollonii Alexandrini grammatici cum excerptis eiusdem. Folia 8.

53, *Jacobus de Casant* (?) *uicarius generalis in spiritualibus et temporalibus reuerendissimi domini domini Odonis miseratione diuina tituli sancti Adriani Sanctæ Romanæ ecclesie diaconi cardinalis de Castellione nuncupati episcopi et comitis Beluaren. Paris Franciæ nec non abbatis commendatorii seu administratoris perpetui inclyti monasterii S. Benedicti Floriacen. Aurelianensis diæcesis uniuersis præsentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod nos* etc. *Datum Castellione .... diæcesis*

Senonen. anno domini milesimo quinquagesimo sexagesimo tertio gallico more computando die septima mensis Januarii etc. Est apographon.

54, P. Petavii, Jourdinelli, tertii, cuius nomen legi certo nequit (Chartiac?) syngraphæ Petro Danieli ob libros illis concessos traditæ.

55, In Plutarchi opera (Theseum, Romulum, Lycurgum, Numam Pompilium) domini Fayi annotationes. Videtur Francisci Danielis manus esse, fol. 15.

56, Excerpta iuridica a F. Daniele, ut videtur, scripta fol. 9.

57, Index in Eutychium et alios grammaticos (nomina auctorum) fol. 4.

58, Adnotationes in Tacitum (non sunt P. Danielis).

58ª Excerptum de ludo aliquo: *Est quædam rotunditas niuei marmorei intus omnibus historiis et bellis mirabiliter sculti et scabella ad modum theatri* etc.

59, De mineralibus, plantis et animalibus libellus. Sunt folia 8.

60, Observationes in Plauti Aulularian.

61, Epistula P. Danielis ad El. Vinetum.

62, Index in Prudentium per P[etrum] D[anielem] A[urelium].

63, Excerpta ex Augustini de civitate Dei libro IV (de deorum nominibus).

64, Gruchii epistula ad P. Danielem, qua locum Ciceronis frumentariæ (or. V in Verrem) explicat; agitur de vi vocis: 'cerviculam iactare'.

65, Animadversiones ad scriptores historiæ ecclesiasticæ.

65ª, Adnotata de aliquot inscriptionibus una Gallica, altera Latina (de scriptione nominis Cæsaris).

67, Miscellanea, fol. 11 Inter hæc legitur hoc in Burdinum epigramma:

In Burdinum M. H. G. C.
Hic turbas inter medias aulæque tumultus
Posse homines mortem meditari et uiuere recte
Recte posse mori docuit: plus denique nobis
Profuit exemplo, quam si uixisset in umbra
Desertisque locis Cylicum contectus amictu,
Vtilis ipse sibi fortassis inutilis urbi.

68, Coniecturæ in scriptorem Græcum nescio quem.

69, Excerpta ex Gœrenteo. Accedit oratio Gœrentei (*Quod a deo opt. Max. semper sum precatus ex quo primum cœpi de constituendo Vitæ conditione cogitare* etc.) fol. 11.

70, In Nonium Marcellum observationes ex J. Passertii in Plautum prælectionibus excerptæ. Non est manus P. Danielis.

71, Adnotationes variæ P. Danielis.

72, Excerptum de plantis: *E stirpibus quas terra ædit quædam in arbores attolluntur, aliæ in frutices exiliunt* etc.

73, Adnotationes criticæ in Servium et Vergilium, fol. 8.

74, Excerptum ex Gregorii historia Francorum.

75, Justus Lipsius Christophoro Plantino. *Libellum nouitium quem Italia nunc submisit (mi Plantine) uidi* etc. Agitur de consolatione Ciceronis. Non est manus P. Danielis.

76, *Fragmenta Germana ex ipso libro M. Tullii Ciceronis quæ adiunximus ad discrimen et ad usum lectoris.* Est manus P. Danielis.

77. 78, Adversaria in Aristophanem, f. 24.

79, Adversaria in Hesiodum, f. 15.

451. s. X membr. 8° f. 147. Fuit P. Danielis.

1, f. 1ª — f. 8ᵇ **Excerpta ex epistulis Clementis, Anacleti, Euaristi, Alexandri, Sixti, Telesfori, Aniciti, Eleutherii, Victoris, Zepherini, mutil. a fine.**

2, f. 9ª — f. 144ª **Curtii Rufi historiæ Alexandri Magni lib. III—X.** Deest titulis; manu sæc. XI superscriptum est: *Quinti curtii rufi de gestis alexandri magni regis macedon. lib. II. incipit.* Contulit nuperrime Hedickius, antea A. Hug; cf. eiusdem Beiträge zur Kritik latein. Prosaiker. Bas. 1864 p. 3 seq., qui ibidem Zumptii libri collationem castigavit.

*3, f. 144ᵇ — f. 146ª **Notitia provinciarum Galliæ.** *ADNOTATIO PROUINCIARVM ATQ; URBIUM GALLICANARUM CUM PRIUILEGIIS SUIS.* Subiuncta sunt nomina omnium provinciarum et notitia locorum urbis Romæ (viæ, montes, thermæ, aquæ).

F. 146ᵇ et 147ª varia 'pennæ probandæ' causa scripta sunt, in his nonnulla de ædificiis urbis Romæ, cf. Hug. l. l. Fol. 147ª Curtii excerpta leguntur notis Tironianis scripta; cf. Kopp tachygraphia veterum vol. I p. 329. In eius libri tegumento anteriori hæc ascripsit P. Daniel: *Ex uet. cod. Claudii Fauchet Regii consiliarii. Hanc præfationem Robertus Abbas huic libro iussit præponi et notulas quæ in diuersis locis minio conclusæ sunt appositæ. Quamquam dubitatum sit a nonnullis quis huius libri tam luculento sermone compositi auctor extiterit; ego tamen non sine causa opinor et assero Clitarchum uirum eloquentem et in litteris græcis eruditum stilo græco hunc librum conscripsisse atque opera Quinti Curtii in latinam linguam subinde fuisse translatum. Habet nimirum quam asserimus opinionem probationis quæ merito debeat approbari ingens fulcimentum, cum in nono libro semel et iterum facta Clitarchi mentione auctor esse referatur actorum quæ referuntur. Potest et illud nihilominus ad rectæ opinionis accedere testimonium, quod Tullius Cicero in secundo libro Epistolarum suarum scribit, dicens quia Clitarchus narrauerit Darium ab Alexandro superatum. huiusmodi etenim de Clitarcho assertiones ualuerunt efficere ut Clitarchum confitear in actione tanti operis desudasse. Præterea dum perpendo et conicio ex nonnullorum historiografforum opusculis, quam plurima bella Alexander commiserit,*

antequam ad urbem Celenas exercitum admoueret, duos libros (suprascr. *primos*) *in hoc deesse uolumine audeo indubitanter affirmare. Primo forsitan libro explicantur modus natiuitatis et actus infantiæ Alexandri. Secundus quoque continet, qualiter Alexander in Pamphiliam transierit, ut illam subegerit composueritque subactam. Tercius, ut in hoc uolumine liquido apparet, initium sumit ab historia subsequenti.*

452. s. XIV chart. 8° f. 172.

1, f. 1ᵃ — f. 4ᵃ **Libri index.**

2, f. 6ᵃ (f. 4ᵇ et 5 vacant) — f. 80ᵇ **Cronica fratris Martini ordinis prædicatorum.** Continet brevem Romæ urbis descriptionem et historiam; tum catalogum pontificum Romanorum usque ad Nicolaum III.

2ᵇ, f. 80ᵇ — f. 82ᵃ **Excerptum ex cronica domini Dyeterici canonici ecclesie Beronensis.** Est enumeratio paparum a Nicolao IV ad Johannem XXII producta.

3, f. 83ᵃ — f. 93ᵃ **Conflictus apud Loupen inter Bernenses et inter Friburgenses.** Titulus deest; sed legitur in indice f. 2ᵇ. *Anno ab incarnatione domini M°CCC° tricesimo nono feria secunda que tunc uigilia decem milium martyrum* etc. Subiuncta est brevis chronica urbis Bernæ (ab anno urbis conditæ usque ad a. 1339). Cf. Schweiz. Geschichtsforscher II, 37—54. G. Studer, Justinger Bernerchronik (Bernæ 1871) p. 302 seq.

4, f. 94ᵃ — f. 95ᵃ **Memoriale domini Reverendi de Columpna Sanctæ Mariæ in via lata diaconi cardinalis de prærogativa Inperii Romani.** *Mentes hominum diuinis informare uirtutibus* etc.

5, f. 95ᵃ — f. 97ᵇ **Tractatus magistri Jordani de prærogativa Romani imperii.** *Multifarie multisque modis dominus uniuersorum* etc.

6, f. 97ᵃ — f. 108ᵃ **Tractatus de prærogativa Romani imperii historicus, in quo Galliæ et Germaniæ principatus historia exhibetur.** *Sunt quidam huius temporis clerici et laici* etc. Cf. Waitz Abhandl. d. Götting. Akademie 1869.

7, f. 114ᵃ (f. 108ᵇ — 113 vacant) — f. 161ᵃ **Tractatus de imperatoribus Romanis (Martini chronicon cum continuatione).** *Post natiuitatem domini nostri ihu Xⁱ Octauianus augustus* etc. Pergit usque ad Heinricum VII comitem de Lützelburg 1313.

8, f. 162ᵃ — f. 169ᵇ **Miracula.** *Hec edificantia miracula postposui ut in hiis et in illis auditores delectentur* (rubr.). *Erat quidam uicarius in oppido barte* etc. Multa nomina Helvetica occurrunt.

9, f. 170ᵃ — f. 171ᵃ **Tractatus de translatione regni Romani in Theutonicos (magistri Jordanis), præmissis aliquot excerptis hist.**

*10, f. 171ᵃ **De tribus generalibus cardinalium et ministris eorum.**

*11, f. 171ᵇ **Tractatus de Saturno brevis.**

*12, f. 171[b] **Nomina septuginta** (sic) **duarum lignearum.**
*13, f. 172[a] **Nomina indulgentiarum.**
*14, ibid. **De monstris.** Excerptum Isidori.

453. s. XV membr. 8° f. 22.
*1, f. 1[a] — f. 2[a] **Tractatus de fornicatione spiritualis ab initio mutil.** *Fornicaciones fratres quodcumque pactum fecerit* etc.
2, f. 2[b] — f. 18[b] **Isidori liber de ortu, vita vel obitu sanctorum patrum qui in scriptura laudibus referuntur.**
3, f. 18[b] — f. 19[a] **Sententiæ de pænitentia Salomonis.** *Augustinus. Sicut aaron erranti populo* etc.
*4, f. 19[a] — f. 22[a] **Tractatus diversi theologici: quod anima similitudinem corporis habeat, de hiis qui cum domino ad iudicium sessuri sunt, de Antichristo.**

454. s. XIV partim membr. partim chart. 8° f. 150.
*1, f. 1[b] — f. 6[a] **Tabulæ astronomicæ.**
*2, f. 7[a] — f. 8[a] **Septimum caput septimi libri Haly filii Abenragel nec non cap. XLVII eiusdem libri de sanguinis emissione et de laxativa.**
*3, f. 10[a] — f. 17[b] **Radiationes planetarum et Solis secundum Abraham Avenarre.**
*4, f. 19[a] — f. 19[b] **Radices planetarum pro principio anni domini 1487 in meridie inclitæ civitatis Parisiensis.**
*5, f. 22[b] — f. 43[b] **Tabulæ astronomicæ diversæ.**
6, f. 44[a] — f. 54[b] **Tractatus de sphæra a magistro Johanne de Sacro Bosco.**
*7, f. 54[b] — f. 62[b] **Theorica planetarum Gerardi Cremonensis, cum figuris.**
*8, f. 63[ab] **Tabulæ ventorum secundum usum nautarum.**
9, f. 65[a] — f. 93[b] **Tabulæ de motibus stellarum M. Hermanni Stili Saxonis de Northem.**
*10, f. 94[a] — f. 117[b] **Tabula directionum, stationum et retrogradationum planetarum.**
*11, f. 118[a] — f. 144[b] **Tabulæ astronomicæ aliæ.**
*12, f. 145[a] — f. 146[b] **Tractatus de tempore veræ coniunctionis.** Inde usque ad finem leguntur variæ adnotationes ad astronomiam pertinentes.

455. s. X membr. 8° f. 44.
Carmina Christiana.
1, f. 1[a] *Versus de aduentu domini.*
Conditor alme siderum æterna lux credentium etc.
2, ibid. *Versus de natali domini.*
Veni redemptor gentium ostende partum uirginis etc.
3, f. 1[b] *Item alium* (sic).
A solis ortu cardine adusque terre limitem etc.
Est hymnus abcdarius a littera A incipiens et in litt. G. desinens.

4, f. 2ª *Versus in epiphania.*
Hostis herodes impie christum uenire quid times etc.
5, f. 2ᵇ *Versus in purificatione sanctæ Mariæ.*
Quod chorus uatum uenerandus olim
Spiritu sancto cecinit repletus etc.
6, ib. *Item alium.*
Fit porta christi peruia referta plena gratia etc.
7, f. 3ª (manu alia) *De quadragesima.*
Dei fide qua uiuimus spe perhenni qua credimus etc.
8, f. 3ᵇ *deo patri No TURNOS* (mutil.). *Summe largitor premii spes quies unica mundi* etc.
9, ib. *Versus de pascha.*
Ad cenam agni pauidi ex stolis albis candidi etc.
10, f. 4ª *Item alium.* Hoc carmen erasum est: manu altera preces desuper scriptæ sunt, quarum initium:
Surgamus quis tribuet indulge quia potens es etc.

F. 4ᵇ totum erasum neque denuo inscriptum est; carminis novi f. 5ª nil nisi hæc restant: *petens incorrupta claritas.*
Omnes ergo recreati uictimis paschalibus
Exultemus sociati gaudiis regalibus
In quibus sub christo pollet orbis amor Karolus.
Omnis ætas atque sexus dicat uoce consona
Viue uale rex percelse plurima per tempora
Christus tibi quem adoras cuncta prestet prospera.
Gloria eterno patri honor laus sit filio.
Spiritui procedenti uirtus imperio trina
Sit potestas semper in uno consilio.

11, f. 5ª *Versus de ascensione domini.*
Aeterne rex altissime redemptor et fidelium etc.
12, f. 5ᵇ *Versus de S. Johanne Baptista* (Prudentii).
Vt queant laxis resonare fibris etc.
13, f. 6ª *Versus de S. Petro et Paulo.*
Aurea luce et decore roseo lux lucis omne perfudisti sæculum etc.
14, f. 7ª *Versus de S. Germano* (V strophæ).
Iste confessor domini sacratus
Festa plebs cuius cælebrat per orbem etc.
15, ib. *Versus de S. Dionisio.*
Cœli ciues adplaudite mundi iocundo lumini etc.
16, f. 7ᵇ *Versus de uirginibus.*
Virginis proles opifexque matris
uirgo quem gessit peperitque uirgo etc.
17, f. 8ª *Versus in natale apostolorum.*
Apostolorum principem celsam columnam ecclesie etc.
18, f. 8ᵇ *Item alium.*
Apostolorum passio diem sacrauit sæculi etc.
19, ib. *Versus in natale S. Benedicti.*
Christe sanctorum decus atque uirtus
Uita et forma uia lux et auctor etc.

20, f. 9^b *Versum de martyribus.*
Aeterna christi munera et martyrum uictorias etc.

21, f. 10^a *Item alium.*
Rex gloriose martyrum corona confitentium etc.

22, ib. *Versus de uno martyre.*
Martyr dei qui unicum patris sequendo filium etc.

23, ib. *Item alium.*
Deus tuorum militum sors et (aliqua defecerunt, quia folii pars abscissa est).

24, f. 10^b *Versus de confessoribus* (cum neumis).
Jhu. redemptor omnium perpes corona præsulum etc.

25, f. 11^a *Versus in natale omnium sanctorum.*
Sanctorum meritis inclita gaudia
Pangamus socii gestaque fortia etc.

26, f. 11^b *Versus de uirginibus.*
Jhu. corona uirginum quem mater illa concepit etc.

27, f. 12^a *Versus in natale S. Michahelis.*
Christe sanctorum decus angelorum
Rector humani generis et auctor etc.

28, ib. *Versus in dedicatione ecclesiæ.*
Christe cunctorum dominator alme
Patris æterni genitus ab ore etc.

*29, ib. in marg. super.
Tibi christe splendor patris
Vita uirtus cordium etc.

*30, f. 13^a *Ad nocturnos.*
Nocte surgentes uigilemus omnes
Semper in psalmis meditemur atque etc.

*31, ib. *Ad laudes* (sic).
Ecce iam noctis tenuatur umbra
Lucis aurora rutilans coruscat etc.

32, f. 13^b *Versus de accipitre et pauone* (hymnus abcedarius).
Auis hæc magna ad astra tendit alta sublimes aspergens uoces etc.

33, f. 14^b *Versus Fortunati in honore S. Crucis.*
Pange lingua gloriosi prælium certaminis etc.

34, f. 15^b *Versus Fortunati ad Chilpericum regem.*
Aspera conditio et sors inreuocabilis hore
Quam generi humano tristis origo dedit etc.

35, f. 16^a *Versus de Jacob et Joseph.*
Tertio in flore mundus adhuc cum pubesceret etc.

36, f. 18^b *Versus de Herico.*
Mecum timaui saxa nouem flumina etc.

37, f. 20^a *Versus Zmaracdi* (cum neumis).
Sume plectrum lingua metri tange cordas trochei etc.

38, f. 21ᵃ *Item alium* (cum neumis).
Qui cupis esse bonus qui queris uitam honestam
Dilige munditiam corporis atque anime etc.

39, f. 22ᵃ *Versus Eugenii* (totum carmen cum neumis; suprascr. altera manu: *Catonis*).
O mortalis homo mortis reminiscere casus etc.

40, f. 22ᵃ *Versus Juuenci.*
Immortale nihil mundi conpage tenetur etc.

41, f. 23ᵃ *Versus Sedulii.*
Cantemus socii domino cantemus honorem etc.

42, f. 24ᵃ *Versus Virgilii* (ecloga I v. 1—33).

43, f. 25ᵃ Hymnus Christianus, ab initio mutil.:
Qui signati estis christo mementote repromisso etc.

* 44, f. 25ᵇ Sine titulo:
Audi begnigne (sic) *conditor*
Nostras preces cum fletibus etc.

45, f. 26ᵃ *Anicii Manlii Seuerini Boetii exconsule ordinari metrum dactilicum tetrametrum constat spondeo dactilo catalecto item dactilo spondeo. incipit. Heu quam precipiti mersa profundo* etc. Hæc cum Peipero communicavi, cf. eius edit. Boetii præf. p. IX. Sunt autem hæc carmina: *O stelliferi conditor orbis* etc. *Nubibus atris* etc. (cum neumis). *Felix nimium prior œtas* etc. *Quantas rerum flectit habenas* etc. *Quamuis se tyrio superbus ostro* etc. (cum neumis) *Omne hominum genus in terris* (cum neumis). *Eheu quæ miseros tramite deuios* etc. *Huc omnes pariter uenite capti* etc. *Quos uides sedere celsos* etc. *Bellabis quinis operatus annis* etc.

46, f. 31ᵇ *Versus Prudentii* (cum neumis). *Per quinquennia iam decem* etc. *O crucifer bone loci sator* etc. (cum neumis). *Pastis uisceribus ciboque sumpto* etc. (cum neumis). *Inuentor rutili dux bone luminis* etc. (cum neumis). *Ades pater supreme* etc. *O nazarene lux bethlem uerbum patris* etc. (cum neumis). *Christe sanctorum regimen tuorum* etc. *Da puer plectrum choreis ut canam fidelibus* etc. *Deus ignee fons animarum* etc. (cum neumis). *Bis nouem noster populus sub uno* etc. *Punica terra tulit quo splendeat omne* etc. *Germine nobilis eulalia* etc. *Quid est quod artum circulum* etc. *Senex fidelis prima credendi uia* etc. (Psychomachia).

47, f. 41ᵃ *Versus de penitentia* (hymnus abcedarius):
Ad cæli clara non sum dignus sidera etc. (cum neumis).

48, f. 42ᵇ *Versus de die iudicii* (hymnus abcedarius):
Apparebit repentina dies magna domini etc.
Desunt post f. 42 aliquot folia.

* 49, f. 43ᵃ Carminis fragmentum: *modo nubibus imbrifricatis. SCAN. Quid euntibus agmine nimbis reuocet nitidissima* etc.

50, ibid. Sine titulo, cum neumis: *Virgini uirginum cantica mariæ* etc.

51, f. 44ᵃ *Antiphonas in uigilia sanctæ Anstrudis uirginis* (cum neumis). *A. O quam uenerabile uirgineum colitur de'us* etc. Adsunt huius codicis quaterniones III. IV. V. VI, VII et VIII fol. 1. 2. 7. 8.

456. s. XV membr. 8° f. 180.
Justini epitomæ Trogi Pompeii. Præmissi sunt qui dicuntur prologi in libri initio omnes positi. Cf. Franc. Ruehl: 'Die Textesquellen des Justin', annal. philol. suppl. VI fasc. I p. 69 (Lipsiæ Teubn. 1872). Librum ex codice B (nr. 160) descriptum esse autumat Ruehlius l. l.

457. s. XV partim chart. partim membr. 8°. F. 1: *Iste liber uirgilii in Georgicis pertinet magistro stephano petiti quem emit in ciuitate Remensi anno 1484 et fuit de libris defuncti magistri Johannis chanfflen canonici Remens.*

1, f. 1ᵃ — f. 179ᵃ **Vergilii Georgica, cum commentario prolixo.** *Quoniam diuino confisi iuuamine iuxta uirium facultatem* etc.

*2, f. 179ᵇ — f. 180ᵇ **Varia carmina Vergilio vulgo attributa.**
a, *Mantua me genuit* etc. Cf. Donati vit. Verg. 36 p. 738 ed. H. (schol. Bern.).
b, *Pastor arator eques paui seui superaui* etc. Cf. anth. Lat. ed. Riese nr. 872.
c, *Nocte pluit tota — Sic uos non uobis uellera fertis oues.* Cf. Donati vit. Verg. interpol.
d, *Meonium quisquis romanum nescit homerum* etc., cf. anth. Lat. nr. 788.
e, *Sus iuuenis serpens* etc. Cf. anthol. Lat. nr. 160.
f, *Si memini fuerant tibi quatuor helia dentes* etc. Cf. Martial. I, 20.
g, *Vergilius magno quantum concessit homero* etc. Cf. anth. Lat. nr. 1.
h, *Ergone suppræmis potuit uox improba uerbis* etc. Cf. anthol. Lat. nr. 672.
i, *Titirus agresti modo letus carmine ruris* etc. Cf. a. L. nr. 2 p. 9. In fine legitur:
Penna præcor siste tenuit labor iste satis te
Laudibus insiste tibi semper laus tua Xpiste.

*3, f. 183ᵇ — f. 184ᵃ **Descriptio vitæ rusticæ cum laude et commendatione.** *Fronde super uiridi locus est in gramine ameno* etc.

458. s. XI membr. 8° f. 104. Fuit P. Danielis. Insunt pulchræ litt. initiales.

1, f. 1ᵃ — f. 102ᵃ **Guiberti abbatis monasterii Sanctæ Mariæ Novigenti, quod situm est sub Castro Cociaco in pago Laudunensi, Dei gesta per Francos.** Primum folium vi abreptum est, cum quo prior præfationis pars periit: f. 1ᵃ *pertinent gradu temperatiore ducantur. Quia gemina si facultas mihi suppeteret* etc. Publici iuris fecit Bongarsius in sua Dei per Francos Gestorum editione.

*2, f. 102ᵃ — f. 102ᵇ **Homilia.** *Audite fratres misericordiam domini quam semper præstat* etc.

*3, f. 102ᵇ **Homiliæ fragmentum.** *Tibi dico .i. pastor corporum quem inspirauit* etc.

*4, f. 102ᵇ — f. 103ᵇ **Homilia alia.** *Attendant præsbiteri ad hanc parabolam ne confessionem aliorum manifestent* etc.

*5, f. 103ᵇ — f. 104ᵇ **Epistula Johannis Presbyteri domini dominantium scripta E. Romano, gubernatori, mutil. a fine.** *Salute gaudere et gratia ditandi ad ulteriora transire. Nontiabatur apud te* etc. Extrema verba sunt hæc: *Si quis de illo fonte ter ieiunus gustauerit. Agit Johannes de septuaginta duobus populis qui suæ ditioni subiectæ essent deque eorum miraculis* etc.

459. s. XV chart. 8° f. 93. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ᵃ — f. 23ᵃ **Rufi Ephesii de nomenclatura corporis partium.** *Ῥούφου Ἐφεσίου περὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων. Τί πρῶτον ἔμαθες ἐν κιθαριστικῇ. κρούειν* etc. Inter fol. 16 et 17 schedula interposita est, in qua pag. 6 hæc leguntur:
Ἰησοῦς χριστός. Ισ. Χσ.
ὥσπερ ξένοι χαίροντες ἰδεῖν πατρίδα
καὶ οἱ θαλαττεύοντες εὑρεῖν λιμένα
καὶ οἱ ἐν ἁμαρτίαις ἄφεσιν πταισμάτων
οὕτως καὶ οἱ γράφοντες ἰδεῖν βιβλίου τέλος.
Cf. cod. Bern. nr. 236 et Peiperum de similibus subscriptionibus disserentem in indice philologico ed. Leutsch II, nr. 7 p. 371. Fol. recto preces leguntur Græce scriptæ.

*2, f. 23ᵃ — f. 42ᵇ **Eiusdem nomenclatura rerum ad hominem pertinentium libri III.** *Τοῦ αὐτοῦ ὀνομασιῶν τῶν κατὰ ἄνθρωπον. πρῶτον. Εἴτις τὴν κιθαριστικὴν μέλλοι διδαχθήσεσθαι ἀνάγκη πρὸ τῆς πάσης διδασκαλίας μαθεῖν* etc. Inspexit Bussemakerus a. 1853.

3, f. 47ᵃ (f. 43—46 vacant) — f. 53ᵇ, sæc. XVI. **Excerpta ex Libanii epistulis.** Ex epistula ad Anatolium (*Ἀνέγνων τοῖς φίλοις*). Juliano (*Ἀλλὰ σοὶ τὸ μέν*). Modesto (*Ἀκούω τοὺς φόβους*). Eumolpio (*Πρώτην ἐπιστολήν*). Anatolio (*Σὺ μὲν παρεκάλεις*). Modesto (*Οἱ πρῶτον αἰτοῦντες*). Urbano (*Αἱ τεκοῦσαι*). Modesto (*καλά γε περιμένει*). Eudemoni (*βάλης ἠδικῆσθαι*). Philagrio (*Λέλυται τὸ ἀμφίβολον*). Andronico (*σέβων ἔστι μὲν κρῆς*). Eusebio (*Τὰ θηρία σωζέσθω*). Florentio (*Οἶσθα τήν τε πόλιν*). Modesto (*Οἱ ῥήτορες*). Honorato (*οὐκ ὀκνήσω σοι*). Eudemoni (*Πάλαι ἔμοιγε τοῦτο*). Juliano (*Διπλῆν ἀνήρησαι*). Calycio (*ἢ μὲν τοῖς οὐ μετασχοῦσι*). Anatolio (*ἐγὼ τοὺς ὄντας μοι φίλους*). Aristæneto (*καὶ ὅτε ἀσθενεῖν σοι τὴν γυναῖκα*) et alia frustula.

4, f. 56ᵃ (fol. 54. 55 vacant) — f. 83ᵇ **Selecta Georgii Codini de Constantinopoli.** *Ἐντεῦθεν ἄρξου τὴν ἀρχὴν τῶν πατρι. Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρι. τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ πόθεν ἐκλήθη βυζάντιον συντεθεῖσαι παρὰ γεωργίου τοῦ Κωδινοῦ.*

5, f. 84ᵃ — f. 93 **Georgii Codini liber de dignitatibus et moribus Constantinopolis, mutil. a fine.** *Πίναξ τοῦ βιβλίου. Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου ἤτοι τῆς συγκλήτου* etc. Liber ipse non nisi tria capita priora continet: capite III agitur *περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων.* De nonnullis eius operis codicum collationibus vide appendicem s. v. Curopalata.

460. s. XI—XII membr. 8° f. 149. Fol. 1ᵃ: *Liber beate ...... albis in turonia quem dedit .... boys canonicus beati martini turonis.* Fol.: 3ᵃ: *Ce pnts. liure appartient aulx relligieulx de notre dame de fontaines les blanches.* Fol. 101ᵇ: *De fontanis albis cistercien. ord. turon. dioces.*

1, f. 1ᵃ — f. 23ᵃ **Sententiæ magistri Hugonis Parisiensis.** *Una est pax quam habere debet homo ad deum* etc.

2, f. 23ᵃ — f. 28ᵃ **Excerpta ex Augustino de doctrina Christiana.**

3, f. 28ᵃ — f. 36ᵃ **Beatus Gregorius in libro moralium et de locutione dei.**

4, f. 36ᵃ — f. 49ᵃ **Sententiæ ex collationibus B. Odonis abbatis excerptæ.**

5, f. 49ᵃ — f. 56ᵇ **Flores peroptimi ex epistolis beati Hieronymi excerpti ad Heliodorum episcopum.**

6, f. 56ᵇ — f. 69ᵇ **Beatus Gregorius in libro moralium.**

7, f. 69ᵇ — f. 79ᵇ **Sententiæ de sanctorum patrum scriptis excerptæ:** *Julianus toletanus episcopus. Mors dicta eo* etc.

*8, f. 79ᵇ — f. 81ᵃ **Homelia.** *Beatus est omnis homo qui uerba sapientie audire* etc.

*9, f. 81ᵃ — f. 82ᵇ **Expositio super orationem dominicam.** *Oremus præceptis salutaribus* etc.

10, f. 83ᵃ — f. 101ᵃ, manu alia sæc. XI—XII. **Commentum Gregorii in Canticum Canticorum, sine titulo.**

11, f. 102ᵃ — f. 144ᵃ, sæc. XII. **Commenta in psalmos aliquot (81. 91. 97. 82. 132. 133).** *Octogesimus primus psalmus hortatur ut si uolumus deum habitare nobiscum* etc.

*12, f. 144ᵇ — f. 149ᵇ **Commentum in orationem dominicam, mutil. a fine.** *Pater noster. Septem petitiones sunt sicut septem dona* etc. Extrema verba sunt hæc: *Quam delectationem scilicet quod aduenint regnum tuum non possumus habere nisi reformes in nobis imaginem quæ corrupta est. Quæ imago et...*

461. s. XIV—XV membr. 8° f. 119.

1, f. 1ᵃ — f. 36ᵇ **Liber soliloquiorum B. Augustini.**

2, f. 37ᵃ — f. 57ᵇ **Meditatio B. Augustini de spiritu sancto.**

3, f. 57ᵇ — f. 61ᵃ **Liber Anselmi episcopi in parabolam patris fam. (dialogus inter prudentiam et memoriam mortis).** *Pater iste familias animus racionalis* etc.

4, f. 61ᵃ — f. 65ᵇ **Sermo B. Augustini de decem plagis Aegypti et de decem præceptis Dei.**

5, f. 65^b — 72^a **Hieronymus de sancta Trinitate.**

6, f. 72^a — f. 81^a **Libellus (Maximi Dumiensis) de quattuor virtutibus, prudentia fortitudine temperantia iustitia.** *Titulus huius libelli est formula vitæ honestæ. Beda. Quatuor uirtutum species multorum sapientium sentenciis* etc.

*7, f. 83^a — f. 119^a **Sermones septem a septem orationis dominicæ petitionibus incipientes.** *Clemens mitis dulcis pura munda clara benigna serena beata benedicta maria* etc. In fine legitur: *Expliciunt septem orationes quæ incipiunt per septem uerba orationis dominice et qui dixerit unam qualibet die deuote non morietur mala morte et in fine uidebit multitudinem angelorum qui animam eius domino cum gaudio præsentabunt.* Hæc Sinn. III, 428 falso nr. 641 insignivit.

462. s. XII—XIII membr. 8° f. 40.

Isidori etymologiarum de naturis animalium liber undecimus versibus conscriptus. *Incipiunt nature animalium extracte de ysidoro ethimol. libro XI° prologus.*

Naturis uariis animalia sunt redimita.
Tuque tuos mores hiis redimire stude etc.

Desinit in hos versus:

Gurgulio nomen trahit hoc a gutture magno
Jam præter guttur est quasi pene nichil.

Expliciunt nature animalium.

F. 38^b sæc. XIV aliqua de Dei visitatione leguntur; laudatur inter ceteros Anselmus Cantuariensis. F. 39 et 40 nomina Gallica scripta sunt, quorum singulis certa æris summa apposita est: videtur **rationarii** cuiusdam publici fragmentum esse.

463. s. XIV membr. (interpositis foliis nonnullis chartaceis) 8° f. 48.

Beati Francisci vita. *Incipit prologus in uita beati francisci. Apparuit gracia saluatoris nostri dei diebus istis — magnificencia uirtutis altissimi cui est honor et gloria in secula seculorum amen. Explicit uita beatissimi francisci.* Multorum foliorum non nisi partes inferiores extant.

464. s. XVI chart. 8° f. XVI + 354.

Anabaptistarum opuscula, Germanice. *Erster Teil der Epistlen oder Sandbriefen auch anderen Schrifften etlicher deren so man nent die Widertöuffer.* Præcedit capitulatio: primo loco recensentur epistulæ Pilgrami Marport, certo tempore scriptæ, deinde: *Epistlen Pilgrams zü vngewüsser zyt geschriben;* tum: *Etlich schrifften Jörgen Bropst genant Maler; Epistel bru°der Lütpolds Hornschlaher; Allerley schrifften der tauffbrüder hin vnd her geschriben.*

F. 353^b et 354^a nonnulla leguntur Germanice scripta de eius, qui hunc librum aut scripsit aut possedit, rebus domesticis (a. 1579—1593).

465. s. XV chart. 8° f. 80.

Juvenalis satiræ (usque ad sat. XV v. 174). Præmissa est f. 1^a libri index, unde apparet, olim hunc codicem et cod. 434, qui

eadem et forma et scribendi ratione exaratus est, ad unum et idem corpus pertinuisse; nam hæc in eius indicis initio leguntur: *Liber iunii Satyrarum Juuenalis. Querimonia pamphili* (linea rubra inductum). *Dialogus Mafei Vegei inter Alithiam et philaliten. Libellus qui dicitur facetus* etc., et in fine: *Epistole Pauli ad Senecam. Epistola luciferi missa Cardinalibus sancte romane ecclesie.*

466. s. XI membr. 8° f. 122. Fuit Bongarsii.

*1, f. 1 — f. 78b **Commentarius in testamentum vetus ex diversis Patrum scriptorum locis consarcinatus, ab initio mutilus.** *Quod cain prim. filium enoch uocat atque ex eius nomine ciuitatem quam condidit appellat — nichil est quod eius erga proximum caritati contradicat.* Respiciuntur libri Geneseos (desunt capita XXX priora), Exodi, Levitici, Numerorum, Deuteronomii, Judicum, Regum, proverbiorum.

*2, f. 78b — f. 89a **De apostolis et evangelistis tractatus.** *Incipit liber .IIII. de apostolis et euangelistis aut ceteris personis. Inprimis igitur notandum est quod quatuor euuangelistæ dominum nostrum — qui simplici deuotione ad dominum ueniunt et mandata eius custodiunt.*

*3, f. 89a — f. 91a **De personis veteris testamenti tractatus.** *INCIPIT LIBER .II. Adam qui sicut beatus hieronimus tradidit homo seu terrenus — idest oblatio panis ac uini in toto orbe offertur.*

*4, f. 91a — f. 99b **De Patriarchis et aliis tractatus.** *Abbram primo uocatus pater uidens populum — Eliu uero qui contra eum superbe locutus est doctorem superbum et arrogantem demonstrat qui durius increpatione sua filium intra sanctam ecclesiam arguit et increpat turbam.*

5, f. 100a — f. 111b **Vita Beatæ Mariæ Aegyptiacæ virginis secundum Zozimam translata per Paulum Diaconum Neapol.** *INCIPIT PROLOGVS. Secretum regis celare bonum est opera autem dei reuelare et confiteri honorificum est — Zozimas uero in eodem monasterio decem annos centum impleuit et ad dominum cum pace migrauit cui est honor et gloria per omnia scla sclorum. AMEN.* Cf. cod. 705.

6, f. 111b — f. 117a **De allegorica animalium interpretatione in scriptura sacra nominatorum tractatus.** Est excerptum Isidori orig. XII, 1, 18 seq.

*7, f. 117a — f. 117b **Tractatus de paradiso.** *Paradysus locus in orientis partibus constitutus — de quo qui relicta gratia dei gustauerit morte morietur.*

*8, f. 118a — f. 119a **Explicatio verborum aliquot Græcorum in sacra scriptura obviorum.** *Cleros et clericos hinc appellatos — et rursus latine nominat idest patrem.*

*9, f. 119a — f. 120b **Tractatus de Sibyllis cum Sibyllæ versibus ad Christi adventum pertinentibus.** *Sibille generaliter dicuntur omnes femine uates lingua greca — Ista lactantius carptim per interualla dispositionis suæ sicut ea pascere*

uidebuntur. Que probare intenderat adhibuit testimonia sybillina qui nichil interponentes sed in unam seriem conexa ponentes solis capitibus ut scriptores deinceps ea seruare non neglegant distinguenda curauimus.

*10, f. 121ᵃ — f. 122ᵇ **Homilia Augustini (V, 1783) de decem plagis Aegypti et decem legis Dei præceptis.**

467. s. XII membr. 8° f. 65.

1, f. 1ᵃ — f. 37ᵃ **Odonis abbatis Cluniacensis liber, quem scripsit Turpioni episcopo Lemovicensi, ad ædificationem sanctæ ecclesiæ (de doctrina Christiana collationes)**, libri II. *Domino et patri turpioni suus ille monachorum infimus in domino Odo. Recolitis domine mi quid dudum iusseratis* etc.

*2, f. 37ᵃ — f. 37ᵇ **Tractatus magistri Petri Blesensis super Job, quem direxit ad regem Henricum Angliæ, a calce mutil.** *Vir erat in terra hus nomine iob — quod interpretatur consilium simplex et rectus ac timens deum quia inter | anxios...*

*3, f. 38ᵃ — f. 43ᵇ **Excerpta varia ex Patribus, præsertim ex Augustino et Hieronymo.**

*4, f. 43ᵇ **Excerpta aliquot grammatica, de barbarismo, de modulatione, de accentibus etc.** *Barbarismus alius graphicus alius phonicus* etc.

*5, f. 44ᵃ — f. 45ᵃ **Tractatus grammaticus de relatione.** *Relatio est prius cognite repetita cognitio. Relationum alia directa alia indirecta* etc.

*6, f. 45ᵇ — f. 47ᵇ **Excerpta varia theologica.**

*7, f. 48ᵃ — f. 57ᵇ **Excerpta varia theologica.**

*8, f. 58ᵃ — f. 65ᵇ **Tractatus astronomicus et philosophicus colloquii formam habens, mutilus ab initio et a fine.** *M. Quomodo igitur te uideo eam esse transgressum et ab ipsius semitis deuium. P. Non est ita sed nunc completam eius — ipsa maria a firmamento recessit ipsa maris frigiditas propter nimiam remocionem reddita est forcior spisior congelatio.*

468. s. XVI et XVII chart. 8°. Sinnerus III p. 132 falso nr. 469 posuit.

Jacobi Bongarsii domestica ad eius peregrinationes pertinentia.

1, f. 16 Diarium, in quo res in quaque civitate gestæ continentur, additis diebus neque vero annis.

2, f. 13 Diarium ad iter Hungaricum pertinens. Edidi in commentatione de Jacobo Bongarsio scripta Bernæ 1874 append. I.

3, f. 4 Excerpta ad historiam Hungariæ pertinentia.

4, f. 4 Quædam de itinere Constantinopolitano.

5, f. 19 Rationaria diversa.

6, f. 28 Observationes diversæ anno 1603 scriptæ.

7, f. 38 Observationes diversæ anno 1610 seq. scriptæ.

8, f. 5ᵃ Adnotationes diversæ.

9, f. 27 Excerpta ad historiam Hungariæ pertinentia.

10, f. 24 Index alphabeticus operis historici nescio cuius ad Turcos spectantis.
11, f. 2 Excerpta ad historiam Valachiæ pertinentia.
12, f. 8 Inscriptiones Hungaricæ. Sunt eædem, quas Bongarsius in scriptorum Hungaric. collectione (1600) edidit corollarii loco.
13, f. 6 Excerpta historica Bulgarica.
14, f. 24 Excerpta varia. Inter hæc f. 4[b] glossæ Celticæ aliquot leguntur: *Bedæ. Ex gl. F. Pith. Magus driy est dry. Gallus cocc. Mons dun. Hostium duru* etc.
15, f. 18 Livonica, hoc est responsum regni Poloniæ magnique ducatus Lithuaniæ ordinum ad Caroli Sudermanniæ Ducis literas datum. — Literæ illustrissimi domini domini Jannis Zamoyscii de Zamoyscie regis Poloniæ Cancellarii et Gen. exercituum Ducis ad Carolum Suder. ducem per tibicinem missæ 1602. — Conditiones quas s. r. maiestas civitati Revaliensi proposuit. — Conditiones quas nobilitati Esthonicæ proposuit. — Ad nobiles Livones in arce et opid. Volmariensi, Ronneburgensi et Marieburgensi olim existentes Joannes Zamoyscius de Zamoscie supremus Regni Poloniæ Cancellarius et Generalis exercituum Dux. — Eiusdem literæ ad Dorpatenses ante Gaulam (?) scriptæ et a Joanne Comite a Nassow excubiis interceptæ. — Responsum eiusdem ad Joannis comitis a Nassow literas datum.
16, f. 10 Regis Ungariæ Mathiæ nuptiæ et coronatio reginæ. Edidit Bongarsius in libro scriptorum rerum Hungaric. p. 354 seq.
17, f. 4 Epistula Bongarsii scripta Guilielmo Lenormantio Truniano Kl. Mart. 1597. Legitur in Bongarsii libro scriptorum Hungaricorum omisso eius nomine p. 619 seq.
18, f. 10 Appendix, in qua Transylvanicæ inscriptiones veteres nonnullæ et annales exscripti de templis Leutschoviensi et Coronensi. Hos Hungariæ titulos inspexerunt in Mommseni usum Kasthoferus Bern. et Rettigius. Cf. Bongarsii lib. script. Hung. p. 622 seq.
19, f. 5 Excerpta ex hist. Constant. edita a Crusio.

469. s. XII et XI membr. 8° f. 134. Insunt pulchræ litt. initiales.

*1, f. 1[a] — f. 52[b], sæc. XII. **Liber peri phision, a fine mutil.** *Sepe mihi cogitanti diligenciusque cap. uires suppetunt inquirenti rerum omnium que animo percipi non possunt* etc.

2, f. 53[a] — f. 84[b], sæc. XI. **Ciceronis Rhetorica, mutil. ab initio et a fine.** ..*tione dicitur et scribitur. Eius partes sunt due. Quarum altera in negociis* (I, 19, 27) — *aliter autem necesse est cassilinum uenire in hannibalis potestatem. Illic in* (II, 57, 171).

*3, f. 85[a] — f. 86[a] **Carmen grammaticum.**

Sed de stare statum de nare nato breuiatum
De rerique ratum de do das omne creatum —
Est super u longa cum sola fit u uelut uua
Cætera niuiui (sic) *sunt curta uel excipe pluui.*

4, f. 87ª (f. 86ᵇ vacat) — f. 131ᵇ; s. XI—XII. **Ciceronis rhetoricorum ad Herennium libri VI.**

*5, f. 131ᵇ — f. 134ᵇ **Fabii Laurentii Marii Victorini expositionum in lib. rethoricis liber primus.** A fine mutil.; exit in hæc verba: *et ne uideantur idcirco reclamasse quod res optima non esset* = p. 163, 5 ed. Halm rhet. min. Lat. Halmius eo libro non usus est in sua Victorini editione rhet. Lat. min. p. 155 seq.

470. s. XII—XIII membr. 8° f. 122. Fuit P. Danielis.

Epistulæ Ivonis Carnotensis. Præmissa est capitulatio, in qua epistulæ CCLXX recensentur; in ipso vero libro non nisi CCXXXVI et CCXXXVIIᵐᵃᵉ prima verba leguntur hæc: *Radulfo dei gratia turonorum archiepiscopo — id quod profitetur ore non uult data dextera.* F. 121ᵇ legitur: *1098 floruit actor huius libri. hunc emi librum a galuano hubert precio 12 s. anno domini 1448.*

Vade uale caue ne titubes mandataque frangas (= Hor. ep. I, 13, 19)
populea uirga fratres regina reseruat.

Sequitur (cf. cod. 271, 4, 4):

Quinque modis uere peccat uir cum muliere
Tempore mente modo conditione loco.

F. 122ª excerptum historicum hoc habes: *Bellum ab anglicis in normania gestum inceptum fuit anno domini 1417 in capite augusti a rege henrico regnante in francia* etc. In eo etiam de Turcorum expugnatione Constantinopolis agitur.

In utroque libri tegumenti **chartarum** fragmenta agglutinata sunt sæc. XV scriptarum; atque in tegumento anteriori leguntur duæ chartæ, quarum alterius finis adest, alterius initium: in illa agitur de causa quadam ecclesiastica laudaturque concilium Basileense, huius vero initium tale est: *In nomine domini amen. Nouerint uniuersi et singuli hoc præsens instrumentum publicum inspecturi quod anno eiusdem domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto indictione decima tercia mensis uero Julii die decima sexta pontificatus sanctissimi in Xpo patris et domini nostri domini Eugenii diuina prouidentia pape quarti anno quinto in mei notarii publici testiumque infra scriptorum ad hæc uocatorum et Rogatorum præsencia Prouidus et honestus uir magister uincencius fourreur procurator et nomine procuratorio Religiosi et circumspecti uiri magistri Johannis de Trecis* (eiusdem viri et in priori charta mentio fit) *sacre theologie professoris tocius ordinis sancte Trinitatis de Redemptione captiuorum maioris ministri* etc. Agi videtur de causa aliqua privata. In tegumento posteriori unius chartæ fragmentum legitur, in qua et ipsa de causa aliqua privata agi videtur et idem Johannis de Trecis declarat sese Stephano cuidam Goullard diem dicere. Disserit autem iste Johannes de Trecis de fidelibus captivis e manibus infidelium paganorum liberatis.

471. s. XIII—XIV membr. 8° f. 80.

*1, f. 1ª — f. 10ᵇ **Tractatus medicinalis, mutil. a fine.** *Medicina est scientia qua humani corporis dispositiones nascuntur ex parte qua sanatur et ab ea egritudo remouetur* etc.

2, f. 11ª — f. 43ᵇ **Commentum in Hippocratis aphorismos.**

*3, f. 43ᵇ — f. 46ᵇ; f. 47ª — f. 47ᵇ; f. 48ª — f. 80 **Tractatus medicinales diversi.** Sunt omnes commentarii. In tegumento posteriori **carmen** legitur, quo de **rebus grammaticis** agitur.

A 471. s. XIII—XIV membr. 8° f. 80.

1, f. 3 — f. 78 **Missale cum modis musicis.**

2, f. 1 — f. 2; f. 79 — f. 80 **Cantica Gallica, fragm.** Hæc folia numeris XVIII. XXIII. XIX et XXII insignita sunt.

F. 1ª (XVIII) inter 1 et 2 linearum seriem signis musicis expletum legitur vox *Contratenor;* inter 3 et 4 canticum:

Celle de qui uul ne saroit
Descripre les biens ne pourroit
Enque papier ne plume offrir
Ne langue ne pourroit souffrir
De la louer selonc son droit.
Or . . .

F. 1ᵇ Inter 7 linearum series extat **pastourelle:**

Fist on dame vostre figure
Fist on dame vostre pourtraiture
Fist on tel flour pour auoir tourment ne doulour
Nennil faite fu par doucour
Pour donner a tous nourreture
Pygmaleon vous entailla . . .

Sequitur tenor: sed non sunt nisi signa musica sine vocibus; tum contratenor:

Bien y tuit enclydes mesure
Car n'y a tesche de laidure
Dame d'amour qui bien regarde vostre doucour
Vostre maniere vostre (fol. 79ª) *gent atour*
Prendre y puet on douce pastoure
Fist on dame etc.
Donne moy de ton pain bis
Ma douce suer marotelle
Et taras plaine escuelle
Des matons de nos brebis . .
Alons commenchier la feste
Douche fillete hersent
Et je te donneray I cent
De chiuos a grosse teste. . .

F. 79ᵇ Cantici fragmentum:

Quant quant si loing suy de ma yoyeuse foy
Et dont tout mon bien vient et mon dous plaisir
Je ne savoie en ce monde choisir
Riens qui me pleust n'auoir ne le vouldroy.

Tenor totum vt est integer cantetur si quælibet post abreuietur.
Car souuenir si durement maistroie
Mon dolent cuer
Trestout a son loisir
Quant si . . .

F. 80ᵃ (XXII) Contratenor, 5 linearum mus. series. Secuntur hi versus sine signis musicis:
Du tout me hes ne mas point agreable
Par toy languis en greue maladie
Onque nul bien ne me fi araisonable . . .

F. 80ᵇ cum signis musicis:
Il n'est si grant possession
Dont homme vesquit riche
S'il n'a sens et discrecion . .

F. 2ᵃ (XXIII) Contratenor, 4 series linearum mus.
Pur sens a homs prouision
Au temps auenir cautement
Et a ymaginacion
Au temps passe et le present . . .

F. 2ᵇ cum signis musicis:
Dedens mon cuer est pourtrait on ymage
Qui n'est nulz homs que peust ymaginer . . .

472. s. XII membr. 8° f. 96.

Claudiani carmina. Ordo hic est: In Rufinum, de consulatu Stilichonis lib. I (est potius in Rufinum II: *Jam post edomitas* etc.); præfatio carminis in Rufinum II: *Pandite defensum* etc.; de bello Gildonico: *Redditus imperiis* etc., in Eutropium I: *Semiferos partus* etc.; in Eutropium II: *Qui modo* etc.; fescennina et epithalamium de nuptiis Honorii Augusti; de quarto consulatu Stilichonis; panegyricus dictus Theodoro consuli; de consulatu Stilichonis lib. I. II; de VIᵗᵒ consulatu Honorii Augusti (falso f. 66ᵃ titulus: *incipit tercius liber de consulatu stiliconis* præmissus est); de bello Getico (falso titulus adest: *incipit liber Vᵗᵘˢ de bello getico*); carmen XIII in Stilichonem (*Solitas galea portare comas*); carm. LXXXV, LIV, LXXXVI, LXXVIII, LXXXVII, LXIX, XXXXIV, XCII, XCI, LXXXIV, LXXIX, LXXXII, LXXXIX, XC, LI, XXXXIII, LII, LXXX, XXXIX, LXXIV, LXXXIII, XXX, XXXI, XXXXIX, XXXXIII, XXXXVII, XXXXVIII, XXIX (cum titulo: *præfacio magistri girardi*), XXXX, XCV, LVI, LVII, XXXXI, XXXXII, LIII, LXXV, LXXVI, LV, LXXII, LXXIII, LXX, XLVI, LXXVII, LXVIII, XXXVII (Gigantomachia) usque ad v. 33. Carminum numeros secundum editionem Pyrrhonis (in usum Delphini MDCLXXVII apposui.

473. s. XV chart. 8° f. 138.

1, f. 1ᵃ — f. 14ᵇ **Liuro de sorte di papa Bonifacio.** Inc.: *Questo si e vno liuro de sorte de papa bonifacio e vol segitare tres dada. E quanto puncti tu gitti cotanti puncti aromenceray comezando al verso de la cossa que tu voy sauere.* Agitur de

volpe (fol. 2), chane (3), boe (4), stella scorpione (5), leone (6) drago (7), regina (8), lupo (8), anguilla (9), serpente (10), spinoso (11), montone (11), orsa (12), gallo (13), luna (14), cervo (14).

2, f. 15ᵃ — f. 16ᵃ et in margine fol. 90, 95, 98, 102, 105, 130ᵇ—136ᵇ. **Sententiæ scripturæ sacræ et philosophorum, Latine** *Jeremias: Patrem inuocabitis qui terram fecit* etc.

3, f. 16ᵇ et f. 98ᵇ, 129ᵇ, 130ᵃ **Dies mali sive Aegyptiaci totius anni, Latine.**

4, f. 17ᵃ — f. 33ᵇ **[Alain Chartier] La belle dame sans merci,** v. 800, str. 100. Inc.: *Naguerres cheuauchant pensoye comme homme triste et douloureulx. .*

5, f. 34ᵇ — f. 35ᵇ **Copie de la requeste baille aux dames contre maistre Alain.** Inc.: *Suplient humblement voz loyaulz seruiteurs.*

6, f. 35ᵇ — 40ᵃ **Copie de lettres envoyees par les dames Marie et Jehanne, dame de Katherine a maistre Alain,** cum eius responso (v. 240, str. 30).

Honnoure frere nous vous recommandons. .

Responsum inc.:

Mes dames et damoiselles
Le dieu vous doint joye prouchain. .

7, f. 40ᵇ — f. 47ᵇ **[Alain Chartier] Reveille matin,** v. 360, str. 45.
Inc.: *Apres minuit entre deulx sommes . .*

8, f. 48ᵃ — f. 51ᵃ **[Alain Chartier] Complainte** str. 12.
Inc.: *Contre toy, mort, douloureuse et despite . .*

9, f. 51ᵃ — f. 56ᵇ **Le lay de paix,** str. 13.
Inc.: *Paix eureuse fille de dieu des dieux . .*

10, f. 56ᵇ — f. 66ᵃ **[Alain Chartier] Le breuiaire des nobles,** v. 445.
Inc.: *De noblesse, dame de bon vouloir . .*

11, f. 66ᵇ — f. 86ᵇ **[Alain Chartier] Le debut des deulx fortunes d'amours,** v. 1240, str. 310.
Inc.: *Ung jour passe fu, n'a mie gramment. .*
Expl.: *Ce liure voult dictier et faire escripre pour passer temps sans courage villain vng simple clerc q'on appelle alain qui parle ainsi d'amours pour oyr dire.*

12, f. 87ᵃ — f. 96ᵇ **17 Balades et 1 Rondeau [d'Alain Chartier].**
Inc.: *J'ay vng arbre de la plante d'amours . .*
Fol. 96ᵃ in margine **canticum Gallicum,** v. 20, str. 5.
Inc.: *Merci et pitie sont mors.*

13, f. 99ᵃ — f. 119ᵇ **Cathon en nouvelle translacion,** carmen Latino-Gallicum.
Inc.: *Cathon fut proux chlr et sage home*
Maint bon conseil en la cite de Rome . .
F. 119ᵇ *Miraris uerbis me nudis scribere uersus | hæc breuitas sensus fecit conjungere binos. Cathon finist qui fu sages et preux . .*

14, f. 120ᵃ — f. 126ᵇ **Carmen,** v. 189, cum hoc epodo (refrain):
Barbes et brayes par raison,
on vit, ne sont point de raison.
Inc.: *Celuy qui oit la chieure poirre*
A propos du latin de voiere . .

15, f. 126ᵇ — f. 128ᵃ **Le dit du joly cul,** v. 118.
Inc.: *Aulcunes gens font mencion*
De moult de chouses sans raison.

16, f. 128ᵇ **Carmen Gallicum,** v. 23.
Inc.: *Se bien regardes dont tu viens . .*

17, f. 137ᵃ — f. 138ᵃ **Ballade,** v. 80. str. 8.
Inc.: *Or ie vous prie humblement . .*

18, f. 66ᵃ, 89ᵇ, 92, 93, 94, 98, 99ᵇ, 100, 101, 129ᵃ, 132ᵃ **Versus Latini.**

19, f. 91ᵇ — f. 99ᵇ **Proverbia Gallica.**

20, f. 96ᵇ, 97—98ᵃ, 103ᵃ, 136ᵇ, 137ᵃ **Remedia,** Latine et Gallice.

474. s. XII membr. 8° f. 40.
Commentum in Vergilii Aeneidis lib. I—VIII 696, mutil. a fine. *Actor iste sicut bucolia rogatu scripsit pollionis georgica uero rogatu mecenatis ita et eneiden ad laudem scribit augusti cesaris* etc. Extrema verba sunt hæc.: *Sistro] i . cornu . noua] magna . nauali] agrippa sextum pompeium piraticam uitam . .*

475. s. XII membr. 8° f. 19.
Prosperi carmina. Præcedunt versus aliquot (anthol. Lat. ed. Riese II præf. p. XII): *Hec augustini ex sacris epygrammata dictis* etc. F. 5 et f. 19 sæc. XIV suppleta sunt; in fine habes: *Expliciunt dicta augustini a prospero uersibus deflorata.* Alia manus addidit: *Que ab ecclesia sunt aprobata.*

476. s. XV chart. 8° f. 42.
*1, f. 1ᵃ — f. 3ᵃ **Carmen historico-chronologicum, cum interpretatione pedestri.**
Ecclesiam papa gestat iam more caduco
Zelat honoris aquam tenebrose labis emacem etc.
Superscripti sunt rubro colore numeri et litteræ. In margine legitur: *Incipit annus M. CCCCVII ecclesiam.* In eius carminis fine hi versus leguntur:
Mille quadringentis septem si iungeris annis
Incipis ista metra currenti per duo lima (?)
Metris expletis iterato reincipietis
Mars M. prebebit. Reliquas aprilis habebit
Mars retrograditur. In aprili rectius itur.

*2, f. 5ᵃ — f. 10ᵇ **Compotus Gellandi (Joannis de Garlandia).** *Ad habendum ciclum solarem secundum gellandum siue literam dominicalem quod idem est in proposito ut patebit sumatur iste uersus:*
filius esto dei celum bonus accipe gratis.
Qui per primas sui literas etc.
In fine: *Explicit 1447. 12 Junii.*

*3, f. 10b **Versus de XII mensibus.**
Cisi . ge . ianus. E. R. sibi uendicat. hil. fe. mauri sulp. etc. In singulis mensibus describendis bini versus desudant.

4, f. 11a — f. 14a **Computus versibus conditus (Joannis de Garlandia).**
Compotus est talis proprie dictus manualis etc.

5, f. 14b — f. 24b **Tabulæ astronomicæ (calendarium) cum commentario.** Latinis Gallica mixta sunt.

Crede ratem uentis animum ne crede puellis etc.

Habes hos versus in anthol. Lat. ed. Riese I 1. 182 nr. 268.

F. 206^b — 207^b scriptura vacant.

25, f. 208^a — f. 230^b, s. XIII. **Computus, sine titulo, cum scholiis.** Intermixti sunt versus. *A antica* (sic) *principue propositum agrediamur prœuidendum est — Momenta XI horam perfectam dicimus esse et medietatem unius hore XX momenta Vnciam duodecimam partem momenti cum ipso nomine proditur. Cuiuslibet enim rei pars XII hoc nomine nuncupatur. Singule untie.* Citantur in hoc opere præter ceteros Ovidius in fastis, Dionysius Abbas Romanus, Beda Venerabilis sacerdos, Helpericus Abbas Anglicus (f. 209^b); Gelladus Lothoringie oriundus (f. 210^a).

*26, f. 231^a — f. 236^a, s. XI. **Fragmentum Ovidii artis amatoriæ.** Est lib. III v. 618 — fin. Contuli in Alexandri Riesei usum; cf. Ovidii opera ed. Riese I præf. p. XIII.

*27, f. 236^a — f. 236^b **Ovidii amorum lib. III, 5.** *Incipit o lib. de somno. Nox erat et somnus lassos sumisit ocellos* etc.

*28, f. 237^a — f. 248^b, s. XIV. **Tractatus de legibus Atheniensium a fine mutilus, confectus a quodam Christiano,** *In ciuitate atheniensi fuit constituta talis lex. Cecus de publico mille denarios reciperet — Sed tales nolunt obedire deo et ideo iuste abdicantur et in infernum retribui...*

29, f. 249^a — f. 255^b, s. XIII—XIV. **Tractatus grammaticus versibus conceptus, sine titulo, cum glossis.**

Est anceps gladius anceps sentencia fertur —
Componis ligo subligo dicimus inde uenire.

Habet ea libri pars veteri manu sæc. XIV—XV scriptos numeros 156—163.

520. s. XV chart. 8° f. 157. Fuit Jac. Bongarsii 1579.

1, f. 1^a — f. 60^a **Horatii odæ, cum glossis, sine titulo.** Præmissa est brevis vita poetæ.

2, f. 62^a — f. 152^b **Ciceronis rhetorica ad Herennium, sine titulo.**

*3, f. 153^a — 157^b **Excerpta de rhetorica.** *Rhetorica est scientia bene dicendi in ciuilibus questionibus ad persuadenda* (?) *iusta et bona* etc. In tegumentis interioribus agglutinata sunt folia singula, in quibus manu sæc. XIII precationes (hymni) aliquot scriptæ sunt. Videntur breviarii partes esse.

521. s. XII membr. 8° f. 111. F. 89 et 90 fere tota lacerata sunt. Fuit Francisci Danielis.

Lucani Pharsalia (lib. I—X, v. 540).

522. s. IX—X membr. 8° f. 99. Desunt aliquot quaterniones in fine; nam f. 91ᵇ signum quoddam asterisco simile adpictum est cum verbis: *hoc signum require prope finem libri.* Sed requirentibus nulla se offert illius opusculi continuatio; præterea ultimus codicis tractatus iusto fine caret. Fuit liber olim Sancti Remigii, id quod subscriptio sæpissime repetita testatur: *Liber sci. remigii studio fratris adalaldi;* cf. f. 13ᵃ: *optineat sanctus dei remigius ut ad uitam æternam perducat adeloldum pius dominus.* F. 4ᵃ legitur: *Bongarsius accepit a J. Russatio præside Caluimontano propræfecto lingonensi.* F. 1ᵃ scriptura vacat.

1, f. 1ᵇ — f. 68ᵇ **Ars Petri grammatici.** *DE SIMILITVDINE PRIMÆ LITTERE ÆTATI HOMINIS HOC EST IN^fan^TIÆ. Sciendum est autem cui littera similis esse uidetur — etiam longo tractu finiatur ipsa elocutio interiectio dicenda est. FINIT DO. GRAT.* Secuntur versus XX, quorum undecim extremi in initio operis collocandi erant:

Hoc opus exiguo quod cernis tramite lector —
Jam resonent castis uerba beata modis.

Edidi hos versus in Anecdotis Helveticis p. 159; ibidem p. 159—171 excerpta ex Petri arte dedi, hunc codicem littera B signans, cf. ibid. præf. p. XXXVIII et p. XCVI—XCVIII.

2, f. 69ᵃ — f. 88ᵇ **Donati ars maior et barbarismus, p. 367—402 ed. Keil.**

3, f. 89ᵃ — f. 91ᵇ **Commentum in Donati artem secundam a fine mutilatum.** *In nomine sanctæ trinitatis AGGEUS* ^R.ss.^ (= aggressus) *quidam iuxta traditionum magistrorum de multis pauca commemorare — martius portius cato romani generis disertissimus dicit radices litterarum amaras esse, fructus autem dulces.* Edidi totum in anecdotis Helveticis præf. p. XXXIX—XLI. Palæmonis nomen huic opusculo præmissum est in codice Neapolitano IV A, 34 sæc. XI—XII, cf. præf. p. XXXIX adnot.

4, f. 92ᵃ — f. 96ᵃ **Tractatus duo de orthographia, quorum prior (f. 92ᵃ—94ᵇ) Isidori orig. lib. I cap. XXVI continetur.** Edidi tractatum posteriorem f. 94ᵇ—95ᵇ in anecdotis Helveticis p. 291—295, cf. ibid. præf. p. XLI et p. CXXXV—p. CXXXVIII.

*5, f. 96ᵃ — f. 99ᵇ **Commentum in Donati artem maiorem a calce mutilum.** *EXPOSITIO DE ARTE MAIORE. Quæ sunt quæ omnem ueritatem scripturæ commendant — quia omnia spiritalia nomina hi* (leg. *his*) *similia numquam proprium sed semper appellatiuum habent.* Dedi ex hoc commento excerpta in anecdotis Helveticis præf. p. XLI—XLIII.

523. s. XVI chart. 8° f. 265. Donum nobilissimi D. Alberti Steigeri dom. in Münsingen et Wichtrach prid. Cal. Febr. MDCCXV.

Commentum Arabicum in Gulistân Sa'di de Sorûri, scriptum a. 957 H. (a. 1550) Amasiæ.

524. s. XV membr. 8° f. 452. Insunt picturæ memorabiles.

1, f. 1ª — f. 9ᵇ **Tractatus de planetis.** *Omnis creatura et uniuersa quæ sunt in mundo* etc.

2, f. 10 **Tractatus de luna.**

3, f. 10ᵇ **Canon super kalendarium magistri Petri de Datia compositum ad meridianum Parysiensem.**

4, f. 11ª — f. 16ᵇ **Calendarium.**

*5, f. 17ª — f. 19ª **Tabulæ astronomicæ.**

6, f. 20ª — f. 452ª **Breviarium Romanum (calendarium ecclesiasticum).** Cf. cod. seq.

B 524. s. XV membr. 4° f. 385. Insunt picturæ memorabiles. Fuit claustri Sororum Interlacensium.

1, f. 1ª — f. 11ᵇ **Tractatus de planetis.** Cf. nr. 524, 1.

2, f. 12ª — f. 17ᵇ **Calendarium.**

*3, f. 18ª — f. 18ᵇ **Tabulæ astronomicæ.**

4, f. 19ª — f. 385ᵇ **Breviarium Romanum (calend. ecclesiasticum).** F. 1ª legitur manu rec. (sæc. XV).

Johanna von arberg. Was ein Closter frow
Agnesa stollera zu Interlacken.

Cod. 524 et B 524 eodem tempore et fortasse eadem manu scripti sunt, neque tamen certo efficitur, an illius Johannæ de Arberg, id quod ex loco aliquo collegerunt, qui IV Kal. Mart. adscriptus est: *Clara de Arberg soror mea dilecta obiit 1440.* Cf. Trouillat, monumens de l'évêché de Bâle I, 35. 36.

525. s. XIV—XV chart. 8° f. 334. In tegum. priori legitur: *Doctori Barbato pertinet.*

Compilationes medicæ de herbis, animalibus et mineralibus ex Musa, Apuleio, Sexto philosopho et Serapione.

1, f. 1ª — f. 17ᵇ **Liber fiducie Algafiky.**

*2, f. 18ª — f. 23ª **Hyldegardis de simplicibus medicinis.**

*3, f. 23ᵇ — f. 24ª **Præcepta medica varia.**

*4, f. 24ᵇ **Præcepta medica versibus concepta.**

*5, f. 25ª — f. 26ª **Versus rimati varii argumenti.**

Cum multis estis (?) *aliquis stultus sociatur*
Non est cura sibi quid de regno statuatur etc.
Rusticus est quasi bos nisi quod sua cornua desunt
Quamuis sint dura tamen inter uerbera dura etc.

*6, f. 26ª — f. 27ª **Præcepta medica.**

*7, f. 27ª — f. 27ᵇ **Versus varii argumenti.**

Stante salute mea multis stipebar (sic) *amicis*
Dum ruit ipsa salus hii cecidere simul etc.

*8, f. 28ª — f. 133ᵇ **Tractatus medicus de plantarum vi.**

9, f. 134ª — f. 166ᵇ **Macer de herbis.**
10, f. 166ª — f. 170ᵇ **Plantarum enumeratio cum interpretatione Germanica.**
*11, f. 171ªᵇ **Præcepta medica.**
*12, f. 172ª — f. 181ᵇ **Herbarius.**
*13, f. 181ᵇ — f. 185ᵇ **Excerpta ex Sexto philosopho de medicina animalium.**
*14, f. 186ª — f. 205ª **Præcepta medica.**
*15, f. 205ᵇ — f. 206ᵇ **Tractatus de quattuor principalibus corporis partibus.**
*16, f. 206ᵇ — f. 210ª **Præcepta medica et excerpta varia.**
*17, f. 210ª — f. 334ᵇ **De viribus herbarum (Serapionis).**

526. s. XVI chart. 8° f. 184.
Jacobi Brocardi de prophetia, quæ sibi visa est inesse in libris evangelicis et apostolicis animadversiones.

527. s. XV chart. miscell. 8° f. 207. In capite libri legitur: *Doctori Barbato pertinet liber;* alio loco: *Iste liber est....... quem in italia Rome et padue collegi hinc inde et scripsi.* Præterea in eo folio, quod post libri tegimen est, scripta sunt aliquot excerpta Ciceronis; extremo loco habes hoc epigramma:

Ante alios castusque et iusti amoris amator
Diuus aristodes occubat hoc tumulo
Si cui de cunctis magne est sapientia laudis
Maiorem hic habuit nec comes inuidia est.

1, f. 1ª — f. 3ª **Claudiani descriptio balnei Aponis.** *Descriptio balnei aponis edita a claudiano poeta C. apud patauium urbem. F]ons anthenoree uitam qui porrigis urbi* etc. *Claudiani poete descriptio de bal. apo. ruris patauini œdita honorio et arcadio imp. finis.*

*2, f. 3ª — f. 7ª **Sapphus epistula ad Phaonem (Ovidio tributa).** *Saphos natus egregie pelasgide lebisde mitelene epistola ad phaonem siciliensem amatorem incipit feliciter.*

3, f. 7ᵇ — f. 9ᵇ **Antonii Panormitæ elegia ad Johannem Licmolam (Lamolam).** *Panormite poete præclari ad iohannem licmolam (lamolam) quod lacrimis ellegie motus ex ueneria retineri* (?) *nequeat. Ellegia incipit. D]Esine me placida uerbis abducere tena* (corr. *terra*) etc.

4, f. 9ᵇ — f. 14ª **Excerpta varia poetica ex Ovidio, Propertio, Lucano, aliis.** Inter hæc. f. 13ᵇ carmen legitur versuum XXII, quod et in codice Genevensi extat, cuius possessor est J. Adert prof. Genevensis amicus meus s. XV f. 52ᵇ: *Si steteris paulum uersus et legeris istos* etc. In Aderti codice præscriptum est: *Epitaphium nichinæ scorti.*
F. 14ᵇ scriptura vacat.

5, f. 15ª **Leonardi Dathi Florentini ad Joannem Tortellam epistula, versus distich. XIV.**

H]VNC Tortella uelim summo des ipse libellum —
Et docti officio feceris ipse satis.

6, f. 15b — f. 23a **Leonardi Dathi epistula ad Nicolaum papam V de elevatione boni genii.**

V]TRVM mi uigiles ageret cum spiritus artus —
Dependor placide et ludum . . . . inde reuiso.

Carmen leonardi dathi florentini ad Nicolaum Clementissimum papam V pontificem maximum de eleuacione bonii (sic) *genii.* Sequitur commentarius in hoc Leonardi Dathi carmen scriptus f. 23a—25b: *Vtrum mi uigiles ageret] uigilabam equidem sed honestatis gratia huiusmodi ambiguitatem pono — Et ludum] scilicet ad pabulum uerum unde orta est omnis eleuacio boni genii.*

7, f. 26a — f. 27b **Angelinæ epistula ad Marasium.** *Angeline puelle formosissime ad marasium epistola responsiua ad eam epistolam cui titulus est marasii eulogium. feliciter incipit.*

Q]uid quereris quid te tanto merore fatigas —
Quot quod habet blandas magne poeta preces.
finis finis.

Subiunctus est versus colore rubro scriptus:

Res est soliciti plena timoris amor.

8, f. 28a — f. 64a **Tibulli carmina.** *Albii tibulli poete liber primus incipit. Albii tibuli poete illustris liber. Et primo prohemium quod spretis diuiciis atque milicia deliam amet et amori uacare prossus uelit. Incipit feliciter.*

D]Iuicias alius fuluo sibi congregat auro —
Quid miserum torques rumor acerbe tace.

Sequitur: *Ephitauium tibulli* (Domitii Marsi):

T]E quoque uirgilio comitem non equa tibulle —
Aut caneret forti regia bella pede.
finis finis.

Albius tibulus equestris regalis insignis forma cultuque corporis obseruabilis ante alios coruinum messalam originem (?) *dilexit cuius etiam contubernalis equitanico bello militaribus donis donatus est. hic multorum iudicio inter elegos princeps est habitus. Epistole quoque cuius amatorie quamquam breues omnino non inutiles sunt. Obiit adolescens ut ex eius ephitauio accipimus. Valeas qui legeris.* Singulæ elegiæ recto ordine procedunt; sed lib. II eleg. V in duo carmina divisa est; nam post versum 38 *caseus et niuee canddidus angnus ouis* hunc habes novum titulum: *Sibille uaticinium de enea et urbe Roma signa que uentura erant et lauri pronostica et festa pallilia refert demum nemesi se commendans. I]Mpiger eneas* etc.

Item lib. III eleg. VI post versum 32 *uenit post multas una serena dies* incipit novum carmen præscripto *De neera conqueritur* titulo. In fine libri tertii post versum *debueram sertis implicuisse comas* hi versus leguntur continui (lib. IV, 12):

Nec tibi sit mea lux eque tam feruida cura
At uideor paucos ante fuisse dies
Si quicquid tota commisi stulta iuuenta
Cuius me fatear penituisse magis
Hesternam quoque te solam qui nocte reliqui
Ardorem cupiens dissimulare meum.

Denique lib. IV carmina XI et XII in unum conflata sunt.

9, f. 64^b — f. 66^a **Marasii Siciliensis Angelinetum.** *Marasii siciliensis ad eloquentissimum uirum leonardum aretinum in angelanetum prefacio incipit.*

h]VNC leonarde tuo uolui obsignare libellum —
Phebus eris calamus caliopeque meis.
Explicit præfacio in angelinetum.

Secuntur duo carmina:

1, *a]NGELNA meo si respondebis amori —*
Signa michi primo si manifesta dabis.

2, *i]LLAQVEAT usus dulcissimus angelinaii —*
Ista uoluptatis tu michi prima quies.

10, f. 66^a **Antonii Panormitæ epigramma ad Marasium Siciliensem.** *Anthonii panormite ad marasium siciliensem ephygrama incipit.*

]NGELINE occulis dedit aurea tela cupido —
Marasius certe uolt in amore mori.

11, f. 66^a — f. 66^b **Maffei Vegei epistula ad Marasium.** *Maffeii uegii laudensis ad marasium siciliensem epistola incipit.*

m]VSA age sopitas in carmina concipe uires —
Scilicet hunc saluum nomine adire suo.
finis finis.

*12, f. 66^b **Excerpta varia poetica.**

1, *Epigrama euripedis poete.*

Siste quid ipse uelim rogito congnosce uiator
Eripedis tragico carmine clarus humo
Hac iaceo: istud erat quod te congnosce uolebam
Ergo diu felix care uiator abi. Finis.

2, Versus IV de nauta et scriptore:

Vt gaudere solet fessus iam nauta labore —
Exultat uiso lassus et ipse quidem.

Cf. cod. 236 et Peiperi recensionem nostri de ænigm. vet. et medii ævi opusculi in indice philol. ed. Leutsch II, nr. 7 p. 370.

3, Versus Vergilii (eclog. V, 76—78).

*13, f. 67^a — f. 67^b **Pamphili elegia de Galatea, sine titulo.**

P lo² G

Vrgeor inmenso iam dudum captus amore —
Et præcium perdes præcium ni duplices.

Adduntur nonnulli versus ex Vergilio excerpti.

*14, f. 68^a — f. 70^b **Versus Lactantii de Phœnice.** Cf. Riese anthol. Lat. II p. 188 seq.

*15, f. 71^a — f. 72^b **Claudiani carmen de Phœnice.**

*16, f. 73^a **Excerptum ex Plinii historia naturali de phœnice (X, 2, 2).**

*17, f. 73^b **F. Fiani de contempnendis opibus et diligenda paupertate carmen, versuum 22.**

Ascendat quicumque uelit fastigia felix —
Tutus ero nullosque uagans horrebo timores.
Explicit carmen.

18, f. 74ᵃ — f. 76ᵇ **Ciceronis Philippica quarta.**

19, f. 77ᵃ — f. 80ᵃ **Ciceronis Philippica octava.**

20, f. 80ᵃ — f. 81ᵃ **Excerpta ex Ciceronis Philippicis XIII. XII. I.**

*21, f. 81ᵇ — f. 85ᵃ **Poggii epistula ad L. Aretinum de Hieronymi supplicio.** *Pogius leonardo aretino. Cum pluribus diebus ad balnea fuissem scripsi ad Nicolaum nostrum — Sed nolui esse nimium loquax. Vale mi iocundissime leonarde. Constancie III Kl. iunii quo die ieronimus penas luit. finis epistole.*

*22, f. 85ᵇ **Ambrosii epistula ad Stephanum filium, sine titulo.** *Ambrosius stephano dilectissimo filio salutem in domino et sancte karitatis affectum. Orationes nostras ad te perferat hic frater meus non quidem manu nostra scriptas* etc. *Ex nostro monasterio* (?) *fontis boni XXI martii. Cura fili ut humiliter te in omnibus et religiose habeas obediencieque latissima itinera et tutissima pergas assidue.*

23, f. 86ᵃ — f. 95ᵇ **Donati vita Vergilii.** *Vita p. uirgilii Maronis poete maximi quam a donato editam nonnulli putant.* Cf. schol. Bern. ad Vergili Bucol. et Georg. Lips. Teubn. 1867 p. 676—682.

*24, f. 95ᵇ **Virgilii carmina de Y littera Pythagoræ.** Cf. Riese Anthol. Lat. II p. 83 nr. 632.

*25, f. 96ᵃ **Hesiodi versus de virtutis vitiique natura, numero VII.**

Tota simul facili uitia ipsa assumere captu —
Mollis adest que uisa fuit durissima quondam.

Cf. Hesiodi opera et dies v. 286—292.

*26, f. 96ᵃ — f. 97ᵇ **Isocratis oratio ad Nicoclen per Karolum Aretinum Latine versa, a fine mutil.** *ISOCRATIS E GRECO FACTA LATINA PER V. CL. KAROLVM ARETINVM. o]MNES qui uobis regibus o nicocles uestes uel es uel aurum — nullum poetam præclarum nullum denique sophistam intemptatum relinque. Sed hiis quidem te auditorem* = Isocrat. ad Nicoclem 1—4 med.

27, f. 98ᵃ — f. 112ᵇ **Poggii invectiva contra Laurentium Vallam.** In fine: *FINIS FACVNDIAR. POGGII.*

*28, f. 112ᵃ — f. 114ᵃ **Bartholomei Malipetri epistula ad Marcum Barbum Venetum.** *Epistola bartholomei maripetri ad d. marcum barbo uenetum. Bartholomeus malipetrus amico probatissimo d. marco barbo salutem. Etsi ex aliis litteris quas heri ad te scripsi ubi qua re laborarem* etc. *Ex tusculano die XXVII octobris 1451.*

*29, f. 114ᵇ — f. 115ᵇ **Nicolai Peroti epistulæ duæ ad Thadeum Quirinum.**

1, *Nicolaus perotus thadeo quirino. Nicolaus perotus thadeo quirino s. p. d. Expertus sum tecum maxime uerum esse id quod* etc.
2, *Presbyter nicolaus thadeo quirino. Vrbi florentissime uenetarum* (?) . . . . . . *uir cum* . . . . *illius sanctissime senatus* etc.

*30, f. 115ᵃ — f. 117ᵇ **Ambrosii Traversarii epistulæ diversæ.**
1, f. 115ᵃ sine titulo (ad Stephanum filium, cf. supra nr. 22): *Dileximus te quoque fili ab ipsis quoque tenerioribus annis ut nosti* etc.
2, f. 115ᵇ *Ambrosius fran. suo. s. p. d. Si bene uales ualeo. Quanto animi dolore Zacharii fratris optimi* etc.
3, f. 116ᵃ *Ambrosius placido monacho salutem. Vide queso quam sit fluxa mea memoria* etc.
4, f. 116ᵃ *Venerabili fratri in Christo placido ambrosius in domino eternam* (?) *salutem. Proficiscitur ad uos dominus anshelmus* etc.
5, f. 116ᵇ *Domino amantissimo patri placido. Contristauit nos primum* etc.
6, f. 116ᵇ *Domino duci Sabaudie. Illustrissime princeps et domine noster singularis. Cum rediret ad prouinciam illustris* etc.
7, f. 117ᵃ sine titulo: *Hac hora reuersus ex heremo comperi dominos meos* etc.
8, ibid. sine titulo (in mediæ epistulæ margine scriptum est *nicolaus nicolai*): *Vix possum non mirari instantiam tuam* etc.
9, f. 107ᵇ sine titulo: *Commendo pie dignacioni tue negocium illius bulle nostre* etc.

*31, f. 118ᵃ — f. 151ᵇ **Ciceronis epistulæ selectæ ad Familiares, ad Atticum, ad Brutum.**

*32, f. 151ᵇ **Aeschinis philosophi oratio in senatu Atheniensium habita.** *Eschines philosophus in senatu atheniensium. Reminiscor athenienses alexandrum hac nostra in urbe liberalibus artibus eruditum — si nos obsequentes sibi supplicesque inuenerit. finis.*

*33, f. 152ᵃ — f. 155ᵃ **Excerpta ex Ciceronis libris de amicitia, de officiis, de senectute, ex Philippicis.**

*34, f. 155ᵇ — f. 156ᵃ **Excerpta ex Senecæ proverbiis, sine titulo.** In fine: *Notabilia senece expliciunt.* Ribbeckio excerpsi, cf. de hoc codice eius librum: Scænicæ Romanorum poeseos fragm. Vol. II ed. II præf. p. LXXXIX seq.

*36, f. 157ᵇ — f. 160ᵇ **Excerpta varia ex Ciceronis Philippicis, de Themistoclis vita, ex Terentio, ex Ciceronis libro de præclaris oratoribus aliisque eius libris.**

*37, f. 161ᵃ — f. 163ᵇ **Sententiæ variæ ex diversis auctoribus collectæ.**

*38, f. 163ᵇ **Anonymi epistula originis recentioris, sine titulo.** *Clarissime doctor et uir et omnium peritissime. Quoniam ut nosti non satis recte facit qui suo nititur consilio* etc.

*39, f. 164ᵃ — f. 170ᵃ **Andreæ Contrarii Veneti ad illustrissimum Alfonsum Italiæ et Hispaniæ regem exhortatio adversus Turcos.** Subscriptio Græca addita est, qua Alphonsus *ΤΑΛΙΑC ΚΑΙ ΒΙΡΙΑC* rex esse dicitur. *S]Vperioribus annis post constantinopolim regiam et olim inclitam* etc.

*40, f. 170ᵇ — f. 171ᵃ **Jordani archiepiscopi Capuani epistula ad nescio quem presbyterum.** *Reuerendissimo in Christo patri et domino d. A ylliden. prespiterio cardinali dignissimo iordanus archiepiscopus capuanus salutem plurimam dicit. Pictais* (?) *decanus homo omnium qui sunt qui fuerunt quique futuri sunt scelestissimus* etc.

Fol. 171ᵇ scriptura vacat.

*41, f. 172ᵃ **Tractatus de honore præceptoribus habendo.** *Meritissime quidem illos principes extollit antiquitas qui præceptores suos in honore habuerunt* etc.

*42, f. 172ᵇ — f. 180ᵇ **Tractatus diversi sententiis historiisque ex antiquitate collectis illustrati.** F. 172ᵇ de vivendi luxu atque deliciis; f. 173ᵃ de aliorum imitatione; f. 173ᵇ contra loquacem; f. 174ᵃ de muneribus; f. 175ᵃ de beneficio in principem; f. 175ᵇ de maledictis versus alium; f. 176ᵃ de coitus continencia vel incontinentia; f. 176ᵇ de cena et compotatione; f. 177ᵃ de secretis manifestandis vel non; f. 177ᵇ prudenter dicta aut facta; f. 179ᵇ de fide aut perfidia; ibid. de magnanimitate; f. 180 dedignandum non esse aliena quoque adiscere; ibid. de legum observancia; f. 180ᵇ de imperatione exercitus.

*43, f. 181ᵃ — f. 207ᵃ **Tractatus Johannis Galeni de iustitia, sine titulo.** *Cum misericordia et ueritas* etc. Cf. cod. Bern. 260, 7.

528. s. XII membr. 8° f. 84. F. 1: *Papinii Statii Thebais illustrissimæ Reip. Bernensis bibliothecæ a Joan. Jacobo Grassero obseruantiæ igitur* (sic) *consecrata MDCVIII Kal. Nouemb.*

Statii Thebais, a fine mutil. (XI, 517). Præmissæ sunt Statii vitæ duæ, quas in Ed. Wölfflini usum descripsi:

1, *Tullum est ciuitas in gallia unde auctor iste oriundus tulosensis dictus est* etc.

2, *Stacius pampinius curculus intolonencis patria extitit oriundus* etc. In Statii textu multa desiderantur: desunt lib. IV, v. 386—IV, 308 ante f. 33; lib. V, 389—VI, 17 post f. 33; nec non inter f. 39 et 40 duo folia intercidere (lib. VI, v. 476—VI, 636); f. 70 post f. 67 locandum; inter f. 70 et 71 sex folia desiderantur; post f. 71 ponas f. 68. 69; tum sequantur f. 72 et f. 73; inter f. 69 et 72 quattuor folia desiderantur.

529. s. XVI chart. 8° f. 226. Sinn. I, 244 falso nr. 524 posuit. Cf. cod. 500.

Theophrasti Paracelsi ab Hohenheim scripta theologica, Germanice.

1, f. 1ᵃ — f. 44ᵃ **De septem punctis Idololatriæ Christianæ.**

2, f. 48ᵃ (45—47 vacant) — f. 95ᵇ **Die 14 parabol so Christus**

geredt hatt durch den Evangelisten Sanct Matheum beschrieben.

3, f. 99ᵃ — f. 156ᵃ **Theophrasti Paracelsi Ausslegung über das buch Danielis.**

4, f. 159ᵃ — f. 169ᵇ **Ausslegung dess dritten Theyls des psalters Davids die erste Distintio** (sic).

5, f. 171ᵃ — f. 198ᵃ **De sancta trinitate.**

6, f. 203ᵃ — f. 217ᵇ **Dass liebell vom Sacrament corporis Christi einzunnemmen zu der Seligkeit.**

7, f. 219ᵃ — f. 226ᵃ **Libellus de baptismate Christiano.**

530. s. XVI chart. 8° f. 175.

Jacobi Brocardi commentum in psalmos.

531. s. XV chart. 8° miscell. f. 224.

1, f. 3ᵃ — f. 42ᵇ **Meditationes super septem psalmos pœnitentiales Petri de Alliaco episcopi Cameratensium.**

*2, f. 43ᵃ — f. 50ᵃ **Sermo super antiphona Beatæ Virginis.** *Ad salutandam uirginem primo debes eius magnitudinem considerare* etc.

*3, f. 50ᵇ **Epithaphium Karoli VII Francorum regis, v. XV.** *Rex Karolus fueram gallorum septimus olim* etc.

*4, f. 50ᵇ **Carmen de ludo scachorum, vers. IX.** *Ludum scacorum si tu uis scire decorum* etc. Cf. libellum meum, cui est titulus: Antike u. mittelalt. Räthselpoesie p. 34 seq.

*5, f. 51ᵃ — f. 60ᵇ **Homilia Origenis de 'Maria stabat'.** *Audiuimus fratres mariam ad monumentum foris stantem* etc. In fine:

Hoc est nescire sine christo plurima scire
Qui christum bene scit satis est si plurima nescit.

*6, f. 61ᵃ — f. 63ᵇ **Sermo de modo vivendi.** *Quisquis es qui per fidem spem et caritatem uis ad salutem pertingere* etc.

*7, f. 64ᵃ **Versus aliquot de aliqua muliere, num. V.**

Orbis ouans dignam sexus te concinat omnis
Te memorant matres magno tibi nomen honore etc.

*8, f. 64ᵃ **Epitaphium B. Bernardini, v, X.** *Hic benardinus* (sic) *acquilana conditus urbe est* etc.

*9, f. 64ᵃ **Epitaphium cuiusdam summi pontificis, v. VI.** *Pontifici summo fierent cum funera nuper* etc.

10, f. 64ᵇ **Ovidii amorum lib. I, 5.**

11, f. 65ᵃ — f. 109ᵇ **Aeneæ Silvii historia amantium duorum Euryali et Lucretiæ.**

*12, f. 110ᵃ — f. 111ᵇ **Tractatus de Theophrasti libro de nuptiis.** *Fertur aureolus theophrasti liber de nuptiis in quo querit an uir sapiens ducat uxorem* etc.

*13, f. 111ᵃ — f. 112ᵇ **Hippocratis iusiurandum.** *Testor apollinem medicum et esculapium hygieamque* etc.

*14, f. 113ᵃ — f. 118ᵇ **Aeneæ Silvii ad Hippolytum Mediolanensem epistula de remedio amoris.**

15, f. 119ᵃ — f. 124ᵃ **Epistula Pii episcopi ad nobilem virum Philippum Burgundiæ ducem. 1464.** *Rumor ad nos delatus est nobilitatem tuam* etc.

16, f. 125ᵃ — f. 144ᵇ **Oratio Pii papæ II habita in conventu Mantuano.** *Cum bellum hodie aduersus impiam turcorum gentem* etc.

*17, f. 145ᵃ — 146ᵃ **Epistula Pii papæ II missa episcopo Atrabatensi apostolicæ sedis legato. 1461.** *Veniens ad nos proximis diebus dillectus filius prosper de cumulio orator ducalis* etc.

*18, f. 146ᵃ — f. 146ᵇ **Plutarchi oratio ad Traianum.** *Plutarchus traiano salutem dicit. Modestiam tuam noueram non appetere principatum* etc.

19, f. 147ᵃ — f. 170ᵇ **Guarini Veronensis epistula ad Angelum Corbinellum civem Florentinum, cum versione Plutarchi libri de educandis liberis Latina.** *Maiores nostros Angele mi suauissime non admirari* etc.

*20, f. 171ᵃ — f. 191ᵃ **Tractatus de dialectica (de argumentis).** *Tribus modis arguitur in iure nostro duobus ualidis et necessariis et uno probabili scilicet exemplo* etc.

*21, f. 191ᵃ **Versus de ludo scachorum.** Est idem carmen, quod sub nr. 4 recensuimus.

*22, f. 191ᵃ **Epitaphium B. Bernardini.** Est idem carmen, quod supra sub nr. 8 recensuimus.

*23, f. 191ᵇ **Carmen de Elysia nympha, vers. XXVI.** *Elysia auricomus inter celeberrima nymphas* etc.

24, f. 193ᵃ — f. 199ᵃ **Oratio B. Basilii de laudibus vitæ solitariæ.** *Libet de solitarie uite meritis pauca perstringere* etc.

*25, f. 199ᵃ — 199ᵇ **Epistula nescio cuius ad nescio quem.** *Mihi profecto nuntiatum est ab illo utriusque nostrum amantissimo M. A. te grauiter ferre* etc.

*26, f. 199ᵇ — f. 200ᵇ **Pollixenæ Grimaldæ epistula ad N. ingenuum.** *Admirari nequeo tua dillectione preuisa uir optime ad me tuas litteras accessisse* etc.

*27, f. 201ᵃ — f. 210ᵇ **Visio mira per modum dialogi super fortuna etc. Aeneæ Silvii epistula ad dom. Prochopium de Rabaustein militem intentum et præstantem. 1444.** *Noctu preterita priusquam me quieti committerem* etc.

28, f. 213ᵃ — f. 224ᵃ **Valteri Marchionis Salutiarum et Griseldis historia (a Fr. Petrarca scripta).** *Est ad ytalie latus occiduum uexullus* etc.

532. s. ? chart. 8° f. 37.

Turcicorum carminum collectio, Arabice.

533. s. IX—X membr. 8° f. 152.

1, f. 1ᵃ — f. 148ᵃ **Hieronymi interpretatio Latina librorum Job, Tobiæ, Judith, Hester.** Quædam excerpsit Sinnerus I, 22 præmisso falso numero 933.

*2, f. 148ᵇ — f. 152ᵇ **Passio VII dormientium, a fine mut.** *In illo tempore regnabat decius imperator descendit in ciuitate constantinea — fidelibus credentibus resurrect... in scla....*

534. s. X membr. 8° f. 87. Fuit Bongarsii. Insunt picturæ litt. init. et in folio primo figura monachi ante librum evolutum sedentis.

Juvenci carmina. In primi libri fine legitur litt. uncial.: *Explicit liber primus gai ueit. aquitini s...e iuuenci uersus euangeliorum.* In folii ultimi pagina versa sermone mystico quædam de Hugone duce Francorum et de cœnobio ARKOC (sic) narrantur sæc. X—XI: *Solibus prenotatis cum ignito mu .... phebus iubar micans paulatim ab humanis subduceret obtutibus* etc.

535 s. XIV membr. 8° f. 49. Fol. 1ᵃ extat pictura Clementem delineans.

1, f. 1ᵃ — f. 47ᵇ **Vita beatissimi Clementis confessoris atque Mediomatricorum primi pontificis.** *Postquam peractis omnibus quæ cum patre pro mundi salute* etc. In fine:

Clauis dauid aue pie presul adelbero salue!
Crescas proficias felicia secula ducas.
Id petit hoc orat sic ecelinus adoptat.

*2, f. 48ᵃ — f. 49ᵃ **Tractatus de aqua vitæ.** *Aqua uite sic fit. R. Euforbii* etc.

*3, f. 49ᵇ **Hymnus cum notis musicis quadrilineis.** *Reparatrix maria nobilis uirgo pura* etc.

536. s. XVI chart. 8 f. 59—241. F. 59ᵃ: *Bibliothecæ publicæ hoc MSC. d. d. Samuel Leemannus V. D. M. et Prof. A. C. 1695.*

***In d. apostoli Pauli ad Ephesios epistolam commentaria et pia et erudita d. M. S. Simonis Sulzeri Bernæ pro colloquio publico tractata, sed per Jacobum Fabritium descripta. Mense Augusti die 7 incepta est hæc epistola. 1541.** Inde a f. 181ᵃ epistula Pauli ad Philippenses eodem modo a Sulzero tractata legitur.

537. s. XIV chart. 8° f. 196.

1, f. 1ᵃ — f. 160ᵃ **De Hierosolymarum excidio per Vespasianum perpetrato, Germanice, ab initio mutil.** *Schickte er eine grosse sücht die man nennet den krifft* (?) *an den keiser uespasianüs da von ymen die nase liffen bart vnd backen abgessen würden Also das er zü male vngeschaffen übelriechen* etc.

2, f. 165ᵃ — f. 192ᵇ **Carmen Sibyllæ, Germanice.** Cf. Fr. v. d. Hagen, Briefe in die Heimath I, 205. *Sibilla ein Junffrauwe also genant Ein wissagyn wol bekant su kunde wol gesegen von zu°kunfftigen dingen was bescheen solt vor dem iüngsten tage in der alten ee vnd noch alle tage geschicht in diser nuwer welte vnd von adams baume* (rubr.) *Gott was yee vnd ist yemer Vnd verget sin wesen niemen.*

Alle ding stont In siner hende
Er ist one anefang vnd one ende —
Des helff vns die frya
Reyne maget sancta maria.
Amenn.

3, f. 193ᵃ — f. 196ᵇ (sæc. XV) **Carmen de passione Margaretæ, Germanice, mutil. a fine.**
Margereten passio.
Da was eyne heidensche patriarche der was wisse vnd starck geheisen theodosius yn antheochia stont sin hus
er was ein heidensche man
Eyne schone dochter er gewan
von syme same geboren
Zo godes dienst wart sy vsser koren —
Giff myr sin vnd auch list
Den hesliche dufel zu verdriuen.
In fine aliquot folia periisse etiam nunc vestigia adsunt.

538. s. XI—XII membr. 8° f. 160.

*1, f. 1ᵃ — f. 36ᵃ, sæc. XI—XII. **Boetii arithmetica, mutil. ab initio.** *denominata est et ipsa pars tercia unitas. Eodem quoque modo quinarii sola* etc. = p. 1367 ed. Basil. Quaternio primus periit: deest libri I pars.

*2, f. 36ᵇ, s. XII. **Formula mystica.** *Arfula astarum flibar interinas* etc. Cf. schol. Bern. ad Vergili Bucol. et Georg. præf. p. 692 not. 5.

3, f. 37ᵃ — f. 160ᵇ, s. XI. **Justini epitomæ Trogi Pompeii.** Desunt prologi. Magna libri pars putredine deleta est. Cf. de hoc codice Franc. Rühl: 'Die Textquellen des Justinus', annal. philol. suppl. VI fasc. I p. 19, qui eum sæc. XII adiudicat (D). Idem Bongarsium a Petro Daniele hunc librum accepisse una cum cod. 160 docuit l. l. Pro tegumento est **charta** s. XV scripta, Gallice.

539 s. XV chart. 8° f. 80. Fuit Bongarsii.

*1, f. 1ᵃ **Chartæ fragmentum sæc. XV Gallice scriptæ.**

2, f. 3ᵃ — f. 20ᵃ **Persii satiræ.** Cf. O. Jahnii ed. Persii præf. p. CC. Jahnius falso num. 327 posuit.

3, f. 24ᵃ — f. 61ᵃ **Commentum in Persii satiras.** *Aulus Persius Flaccus. Natus est pridie nonas decembris* etc.

*4, f. 61ᵃ — 63ᵃ **Commentum in Juvenalis satiras.** *In exponendo Juuenale hæc uidentur potissimum requirenda uita poetæ titulus operis — Alii dicunt diem incepisse a media nocte usque ad mediam noctem sequentem ut ff. de feriis morum romanorum libro secundo.* Non nisi super primos primæ sat. versus extenditur.

5, f. 70ᵃ — f. 80ᵃ **Vitalis Blesensis Geta comœdia, cum glossis.** *Grecorum studia* etc. Usus est hoc libro C. Guil. Muel-

lerus Rudolstadiensis in sua Amphitruonis sive Getæ editione, analect. Bern. part. II.

*6, f. 80b **Metrum de septem formis causalibus, v. VIII.**
Quot fiunt forme doctoris prodeat ore —
Deposcunt unus totusque exaptota solus.

Huic libello olim plura infuisse, testatur argumentum f. 2a propositum hoc: *Persius. Commentum in persium. Comedia amphitrionis. Ouidius de somno. Ouidius de cuculo. Ouidius de pulice. Ouidius de philomena* (sic).

B 539. s. XIII (fol. 1—8), sæc. XI (f. 9) membr. 8°. Fuit P. Danielis.
Persii fragmenta.

1, f. 1a — f. 8a **Sat. I v. 105 — sat. VI fin., cum glossis.** Adest vetus paginatio num. 91—98. F. 2b leguntur excerpta ex Cornuto (*Cornuto referente persium de tuscia natum* etc.) et satirarum argumenta. F. 8a in marg. dext. legitur **carmen 24 versuum,** quod male accidit, ut ob putredinem legi nequeat. Pentametri primi finis hic est: *sit tibi primus honor,* secundi: *tuus laus alienus honor.* F. 8b exhibetur carmen versuum 22 de monachis:
Que monachi quærunt patrii mea iura fuerunt
Concilio uult fratrum laribus me pellere patrum etc.
In altero versu P. Daniel 'concio' legendum vidit.

*2, f. 9ab **Persii sat. VI, 10—59, cum scholiis.**

540. s. X membr. 8° f. 46.
Tractatus anonymi (Augustini) de vera religione liber primus, mutil. ab initio. *et corporis conditor a quo pax omnis est et qui forma est infabricata atque omnium formosissima — unum deum ex quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi gloria in sæcula sæculorum. amen. explicit de uera religione liber primus.* Cum in f. 8b quaternionis signum III extet, priores quaterniones duos huic libro deesse patet. In fine legitur erasis litteris vocalibus: *hos operis . . . . cernis ego indignus clericus scripsi leutg.*

541. s. XVI chart. 8° f. 100.
Jacobi Brocardi de coena domini libri V. In initio legitur: *Jacobi Brocardi de coena domini libri quinque quos offert ecclesiæ ut cum fuerit coacta iudicet probet et improbet, suscipiat et reiiciat, uti uidebitur.* Inde a f. 97 alter tractatus theologicus incipit scriptus profitentibus nomen Christi per unum baptismum: videtur in eo de ecclesiæ schismatibus agi.

542. s. XI membr. 8° f. 171. Multa folia in med. perierunt. Insunt litt. init. pulchre pictæ.

1, f. 1a — f. 10b **Persii satiræ, ab initio mutil.** Deest sat. I et II usque ad v. 46. In fine habes: *Explicit intortus per totum persius orbem.* Cf. O. Jahn Persius præf. p. CC.

*2, f. 11a **Enumeratio viarum et montium urbis Romæ.** *Viæ sunt romæ triginta. Traiana apia latina* etc. Cf. cod. 451.

3, f. 11b — f. 171a **Horatii opera.** Deest liber II epistularum.

4, f. 171a **Horatii vita cum tractatu metrico de Horatii versibus, a fine mutil.** *Quintius* (sic) *horatius flaccus libertino patre natus* etc. Cf. cod. Bern. 363. In fine habes: *Tercia ode dicolos est distrophos hoc est duplici genere metri scripta a secundo facta replicatione.*

543. s. XVII chart. 8° f. 62.

****Johannis Henrici Sattleri Geometria.** Sunt figuræ geometricæ pictæ, quibus adiectus est tractatus Germanice scriptus. Præterea eodem volumine continetur fasciculus fol., cui insunt:

a, Adversaria geometrica, Germanice scripta.
b, Adversaria ad rem militarem spectantia, Gallice.
c, Usage de la bousole.
d, Extracta ex Cæsare Devoli de re militari, Italice.

Denique ibidem extant schedæ quinque figuras geometricas continentes.

544. s. XVI chart. miscell. 8° Sinnerus III, 131 falso nr. 644 posuit.

Bongarsii iuridica.

1, f. 53 Annotationes Joannis Truchii J. V. doctoris et professoris in Aurel. Academia in librum primum Institutionum anno 1540.

2, f. 22 De actionibus.

3, f. 27 Institutionum analysis.

4, pag. 197 Lectiones in librum primum institutionum iuris civilis. 1569. Adiecti sunt indices p. 198—209. Inter p. 32 et 33 insertum est folium typis impressum, in quo theses iuridicæ de solutionibus a Joachimo Guillero Hamburgensi a. 1573 Heidelbergæ defensæ exhibentur.

5, f. 2 *Ex glossis mss. Adpetitus aduocatus. Adstubulatus idoneus testis adprobatus* etc.

6, f. 1 *Ex manuscr. Theodoricus rex regnauit annis XVII. Chlodoueus regnauit annis III* etc.

7, f. 1 Brevis adumbratio politicæ inventionis.

8, f. 4 Liber de cura et modo rei familiaris gubernandæ ad dominum Raymundum dominum castri Ambasii militem.

9, f. 10 Tractatus de forensi litigatione sæc. XV Gallice scriptus, mutil.

10, f. 33 Oratio ad Genevenses de descensu ad Inferos quid locutio velit. Græce edita ab Hugone Broughtono, Latine reddita per I. P. A. Clarissimo eruditione ac pietate viro D. Isaaco Tenio. *Quoniam traditio uestra* etc.

545. s. XVI chart. 8° f. 106.

****Jacobi Molitoris: Ein clarer Spiegel vonn denn Euangelischen genan** (sic) **predicantenn vnnd Irem standt.** In fine: *1567. Scriptum per Jacobum Molitorem alias lepusculus Beronensis.*

546. s. XI—XII membr. 8° f. 61.

1, f. 1ᵃ — f. 34ᵇ **Excerpta ex veteris testamenti scriptis (sunt Johel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Jesaias, Heremias, Ezechiel, Daniel, Job), mutil. ab initio.**

2, f. 35ᵃ — f. 36ᵇ **Hymnus cum notis musicis.** *Popule meus quid feci tibi* etc.

3, f. 36ᵇ — f. 38ᵇ **Kyrie eleison, cum notis musicis.**

4, f. 39ᵃ — f. 53ᵇ **Excerpta varia ex veteri et novo testamento.** *Sapientia foris prædicat* etc.

*5, f. 54ᵃ — f. 61ᵇ **Sedulii carmen paschale, mutil. a fine.** Præmissa est epistula S. ad Macedonium scripta. Desinit in hunc versum: .... *licet ora mouens uox ferrea clamet.*

547. s. XIV chart. 8° f. 101. F. 2ᵃ marg. inf.: *Iste liber est sancte Marie ab orto.*

Hymni Christiani pedestres diversi atque precationes, Græce, mutil. ab initio et a fine. In primo folio legitur: *Compactus est et huic formæ restitutus hic liber prius lacer et mutilus Venetiis anno 1562.* Quædam excerpsit Sinn. 1, 116.

548. s. X membr. 8° f. 8.

Augustini Dialectica. Usus est hoc codice W. Crecelius intercedente Büchnero, sed male erat collatus. Denuo investigavi, cf. Fleckeiseni ann. phil. a. 1872 p. 757—780.

Fol. 8ᵇ leguntur quædam **excerpta ex Aristotele** dialectica, manu s. X—XI: *ARIST. Maxime substantiæ proprium uidetur esse* etc.

549. s. XVI (XVII?) chart. 8° f. 47.

***Libellus medicinalis de equorum morbis, Germanice.** *Vom Pferdtenn. Ein schön pferdt soll disre Stuck haben. Erstlich* etc.

550. s. XV chart. 8° miscell. f. 186 (folia priora duo perierunt).

*1, f. 3ᵃ — f. 23ᵃ **Tractatus de sensibus, ab initio mutilus.** *rios accusabat. Ut prohibitis ab his reliquis solus ipse feneraretur* etc. In fine habes: *Vale uir nisi ex curialibus unus esses meo iudicio prudens. Pridie Kls. februarii anno salutis MCCCC XLV ex. pruch.*

*2, f. 23ᵃ — f. 25ᵇ **Vindicta illatæ violentiæ, quam de se extorsit Lucretia Romana speculum pudicitiæ.** *Lucrecia spurii lucrecii filia* etc.

*3, f. 25ᵇ — f. 28ᵇ **Epistola Aeneæ Silvii, in qua consolatur amicum mærentem de suæ coniugis morte.** *Eneas siluius episcopus tergestinus domino caspari schlick imperiali cancellario S. p. d. Eger est animus tuus* etc.

*4, f. 28ᵇ — 35ᵃ **Capitulum pulcherrimum de molestiis et oneribus coniugiorum, cuius auctor est Johannes Salesberiensis.** *Sicut sobrietas in conuiuiis necessaria est* etc.

* 5, f. 35^a — f. 35^b **Epistola Aeneæ Silvii ad Sigismundum ducem Austriæ.** *Illustrissimo principi* etc. *Efflagitasti modeste a me pridie* etc.
* 6, f. 35^b — f. 36^b **Epistula Hannibalis ad Lucretiam regis Epirotarum filiam.** *Volui te sepius alloqui amoremque meum* etc.
* 7, f. 36^b — f. 40^a **Epistula Aeneæ Silvii ad Nicolaum Wartebargensem de amoris illiciti medella.** *Querebaris mecum nocte preterita* etc.
* 8, f. 40^a — f. 40^b **Aeneæ Silvii ep. ad Johannem Frund secretarium civitatis Coloniæ.** *Plura tibi per hos dies* etc.
* 9, f. 40^b — f. 43^a **Eiusdem epistula ad Joannem Campisium.** *Attulit michi tandem litteras tuas* etc.
* 10, f. 43^a — f. 43^b **Epistula iocosa Johannis Peregalli ad Petrum Gemingerum.** *Philorcium quam hic amasti* etc.
* 11, f. 43^b **Aeneæ Silvii ep. ad Ambrosium Spannothiam.** *Cincurellus pape tabellarius* etc.
* 12, f. 43^b — f. 50^b **Poggii epistulæ duæ ad Leonardum Aretinum.**
* 13, f. 51^a — f. 64^b **Dominus Bonacus Pistoriensis ad serenissimum dominum nostrum regem (de nobilitate).** *Apud maiores nostros sepe de nobilitate disputatum est* etc. Inest oratio Publii Cornelii de nobilitate, nec non Caii Flaminii.
* 14, f. 65^a — f. 70^a **Tractatus de nobilitate.** *Questio politica. Utrum ex integritate uite* etc.
* 15, f. 70^b — f. 77^a **Leonardi Aretini liber de Tancredo.** Præmissa est epistula ad Bindactium Ricassolanum scripta.
* 16, f. 77^b — f. 83^b **Descriptio cuiusdam rei mirabilis, quæ in Gallia accidisse ferebatur.** *Rem recenti uti accipio euentu gestam* etc.
* 17, f. 83^b — f. 93^b **Descriptio historiæ Griseldis (Fr. Petrarcæ).** *Est ad ytalie latus occiduum uesulus unus ex apennini iugis — rusticana hec muliercula passa est. Per franciscum petrarcham uirum utique elegantissimum.* Cf. cod. Bern. 531, 28.
* 18, f. 93^b — f. 94^a **Excerptum de Lentuli epistula, quam de Christo scripsisse fertur.** *Lentulus sub octouiano imperatore off. in iudee partibus romanis pro nouis de christo scribit in hunc modum. Apparuit temporibus istis* etc.
* 19, f. 94^a — f. 94^b **Excerptum ex Fl. Josephi hist. lib. VIII de Christo.**
* 20, f. 94^b — f. 97^a **Accusatio eorum, qui virgines sanctimoniales introduxerunt a Laurentio Valla.** *Quare nostros maiores non enim omnia* etc.
* 21, f. 97^a — f. 103^a **Epistulæ Aeneæ Silvii duæ.** Ad Wilhelmum de Lapide, ad Petrum Nexetanum.

*22, f. 103ª — f. 106ᵇ **Proverbia.** *Viri est casus uiriliter tollerare. Numina enim ducunt scelestos ad supplicium* etc.

23, f. 106ᵇ — f. 117ᵇ **Raimitii in catalogum Mitridatis de epistolis M. Bruti ad Nicolaum quintum pontificem, cum Bruti epistulis.**

24, f. 117ᵇ **Epigramma in catalogum epistolarum Cratis Cynici Diogenis discipuli v. VII.** *He tibi uirtutum stimulos et semina laudum* etc.

25, f. 117ᵇ — f. 123ᵇ **Cratis epistulæ cum epistula Athanasii Constantinopolitani Archiensis abbatis ad dom. principem Karolum Aragonum primogenitum.**

*26, f. 124ª — f. 132ª **Tragœdiarum Senecæ flores et auctoritates.**

*27, f. 133ª — f. 139ᵇ **Facetiæ morales Laurentii Vallensis, alias Aesopus Græcus per dictum Laurentium translatus.** Cf. C. Guil. Müller. ind. lect. Bern. 1839 p. 5 not.

*28, f. 140ª — f. 145ª **Francisci Petrarchæ de salibus virorum illustrium ac facetiis tractatus.** Secuntur f. 145ª versus aliquot Gallici.

*29, f. 145ᵇ — f. 153ᵇ **Plauti comici elegantiæ et auctoritates et primo ex comœdiis apud nos usitatis et quidem ex Amphitrione in hunc modum incipiunt.** F. 151ª *Ex comediis plauti inusitatis et nouiter repertis elegantie et familiares elocutiones et primo ex mustelaria.*

*30, f. 153ᵇ — f. 155ᵇ **Excerpta ex Terentii Eunucho.**

*31, f. 156ᵇ — f. 161ª **Oratio defensoria de apibus, mut. a fine.** *Argumentum. Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper et diues in agro uicini erant — Et ne coacta in angustum multitudo.*

*32, f. 163ᵇ — f. 165ª **Tractatus de characteribus, præmissa epistula, mut. a fin.** *Reddite michi epistole tue simul ueteris amicicie* etc. *Caracteres trimode auctores finiunt* etc.

33, f. 168ᵇ — f. 169ᵇ **Fragmentum Vitalis Blesensis Getæ comœdiæ.**

Grecorum studia nimiumque diuque sequutus —
Et sua uirgineo uerba pudore domat.

*34, f. 180ᵇ **Excerptum ex epistula cuiusdam papæ.** *Inter multa ac ingentia munera michi diuina clementia collata* etc.

*35, f. 181ª — f. 182ᵇ **In laudem cuiusdam tabellæ B. Virginis, carmen.** *Qui fuit hanc mira qui protulit arte tabellam* etc.

*36, f. 182ᵇ — f. 183ᵇ **Proverbii nuovi Sententiosi, Italice.** *Chi per in. fragil ben leterno lassa* etc. In fine: *Ex libris Joannis Colombet poligniaci.*

*37, f. 184ᵇ **Excerpta ex Plutarchi Alexandro.**

*38, f. 185ª — f. 186ᵇ **Excerpta ex Horatii odis, Taciti lib. de claris oratoribus, Ovidii de Pentheo, Terentii, Vegetii, de iure canonico, Plinii hist. nat. lib. VII cap. I.**

551. s. ? chart. 8° f. 146. Cum quinque picturis. Fuit Henrici Steigeri.
Narrationis cuiusdam Turcicæ pars I, cuius leguntur particulæ aliquot in Pertschii catal. Gothan. nr. 254—257 et Fleischeri catal. nr. 280.

552. s. XVI chart. 8° f. 208.
***Jacobi Brocardi epitome sententiæ propheticæ sacrorum Bibliorum patefaciendæ in secundo adventu Domini.** Adiectæ sunt eidem fasciculo folia aliquot, in quibus de mundi principiis etc. agitur.

553. s. XVI chart. 8° f. 202.
1, f. 1ᵃ — f. 21ᵇ **Tractatus de re militari, Italice. 1543.** *Li bellichosi fatti de romani no sono stati minori* etc.
*2, f. 22ᵃ — f. 44ᵇ **Libro di relligione, Italice.** *Per davin a cognoscere In che modo* etc.
*3, f. 48ᵃ — f. 49ᵇ **Epistula Italice scripta.** *P.* (?) *si ippo macedonico rendendo gratio a Iddio per Sauer. Sancto Alexº suo figlolo* etc.
4, f. 52ᵃ — f. 202ᵇ **Numismata Imperatorum Romanorum Italice descripta.** *Eglie Assai manifesto di Cesaro le uirtute per lamemoria* etc. In fine:
Ephitaphium Mercurii.
Sum deus allatis qui curribus ethera tango
Quem peperit summo lucida maia ioui.

554. s. XII membr. 8° f. 86. In fine: *Iste liber est ecclesie beate genouefe parisius.*
1, f. 1ᵃ — f. 63ᵇ **Scholia in vetus et novum testamentum, ab initio mutil.** Non nisi Græca fere et Hebraica explicantur.
*2, f. 63ᵇ — f. 67ᵇ **Glossæ in epistolis Hieronymi ad Damasum, ad Rusticum monachum, in libro historiarum Eusebii de catalogo Hieronymi, de catalogo Gennasii, in Hieronymo.**
*3, f. 67ᵇ — f. 86ᵃ **Tractatus de ecclesia catholica.** *Ecclesia ergo dei catholica a christi nomine est nominata* etc. Sunt libri duo, quorum alterius capite LVIII liber finitur hisce: *Superesticio dicta eo quod sit superflua aut super instituta obseruatio.*

555. s. XVI chart. 8° f. 283. Fuit Bongarsii 1602.
Ordrici monachi Uticensis Angli historiæ ecclesiasticæ libri, mutil. ab initio. Incipit a libro IX mutil.: *uicissitudines temporum et rerum eternus conditor sapienterque ordinat* etc. Extenduntur hæ historiæ usque ad fol. 275ᵇ (in fine legitur: *finis uite uitalis qui fecit hunc librum*); f. 276ᵃ — f. 283ᵇ sequitur tractatus de Pippino eiusque tempore.

556. s. XV chart. 8° f. 260. Fuit Barbati doctoris Bernensis.
Liber medicinalis.
*1, f. 1ᵃ — f. 6ᵇ **Tractatus de urina.**
2, f. 7ᵃ **Excerptum Aegidii de urinis.**
*3, f. 8ᵃ — f. 12ᵇ **Tractatus de remediis.**

4, f. 13ª — f. 34ª **Theophilus de urinis, cum carmine.**

*5, f. 34ª — f. 34ᵇ **Versus iocosi de monachis.**

O uos omnes auscultatus
Ego uobis uult narratus
Vinum bonum sociatus
Et bonus ridicula.
Quondam sanctus fuit festus
Et rogatus ad comestus
Abbas prior et dorcestus
Cum totus familia etc.

Sunt strophæ quaternariæ XXXIV.

*6, f. 35ª — f. 38ª **Tractatus de pulsu.**

*7, f. 38ᵇ — f. 41ª **Libellus de constitutione corporis humani.** 1442.

*8, f. 41ᵇ — f. 69ª **Tractatus Aegidii de urina.**

*9, f. 70ª — f. 73ᵇ **Tractatus de phlebotomia.**

*10, f. 74ª — f. 76ᵇ **Tractatus de mensibus.** Præmissum est carmen; secuntur quædam de tonitru; deinde habes dialogum mensium, quo de suis virtutibus inter se locuntur.

*11, f. 77ª — f. 80ª **De putrefactione.**

*12, f. 80ᵇ — f. 87ᵇ **De digestione.**

*13, f. 88ª — f. 94ᵇ **Tractatus de febribus (prognost.).**

*14, f. 95ª — f. 110ª **De ægritudinibus.**

*15, f. 110ᵇ — f. 121ᵇ **Tractatus Alberti Magni de vino.**

*16, f. 122ª — f. 129ᵇ **Liber de conservatione corporum, quem misit Aristotiles Alexandro regi.**

*17, f. 129ᵇ — f. 133ᵇ **Interpretationes diversorum sompniorum, secundum alphabetum digestæ.** *Arcum tendere uel sagittas emittere laborem significat* etc.

*18, f. 134ª — f. 136ᵇ **Præcepta medica varia.**

*19, f. 141ª — f. 143ª **Tractatus de ægritudinibus.**

20, f. 143ᵇ — f. 146ᵇ **Elixir doctissimi phisici magistri Arnoldi de Novavilla de vinorum confectionibus.**

*21, f. 147ª — f. 152ᵇ **Tractatus de morbis diversis.**

*22, f. 153ª — f. 158ª **Tractatus de vinis.**

23, f. 158ᵇ — f. 164ᵇ **Regimen pestilentiale partim Germanice, partim Latine.** *Hute dich vor dem loffte morgens vnd nachtes* etc.

*24, f. 165ª — f. 171ª **Virtutes aquarum et de aqua vitæ.**

*25, f. 171ª — f. 172ª **Præcepta varia.**

*26, f. 172ᵇ — f. 176ª **Versus de venenis eorumque natura Christophori de Spicestis.** In fine habes: *Explicit metrum de uocabulis* (?) *uenenorum tractum a magistro christoforo de spicestis* (?) *et aliis ut patet.*

27, f. 177ª — f. 259ᵇ **Tractatus de remediis Johannis de Sancto Amando.**

*28, f. 260ab **Tractatus Guilhelmi Bernonici (?) archidiaconi.** In tegumentis manu sæc. XIII nonnulla de iure canonico scripta sunt.

557. s. XV chart. 8° f. 91. F. 1a legitur Bongarsii manu: *Bongars de la courtoisie de M. Ancel tirè de la bibliotheq. de Monsieur de Vulcob.*

Marci Pauli Veneti observationes de Armenia, Persia, Tartaria, India etc., Italice. *Signori. Re. duxi. principi conti marchesi. chaualieri e baroni e tuta giente* etc.

558. s. XVI chart. 8° pag. 492.

Jacobi Palæologi adversus Pii V proscriptionem Elisabethæ Reginæ Angliæ liber 1576. Præmissa est epistula ad Elisabetham reginam scripta. Pag. 1 marg. inf. legitur: *Data licentia imprimendi per M. Rectorem Doct. Zuinggerum circa 28 Junii 1581.*

559. s. ? chart. 8° f. 20.

Liber cabbalisticus sine punctis, charactere rabbinico, quem ægre extricaveris, quia scriptor plerumque litteras consonantes Arabum more ligatura inter se conectit. Agitur de luminaribus (M'oroth). Eiusdem vel similis argumenti librum Aben-Esræ citat Wolf. B. H. I p. 83.

560. s. XVI chart. 8° f. 77.

1, **Genealogie des rois de France** ab excidio Troiano ad ann. 1383. Fin.: *Et pour ce que ie n'ay plus auant veu de l'istoire du roy Charlet VIe. ie foys cy la fin de ce present euure.* Specimen vide in Sinneri cat. II, 50—51. Præcedit:

2, f. IIa **Memoire du nombre des mortz et prisonniers faits à St. Quentin, 1557.**

561. s. XV membr. 8° f. 41.

1, f. 1a — f. 37b **Sallustii bellum Catilinarium.** In fine legitur: *Salustii Catelinarii liber explicitus feliciter octauo augusti M°CCCC°LVIIII° fuit.*

2, f. 38a — f. 41b **Controversiæ inter Sallustium et Ciceronem.** *Grauiter et iniquo animo* etc. *Ea demum magna uoluptas est* etc.

562. s. XV chart. 8 f. 127.

1, f. 1a — f. 39a **Confabulationes Poggii (facetiæ, num. 174).**

2, f. 41a — f. 68b **Poggii liber de principum infelicitate.**

3, f. 69a — f. 127b **Poggii liber de acerbitate fortunæ.**

563. s. XVI chart. 8° f. 58.

Aristotelis de anima libri III. Sinnerus I p. 283 falso initium deesse dixit.

564. s. XIV—XV chart. 8° f. 16.

Tractatus de lapidibus, secundum alphabetum digestus, mutil. ab initio. . . *borem habens fulgentem et est lapis clarus fere ut sardius. Allectorius est gemma quæ uocatur lapis galli* etc.

In fine aliqua desunt; nam postquam lapides a littera Z incipientes enumerati sunt, hæc habes in fine: *Hec de lapidibus in spiritali (speciali?) scientia sufficiant. quoniam si spiritalium* (?) *de*...

565. s. XVI chart. 8° f. 45.

Clementis Adami descriptio Anglorum itineris ad Moscovitarum fines suscepti. *Philippo Dei gratia regi Angliæ Franciæ Neapolis Hierusalem et Hiberniæ defensori fidei principi Hispaniarum et Siciliæ Archiduci Austriæ* etc.

566. s. XVI chart. 8° f. 373. F. 1: ***Donum D. Joh. Gallæi V. D. M. in Ammersweil quod donauit bibliothecæ Bernensi.***

***Conciones habitæ ab Abrahamo Musculo Wolfgangi filio in ecclesia Bernensi (inde ab anno 1568).**

567. s. ? chart. 8° f. 137.

Liber miscell. Turc. diversis manibus scriptus; sunt maximam partem carmina Turcica et ascetica; in initio legitur libellus de precatione additis exemplis, cui titulus est Du'â nâmeh, h. e. liber precationum, VII tapp. Agglutinatum est in initio edictum, quod fermân dicunt.

568. s. XII membr. 8° f. 200. Fuit P. Danielis 1564, dein B. Brissonii, denique Bongarsii.

*1, f. 1ª — f. 6ᵇ **Epistulæ episcopales aliquot (ad Hillinum etc.).** F. 1ª *F.(ridericus) Romanus imperator J semper..... dilecto suo h(illino) uenerabili treuerensi archiepiscopo gratie et dilectionis sue plenitudinem. Cum imperatoria diuinitas* etc. F. 2ª *Domino et patri A.(driano) summo et uniuersali pontifici h(illinus) sancti Treuerenis ecclesie humilis minister* etc. *Ollam succensam quam ieremias* etc. F. 2ᵇ *A seruus seruorum dei dilectis in christo fratribus H. Treuerensi A. Magunciensi. F. coloniensi* etc. *Quoniam absque quiete* etc. F. 4ª *A. episcopus seruus seruorum dei archiepiscopo Eboracensi* etc. *Illius dignitatis* etc. F. 4ᵇ *H. rex anglie et dux Norm. et aquit. et com. andeg. h. filio suo regi anglie sal. Sciatis quod h. archiepiscopus Cant.* etc. F. 4ᵇ *A. episcopus seruus seruorum dei Rog. archiepiscopo Eboracensi* etc. *Licet commendabiles* etc. F. 5ᵇ *A. episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Londoniensi* etc. *Oportuerat uos quando primum* etc. Cf. Pertz Archiv. IV p. 419 seq. Hontheim hist. Trever. I p. 581.

*2, f. 7ª — f. 7ᵇ **Versus Leonini de quodam martyre num. 122.**

Quœro deum testem circundederam mihi uestem
Vt .... in festis uestiri candida uestis —
Sic igitur lesum sic me nimis et male cesum
Qui nec erant nec erunt mihi fratres deseruerunt.

*3, f. 8ª — f. 8ᵇ **Versus rimati.** *Post dubiam post nugatoriam fortunæ gloriam post opes siculas conuertor anxius frequentius in uoces querulas* etc.

*4, f. 9ᵃ — f. 15ᵇ **Tractatus de philosophis mutil. ab initio.** *leuius poterit requirere dampnum tuum. Item alius philosophus. Consule amico tuo in bonum quantum poteris et si tibi credere noluerit* etc.

*5, f. 15ᵇ — f. 17ᵇ **Comœdia distichis scripta.** *Baᵘcis. Glicerium. Traso. dauus. Birria* (rubr.). *Baucis amica sibi spe lucri sedula nutrix* etc. Edidi in Fleckeiseni annal. 1868 p. 718 seq.

*6, f. 17ᵇ **Versus quinque de amico infido.** *Cuius totus eram cuius me cura regebat* etc. Edidi l. l. p. 712.

*7, f. 17ᵇ **Enumeratio regum Britannicorum.** Hoc sæc. XIV scriptum est.

8, f. 18ᵃ — f. 79ᵇ **Gaufridus Monumetensis de historia Bretonum.** De hoc opere, quod in cod. nostro Stephano regi dedicatum est, cf. F. Madden: 'the historia Britonum of Geoffrey of Monmouth' in actis societ. archæol. Britann. a. 1862. Cf. l. l. p. 712.

9, f. 80ᵃ — f. 83ᵃ **Brevis enarratio historiæ Anglo-Saxonicæ inde ab anno 409 usque ad annum 616.** *Anno ab incarnatione domini quadringentesimo nono mauritianus cum ualentiniano quadragesimus sextus* etc. Cf. l. l. p. 712.

10, f. 83ᵇ — f. 120ᵃ **Sancti Eduardi vita per Eilredum abbatem Rievall. scripta.** Cf. l. l. p. 712. 713.

11, f. 121ᵃ — f. 184ᵃ **Epistulæ Arnulphi Lexoviensis episcopi editæ ad Aegidium Archiepiscopum Rotomagensem.** *Incipiunt epistole Arn. lex. episcopi edite ad egidium Arch. Rot.* (rubr.) *Epistolas que aliquando diuersis a me sunt destinate personis* etc. Cf. l. l. p. 713.

*12, f. 184ᵃ — f. 188ᵇ **Carmina varia XII.**

a, *De natiuitate domini*, vers. XXXII:
Semper ab eterno nascens ex tempore nasci
Sustinet humana conditione deus etc.

b, *Ad henricum wintonem episcopum*, v. XX:
Quod per multiplices dispensat gratia formas
Hoc in te totum contulit illa simul etc.

c, *De innouatione* (cod. *induatione*) *uernali*, v. XL:
Quicquid hiemps tanquam ueteri deforme senecta
Absque decore diu fecerat esse suo etc.

d, *De alterna temporis successione*, vers. XX:
Tempora circuitu ueteri reuoluta uicissim
Effectus uariant restituuntque suos etc.

e, *Item idem ad poetam mendicum laudem et munus uersibus postulantem*, vers. XVI:
Versus mendicos et musæ pauperis ausum
Compositasque odi cæciliane preces etc.

f, *Versus eiusdem ad sceuam de anu non reformanda*, v. XII:
Sceua senescentis dominæ marcere decorem
Et teneros queritur consenuisse dies etc.

g, *Item ad iuuenem et puellam affectuosius se inuicem intuentes,* vers. XVI:
Occurrunt blando sibi lumina uestra fauore
Et uoto arrident intima corda pari etc.
Totum edidi l. l. p. 713. 714.

h, *Item ad lasciuos sodales,* vers. XXIV:
Mens mea uirtutum studiis a tempore primo
Instituit infames docta cauere uias etc.

i, *Epitaphium regis henrici primi,* vers. XII:
Henrici cuius celebrat uox publica nomen
Hoc pro parte iacent membra sepulta loco etc.

k, *Quomodo pauperi uel diuiti sit donandum,* vers. XX:
Res simplex triplici uicio dampnata datoris
Expressit mentem rupta pusilla uetus etc.

l, *Epitaphium matildis imperatricis,* vers. XVI:
Regia progenies stirps regia cesaris uxor
Hic est magna breui clausa matilda loco etc.

m, *Versus landrici de anschitillo* (sic), vers. X:
Porrum portaui monacho quem semper amaui
De constantino porrum comedit sine uino etc.
Plura de his dixi l. l. p. 713. 714.

*13, f. 188b — f. 198b **Epistulæ episcopales Hervei et variorum.** F. 188b *Venerabili fratri et amico interiori anch. herueus puer eius sanctitatis in proposito sanctimonie* etc. F. 190a *Dominus papa domino regi. Excellentie tue nuntios dilectos* etc. F. 191b *Vniuersis episcopis anglie. Super discretione uestra satis compellimur admirari* etc. *VII Kal. Maii.* F. 192a *Venerabili et dilecto fratri A. h. omnium seruorum dei minimus* etc. *Karissime si tanta esset nobis locorum uicinitas* etc. F. 193a *A. uenerabili fratri suo et amico herueus totus eius* etc. *Quod ad uos nondum ueni* etc. F. 193b *Desiderato et amico interiori ansch. uenerande bonitatis eius seruus h. indignus* etc. F. 194a *Venerabili fratri et desiderato Ansch. herueus ab ætate puerili socius* etc. *Frater amande loci alicuius* etc. F. 194b *Venerando fratri et amico speciali Roberto Gaufr. ut semper uiuat* etc. *Presentis intuitus amici ingruente* etc. F. 195b *Omnibus sancte matris ecclesie fidelibus et filiis frater h. dei gratia abbas totusque conuentus fiscannensis ecclesie* etc. *Bene nostis fratres* etc. F. 196b *Reuerentissimo domino et patri h. dei gratia abbati R. humilis prior norwicensis* etc. *Cum a beate memorie* etc. F. 197a *Adrianus episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri hug. Rothom. archiepiscopo sal. et apostolicam benedictionem. Que omnium ecclesiarum est* etc. F. 197b *Nullum inter omnia grauius onus* etc.

*14, f. 199a — f. 200b, sæc. XV. **Fragmenta rationarii de silvarum venditione, Gallice.**

569. s. XVII chart. 8° f. 239.
***Theologiæ historicæ loci III.** In fine hæc habes: *Nihil*

etiam de nouis fanaticis et impostoribus, qui superioribus annis, dum bellis ciuilibus concutitur Germania, dissipantur ecclesiæ, emerserunt in lucem, imprimis de Johanne Weigelio et Jacobo Belio, quorum uterque scriptis uernaculis multa impia ac blasphema de deo disseminarunt per Germaniam, quamquam ne (?) in Belgio u. Amsterdami non ita: nuper aliquis inuentus qui illa in latinum ex belgico sermonem uoluit transferre. sed cum illa tam horrenda sint, ut animus ad ea horreat, nec (?) seductionis periculum sit, merito illorum commemorationi supersedemus.

570. s. XV chart. 8° f. 111.

1, f. 1ª — f. 5ª **Præcepta medica.**

2, f. 6ª — f. 41ª **Tractatus de medicina (de remediis), cui titulus est 'experimenta'.** *Dicitur igitur quod ignis descendit super altare combuxit libros regis et cum hiis combuxit plurimos libros medicorum* etc. F. 22ª legitur: *Dixit rasis et iam diximus in hoc libro nostro quem uocamus librum experimentacionis* etc. In fine habes: *Expliciunt experimenta.*

3, f. 42ª — f. 109ᵇ **Tractatus de ægritudinibus, i. e. practica magistri Johannis de Torna Mira de febribus.** *Secundum quod testatur ille doctor inclitus* etc. In fine habes: *Explicit pratica de febribus compilata per uenerabilem magistrum Jo. de torna mira.* F. 110ªᵇ quædam extant de febribus et f. 111ªᵇ tractatus de variolis mutilus.

571. s. XVI chart. 8° f. 242.

1, f. 1ª — f. 130ª **Jacobi Brocardi comment. in epistulas apostolorum.**

2, f. 131ª — f. 242ᵇ **Jacobi Brocardi epitome sententiæ propheticæ patefaciendæ in secundo adventu Domini.**

572. s. ? chart. 8° f. 140. Multa folia vacant.

Liber miscell. carmina Arabica, Persica, Turcica continens nec non precationes, traditiones multas, permulta excerpta Turcica et Arabica; præterea Khotbach i. e. homiliam diei Veneris sermone Arabico, denique pennæ quæ dicuntur probationes aliaque a possessore libri ascripta. Est parvi pretii.

573. s. XIII membr. 8° f. 52. Post f. 4, 20, 27 desunt folia singula; post f. 41 folia tria.

Chanson de geste de Jean de Lanson, fragm. v. 2274.

Inc.: *La teste vous coroie par les saint demostrer*
A ta eis vos. ba. si comence a huchier
Metez ius ma moillier. Erchanbaut de paine
par sain denis de france mar lo caist baillier
Lors atraires s'espee dont li pont est dormie
Par deuans tout les autres li a lon chier tranchie..

Fin.: *Or fu .ba. dolant tout a lou san mue*
Quant il choisi Ceuain son anemi mortel
Coiement en son cuer en a dit son panse
Mais par icel apostre commerent en oront pre

Ains qu'il aient lou branc qui me pent a coste
En aurait ie lo quart ou lo quint si frape.

Specimen apud Sinn. Cat. III, 363—365. De Man. Paris. N. 8203 et 186 Bibl. de l'Ars, cfr. P. Paris, hist. litt. XXII, 582—583 et 569 seq. et L. Gautier, épopées, II, 247 seq.

574. s. XVI chart. 8° f. 28.
Notæ in Andriam et Eunuchum Terentii. *Fabule quemadmodum macrobius aurelius libro primo de somno scipionis testatur quarum nomen indicat falsa professionem* etc. F. 22^b habes: *huius comedie finis que andria nuncupatur. P. derot. Dictata secunde comedie. Argumentum in eunucho.* Videntur ab homine Italo dictata esse; nam citantur Petrarca, Philelphus, alii scriptores Italici.

575. s. XIII palimps. membr. 4° f. 70.
Chronica magistri Ricardi Pictavensis de diversis libris et historiis collecta, mutil. a fine. *Deus ab eterno est qui cum sibi placuit* etc. Desinit in tempora *Friderici imperatoris theutonici* qui *in ytalia mediolanenses uastabat et placentinos quia nolebant ei subici* etc. Hæc inspecta sunt a. 1868 in usum Pertzii monum. Germ.

576. s. XV (anni 1477 ? vide f. 77^b et 107^b), miscell. chartac. 8° f. 387. Juxta textum in marginibus superioribus et inferioribus, a dextra lævaque parte libri scriptor excerpta sua collocavit. Fuit Bongarsii.

I. **Libri textus.**

1, f. 1 — f. 49^a **Pauli Orosii abbreviatio.** *Pauli Orosii libri primi abreuiacio. Danaus et egistus fratres mutua cede quinquaginta parricidia perpetrarunt — Immortalis uero questus erit rei publice tue si utrique pereamus. Expliciunt extrata siue abreuiacio* (suprascr. *s. explicit*) *pauli orosii ex omnibus libris suis. deo autem gratias qui modum et facultatem dedit.*

*2, f. 49^b — f. 77^b **Extracta ex chronica, quæ nominatur fasciculus temporum.** *Incipiunt extracta ex cronica* etc. *temporum. Nembrot uir fortissimus turrim babel incohauit — eodem anno .s. 1477 in die sancti stefani ab andrea rampugnano occissus est 73 fuit estas feruentissima et sicitas inaudita et in quibusdam terris ignis succensus sub terra usque ad .... enam fuit.*

De folio 78 vide particulam II.

*3, f. 79^a — f. 107^b **De summis pontificibus Romanorum.** *Post passionem domini anno sequenti petrus apostolus filius iohannis prouincie galilee — MCCCCLXXI Sixtus 4' natione Januensis ordinis minorum usque modo sedet in chathedra quo tempore christianitas multa mala perpessa est a turchis. Item dux burgundie nomine Karolus, dux mediolani Caleazus maria et marchio nicolaus de este occisi sunt. Item multa alia quæ alibi anotabuntur in uita federici tercii imperatoris. Laus deo.*

*4, f. 108^a — f. 149^b **Valerii Maximi abbreviatio.** *Incipit epilogus ualerii maximi siue abreuiacio eius. Et primo de*

seruanda religione. Vnde dicit maximum studium fuisse antiquis romanis non solum seruande uerum etiam amplificande religionis — uerum iusto supplicio penas substinuit propter temeritatem suam. Explicit epilogus ualerii maximi.

5, f. 149[b] — f. 177[b] **Diogenis Laertii de vita et moribus philosophorum abbreviatio.** *Incipit epilogus laercii diogenis de uita et moribus phylosophorum. Auctor dicit quod multi arbitrantur phylosophiam a barbaris inicia sumpsisse — et hec epicurus cecinit pro doctrina ac sapientia sui. Finis laercii.*

*6, f. 177[b] — f. 183[b] **Historia philosophorum a Diogene Laertio prætermissorum.** *Archilogus poeta maximus ut dicit ualerius apud lacedemones clarus habitus est quod 92 libros impudicos scripsit cum exilio mulctauerunt librosque eius extra ciuitatem asportari iusserunt eorum lectionem parum pudicam arbitrantes. De aliquibus aliis philosophis et uiris illustribus et primo de ligurgo. Ligurgus philosophus ac princeps insignis — hic* (Porphirius) *in scriptis suis posuit obscure patrem et filium ab eo genitum et athenis claruit.*

*7, f. 183[b] — f. 184[a] **Excerpta varia tractantia de viris illustribus.** *Demostenes orator elegantissimus fuit — et is* (Euthemius) *a diis uelut deus colli iussus est.*

*8, f. 184[a] — f. 193[a] **Excerpta ex Justino.** *Item Candaulus a gyge occiditur* — (ex libro XLIIII) *Item Viridiacus qui decem annis castra romanorum in hyspania contriuit et ipse nouissime a suis incaute occisus est.*

*9, f. 193[a] — f. 198[b] **Excerpta ex Q. Curtio.** *EX L° Q. Curtii. Alexander Ma. dominator orbis filius olimpie — ut merito totius orbis tenuerit principatum. Finis ystorie alexandri magni.*

*10, f. 199[a] — f. 202[a] **Plinii hist. naturalis excerpta, lib. I, VII.** *Extracta a plinio li. p°. Lana de celo fluxit circa carisanum castellum — In creta terre motu rupto monte inuentum est corpus stans XLVI cubitorum.*

*11, f. 202[a] — f. 223[b] **Extracta ex libro Solini de mirabilibus mundi.** *Roma CCCCXXXIII annis post euersionem urbis troie — ualde discordatur a nomine insularum eo quod fortunate uocantur. Expliciunt extrata ex libro iulii solini de mirabilibus mundi quam breuissime potuerunt extrahi.*

*12, f. 223[b] — f. 226[a] **Excerpta ex Plinii hist. natural.**

*13, f. 226[a] — f. 227[a] **Pomponii Melæ excerpta.** *Item iuxta ripheos montes hee gentes sunt — Seres uero iusticia et comercio clari uersus indiam extenduntur.*

*14, f. 227[a] — f. 227[b] **Excerpta ex Ptolomæo.** *Item ptolomeus libro 2° describit has prouincias seu satrapias — Nona creta X cyprus. Ex libro VII° ptolomei.*

*15, f. 227[b] — f. 237[a] **Excerpta ex libris Leonardi Aretini de bello Gothorum.** *Theodoricus rex qui a Zenone impe-*

ratore iussus est — et multa alia oppida recepit et sic finis fuit anni XVIII huius belli. Finis.

De foliis 237ᵇ—241ᵇ vide particulam II. F. 242 scriptura vacat.

*16, f. 243ᵃ — f. 243ᵇ **Excerpta ex Plinii historia naturali.** *Artifices nobilissimi in marmore ere et ebore ut habentur a plinio L. XXXV. C. VIII fuere — Templum diane ephesie CCXX annis a tota asia absolutum est. In cuius positione ctesifon summus artifex fuit.*

*17, f. 244ᵃ — f. 271ᵃ **Excerpta ex Herodoto.** *Ex libro V° herodoti qui thersicore dicitur. Peones bis a peruntiis superati — hec sunt donaria cresi quæ donauit.*

*18, f. 271ᵃ — f. 289ᵃ **Excerpta ex Pomponio Mela.** *Ex libro pomponii melle de cosmographia qui incipit Omne igitur hoc quicquid est — operis huius atque athalantici littoris terminus.* Subiuncta est Melæ præfatio.

*19, f. 289ᵇ — f. 296ᵇ **Excerpta ex libro Dionysii Alexandrini de situ orbis.** *Ex libro dyonisii alexandrini de situ orbis cuius innicium huiusmodi est. Terra omnis cum ab occeano tanquam — et dignitate ad cognitionem nostram peruenire. Finis. Dyonisii alexandrini de situ orbis. Cuius prohemii quod dominus Antonius Becharie ueronensis compilauit ad clarissimum magistrum hyeronimum de leonardis tale extat inicium. Dyonisii alexandrini phy. cum nuper in libellum quendam concidissem quem ipse exametro uersu de ea parte orbis quæ habitabilis dicitur adolescens admodum conscripserat. Mirum fuit.*

*20, f. 296ᵇ — f. 297ᵃ **Excerpta ex Ptolomæo.** *Incipiunt prouinicie seu satrapie europæ iuxta tolomeum s. Britania ibernia — creta IX ciprus et hec omnia ex libro 7° ptolomei.*

*21, f. 297ᵃ — f. 349ᵇ **Excerpta ex Diodoro Siculo.** *Ex libro primo diodorii sciculi* (sic) *qui incipit Magnas merito gratias rerum scriptoribus — et ipsi a grecis superati omni ferme imperio spoliati sunt.*

*22, f. 350ᵃ — f. 350ᵇ **Excerpta ex Taciti Germania.** *De situ germanie ex cornelio tacito. Germania omnis a gallis rhetiisque — argentum et aurum propitii an irati dii negauerint dubito.*

*23, f. 350ᵇ **Excerpta ex Biondi libris de Roma instaurata.** *Item Biundus de forliuio in primo libro de roma instaurata de nominibus portarum — mitridate atque tygrane triumphat.*

*24, f. 350ᵇ — f. 357ᵇ **Excerpta ex libro Matthæi Palmerii de temporibus.** *Postquam imperium ad Karolum magnum delatum est —* (de monstro a. 1471 in Apulia nato) *cuius mater cum eum peperisset illico exspirauit.*

*25, f. 357ᵇ **Sententiæ nonnullæ philosophicæ.** *In operibus*

actiuis multum lucet liberalitas mentis — contra omnia pericula temptationum.

*26, f. 358ª — f. 363ª **Excerpta ex Darete Phrygio (Dictye Cretensi), sine titulo.** *Dardanus filius iouis et electre ex italia responso accepto — et andromacha in chersonesum profectus est. Mille ducenti secuti sunt.*

*27, f. 363ª — f. 367ª **Abominationes Judæorum contra fidem Christi, ex diversis libris Thalmudi excerptæ et ab Hieronymo de sancta fide ex Hebræo versæ in Latinum.** *Incipiunt alique abominaciones iudeorum contente in diuersis libris thalmuth contra fidem christi et contra legem dei sanctosque prophetas. Tradicte de ebreo in linguam nostram per Jeronimum de sancta fide ad papam benedictum VIIII. Et primo ut dicit rabi Joseph in libro qui intitulatur sabath. In. C. uaca. dicunt quod omnes libri — qui reuersus inuenit clamidem suam. Ecce quales fabellas continet liber thalmuth qui interpretatur mitra et corona legis mosayce.*

*28, f. 367ª — f. 367ᵇ **Nomina deorum et dearum secundum antiquos.**

*29, f. 368ª — f. 370ª **Nomina virorum, qui in unaquaque arte vel scientia clari fuerunt.**

*30, f. 370ᵇ **Carmen de Pasiphae, Circe, Medea, Phædra, Diris, versuum septem:**
Pasife signat uisus quo cuncta uidentur —
Nam sol illius uitium cum Marte retexit.

*31, f. 370ᵇ **Carmen sermone Italico scriptum:** *Niun se pote felice chiamare — equesto uien eh. noi non sin* (?) *stabili.*

*32, f. 371ª **Carmen sermone Italico scriptum.** *E tal felicita par che no dur — et per essi meschini idio pregamo. Finis.*

*33, f. 371ª **Conspectus locorum Italiæ portubus vel castellis insignium, Italice.**

*34, f. 372ᵇ — 374ᵇ **Hæreticorum nomina cum hæresibus suis.**

*35, f. 375ª — f. 376ª **Ex libris Olympi de amore philosophiæ.** *Amor phylosofie consistit in abstractis — desideria hominis morte cessabunt.*

*36, f. 376ª — f. 380ª **Ex libro Olympi de origine mundi.** *Primum bonum appetunt omnia — Comitte te deo et ora eum et saluus eris.*

*37, f. 380ª — f. 381ª **Excerpta ex libris Uraniæ de laudibus mulierum.** *Vita honesta non est imperfecta — qui conuersabitur cum bonis non peribit in eternum.*

*38, f. 381ª — f. 385ª **Excerpta ex libro eiusdem de consideratione vitæ.** *Vita presens est fons scaturiens aquas amaras — Ecce lector quoniam breui libello tibi mortis et*

uile pandidimus (sic) *secreta damusque conscilium ut uirtutum uia quæras lucis iter. Scriptoris nomen franciscus fuit sed dictantis olympus.*

*39, f. 385ª — f. 385ᵇ **Excerpta ex libro de signo perfecto Olympi philosophi maximi.** *Signum perfecti animi est corpus bene organizatum — quæ diuino non est probata conscilio.*

*40, f. 386ª — f. 386ᵇ **Excerpta ex libris Muntani de felicitate sapientis.** *Sensatio parit senium et si fuerit nimia — solus deus satiabit animam sapientis.*

*41, f. 386ᵇ **Excerpta ex libro eiusdem de divitiis paradisi.** *Solus deus est diues simpliciter et per accidens — homo qui est contentus se ipso est ditissimus.*

*42, f. 386ᵇ **Excerpta ex libris eiusdem de laudibus cæli.** *Celum habet motum suum cum tranquilitate — celum erit requies nostra.*

*43, f. 386ᵇ — f. 387ª **Excerpta ex libro eiusdem de causis.** *Causa prima mouet alias causas — prima causa felicitat uniuersa.*

*44, f. 387ª **Excerpta ex libro eiusdem de contemptu mundi.** *Amor mundi inficit animam — in hac uita durat perpetuum nihil.*

*45, f. 387ª **Excerpta ex libro eiusdem de modo contemplationis.** *Per contemptum sui ascendit anima ad amorem dei — in postremo erit contemplatio.*

*46, f. 387ᵇ **Vita Muntani philosophi.** *Muntanus philosophus olimpi et uranie filius tempore christi uiguit iusticia et pietate insignis — plenus dierum in christi fide et im pace bona quieuit.*

*47, f. 387ᵇ **Sententiæ philosophicæ diversæ.**

*II. **Margines libri.** Hæc omnia Sinnerus omisit.

48, f. 12ª — f. 17ᵇ **Ex libris Suetonii exerpta.** *Vespesianus ingenia et artes — et moderacione sequentium principum.*

49, f. 23ª — f. 37ᵇ **Excerpta ex libris Suetonii.** *Julius cesar anno XVI patrem amisit — propinante se uini amphoram.*

50, f. 38ᵇ — f. 41ª **Excerpta de imperatoribus Romanis.**

51, f. 42ª — f. 57ª **Suetonii excerpta.**

52, f. 58ª — f. 78ᵇ, f. 237ᵇ — f. 241ᵇ **Historia de vastatione Vandalorum, de cruciariis etc.** *Item uuandali post deuictam cartaginem — ut supra XXX m. gallorum una pugna interfecta refferrantur.*

53, f. 107ᵇ — f. 110ᵇ **Excerpta varia ex Curtio, Ovidio, Quintiliano, Claudiano** (*Est ignota procul* etc.), **Ciceronis Philippicis.**

54, f. 111ª — f. 112ᵇ **Historiæ aliquot ad somnia mirabilia pertinentes.**

55, f. 113ª — f. 116ᵇ **Excerpta ex Ciceronis Philippicis.**
56, f. 119ᵇ — f. 120ª **Excerpta ex Ovidio.**
57, f. 120ᵇ **Ovidius de philomela.** Anthol. Lat. ed. Riese II nr. 762.
58, f. 122ª — f. 128ª **Excerpta ex Ovidii Amoribus, Tristibus, de Ponto.**
59, f. 129ᵇ — f. 133ᵇ **Narrationes de hominibus immolatis.** F. 131ª citatur: *Clemens noster in libro suo quo ..... ad fidem animabat;* f. 131ᵇ *Dorotheus in quarto Italicarum rerum.*
60, f. 149ᵇ — f. 152ª **Excerptum ex Tullii libro ad Hortensium.** *Hec de principiis rerum. Inter philosophos ut scribit tullius ad hortensium summa discensio est. Nam Thales* etc. Est academ. II, 37; 46 etc.
61, f. 152ª — f. 156ᵇ **Excerpta ex Ovidio** de arte amandi.
62, f. 156ᵇ — f. 159ª **Excerpta de philosophis (Socrate).**
63, f. 159ᵇ — f. 161ᵇ **Ex Ovidii Fastis.**
64, f. 162ª — f. 162ᵇ **Excerpta de Platone.** Aristotelis epigramma in monum. Platon. legitur f. 162ᵇ.
65, f. 163ª — 173ᵇ **Excerpta ex Ovidii Metam. et Trist.**
66, f. 174ª — f. 181ª **Excerpta ex Plutarchi apophthegmatis.**
67, f. 181ᵇ — f. 183ª **Excerpta ex Quintiliano.**
68, f. 183ᵇ — f. 191ᵇ **Excerpta ex Justino.**
69, f. 191ᵇ — f. 198ᵇ. 202ᵇ — f. 213ª 215ᵇ — f. 219ª **Excerpta ex Lucretio.**
70, f. 198ᵇ — f. 225ª **Excerpta ex Herodoto.**
71, f. 213ᵇ **Excerpta de serpentibus.**
72, f. 219ᵇ — f. 232ᵇ **Excerpta ex Vergilio.**
73, f. 233ª **Virgilius de littera Y Pythagoræ.** Anthol. Lat. ed. Riese II nr. 632 p. 83.
74, f. 234ᵇ — f. 241ᵇ **Vergilii carmen de Mæcenate I v. 95—100, de viro bono** (Riese anth. Lat. II nr. 644 p. 95), **de fortuna** (Riese anth. Lat. II nr. 629 p. 81), **de vino et Venere** (Riese anth. Lat. II nr. 633 p. 84), **de livore** (Anth. Lat. ed. Riese II nr. 636 p. 87), **de Sirenis** (l. l. nr. 637 p. 88), **de horto** (l. l. nr. 635), **de copa, de est et non, de ærumnis Herculis** (l. l. nr. 641), **de culice, de Aetna, de Orpheo** (Anth. Lat. ed. Riese II nr. 628 p. 81); **de ortu solis.**
75, f. 244ª **Carmen de novem Musis.** Anth. Lat. ed. Riese nr. 664.
76, f. 244ᵇ — f. 261ª **Excerpta ex Ovidii Fastis et ep. ex Ponto.**
77, f. 261ᵇ **Carmina Apollinis ad Lycurgum.** *Care Joui magno* etc.
78, f. 289ª — 387ᵇ **Excerpta ex Olympi sententiis, et tractatus nonnulli theologici.**

577. s. ? chart. 8° f. 14.
De requisitis precationis et lustrationis additis nonnullis ad desponsationis et funeris ritum pert., Arabice. Sinn. III, 318.

578. s. ? chart. 8° f. 36.
Collectio carminum Turcicorum a diversis auctoribus scriptorum, quorum plurima ad Bâki pertinent.

579. s. XIV—XVI chart. 8° f. 205. F. 1ª: *Est Sancti Nazarii Veronæ.*

*1, f. 1ª — f. 23ª, sæc. XIV. **Ars grammatica, Græce.** *σύνθεσις ἐν ἐπιτόμω τῶν ἐρωτημάτων δηλοῦσα τὰ ὀκτὼ μέρη τοῦ λόγου. ἀρχὴ τῶν προσοδιῶν* (rubr.). *Τί ἐστι προσωδία. ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς κατὰ τὸ ἐπαγγελτικὸν τῆς λέξεως ἐκφερομένη* etc. Desinit in *τύπτω* verbi declinationem.

*2, f. 24ª — f. 25ᵇ, s. XV. **Gregorii Corinthii fragmentum.** *Ἰδοῦ σοι καὶ τὰς διαλέκτους — ἐλάμβανον βλήχωνος.*

3, f. 27ª — f. 36ᵇ, s. XV. **Moschopulus** *περὶ σχεδῶν*, **fragm.** *Τῷ ἰωνᾶ καὶ χθὲς σὺν ἐστρούμην (?) σοι χε̄ ὅτι ταύτην οἱ ἀττικοὶ — εἰ δὲ ὄπισθεν τῆς προθέσεως μετὰ τὸ προηγούμενον.*

4, f. 41ª (f. 37—40 vacant) — f. 47ª, s. XV. **Synesii philosophi liber ad Dioscurum de libro Democriti Abderitæ.** *συνεσίου φιλοσόφου πρὸς διόσκουρον εἰς τὴν βίβλον δημοκρίτου τοῦ ἀβδηρίτου ὡς ἐν σχολίοις. Διοσκούρῳ ἱερεῖ τοῦ μεγαλίου σαράπιδος* etc. *Τῆς πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς* etc.

5, f. 48ª — f. 54ª, s. XV. **Plutarchus de amicorum multitudine.**

6, f. 54ª — f. 57ᵇ, s. XV. **Eiusdem de fortuna.**

7, f. 58ª — f. 61ᵇ, s. XIV. **Anacharsidis Scythæ epistulæ.** *Ἐπιστολαὶ ἀναχάρσιδος σκύθου. ἀνάχαρσις ἀθηναίοις* etc. Insunt Anacharsidis epistulæ ad Solonem, Hipparchum tyrannum, Medocum, Anonem, filium regis, Terea, Thrasylochum, Crœsum.

8, f. 61ª — f. 67ᵇ, s. XIV. **Epistulæ variorum, Græce.** Aristoteles Olympiadi, Artaxerxes Hystani Hellesponti præfecto, Hystanes Hippocrati, Hippocrates Hystani, Hippocrates Demetrio, Hystanes Artaxerxi, Artaxerxes Coënsibus et Coënsium responsum, Democritus Hippocrati, Hippocrates Democrito, Hippocrates filio Thesalo, Pythagoras Hieroni, Chiou Matridi, Apollonius Tyaneus Euphrati (ep. III).

9, f. 68ª — f. 80ª, s. XIV. **Platonis Euthyphron, sine titulo.**

10, f. 84ª (f. 81—83 vacant) — f. 89ª, s. XV. **Heliodori philosophi ad Theodosium de mystica philosophorum arte (de chrysopoeia) versibus iambicis.** *Ἡλιοδώρου φιλοσόφου πρὸς θεοδόσιον τὸν μέγ βάσιον περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.*

Σκῆπτρα γαίης μέδοντες ὡς πᾶν ἐμφανὲς —
εἰς κύκλικοὺς αἰῶνας αἰώνων ἀμήν.
Τέλος.

11, f. 89ᵇ — f. 90ª, s. XV. **Theophrasti philosophi de eadem**

arte divina versibus iambicis. *θεοφράστου φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.*
Οἱ τῶν σοφιστῶν ἄνδρες ὥςπερ ῥήτορες —
ὀπῶν τε τῶν ἐν ξηρᾷ καὶ βλαστημάτων.

12, f. 92ª — f. 96ª, s. XIV. **Synesii ad Pæonium de dono astrolabii.** *τοῦ Συνεσίου πρὸς παιόνιον περὶ τοῦ ... ρου. Ἀκούων σου πρώην ὑπὲρ φιλοσοφίας ἀγανακτοῦντος* etc.

*13, f. 96ᵇ — f. 97ᵇ, s. XIV. **Excerpta ex Platone.** *Ἐκ τῶν τοῦ πλάτωνος* (rubr.) *Καὶ οὖν ἐπειδὴ τοὺς νόμους παρέσχημαι τῷ δικαστηρίῳ τὰ ἐφεξῆς* etc. F. 97ᵇ *περὶ προφυλακτικῶν καὶ προγνωστικῶν ζώων τοῦ αὐτοῦ* (rubr.). *Ἐπειδὴ καὶ περὶ προφυλακτικῶν* etc.

14, f. 98ª — f. 99ª, s. XIV. **Excerpta ex Hippocratis libro de somniis.** *Ἱπποκράτους περὶ ἐνυπνίων. Περὶ δὲ τῶν τεκμηρίων τῶν ἐν τοῖς ὕπνοισιν* etc. *Ἔτι περὶ αὐτῶν. ὁκόσα μὲν οὖν τῶν ἐνυπνίων θεῖα* etc.

*15, f. 99ª — f. 99ᵇ, s. XIV. **De solœcismis Gregoræ excerpta.** *Περὶ τῶν σολοικισμῶν τρόπων τοῦ γρηγορᾶ. Ὁ περισσὰ λέγων ἢ ὑπερηφανευόμενος* etc.

*16, f. 99ᵇ — f. 104ª, s. XIV. **Excerpta ex Aristotelis meteorologicis.** *Ἐκ τῶν τοῦ ἀριστοτέλους μετεωρολογικῶν καὶ ἑτέρων πραγματειῶν* (rubr.) *Πάντα τὰ πυρώδη διὰ μὲν πυκνοῦ* etc.

17, f. 104ª — f. 111ª, s. XIV. **Plutarchi, quomodo quis ab hostibus iuvetur.**

*18, f. 111ª, s. XIV. **Excerpta ex Plutarchi Ciceronis vita.** *Πλούταρχος Κικέρωνι.* (rubr.) *Πολλῶν δὲ φοιτώντων* (sic) *ἀνδρῶν ὑπ' εὐνοίας καὶ τῶν ἑλληνίδων πόλεων* etc.

19, f. 111ᵇ — f. 115ª, s. XIV. **Gregorii sermo de anima ad Tatianum.** *Τὸν περὶ ψυχῆς σοι λόγον* etc.

*20, f. 115ª — f. 119ª, s. XV. **Leonardi Aretini de Florentinorum re publica, Græce.** *Λεονάρδου ἀρρετίνου περὶ τῆς τῶν φλωρεντίνων πολιτείας. Ἐπειδὴ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι* etc.

*21, f. 122ª — f. 123ᵇ, s. XIII—XIV. **Novi testamenti fragmentum.** *κατά τινος ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα — οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν καὶ προφάσει.*

22, f. 124ª — f. 174ᵇ, s. XV. **Gennadii Constantinopolitani dialogus inter Judæum et Christianum, Græce.** Titulus legi iam nequit. *Χριστιανός. Βούλει διαλεχθῶμεν ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα χριστιανοί τε καὶ ἰουδαῖοι* etc.

*23, f. 175ª — f. 182ᵇ, s. XV. **De prophetiis ad Christi adventum spectantibus, Græce.** *Ἐκ τῶν περὶ τοῦ ἐλθεῖν ἰησοῦν χριστὸν προφητειῶν αἱ σαφέστεραι ἐνταῦθα ἐτέθησαν πλείστων οὐσῶν ἐν πᾶσι τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις.* (rubr.) *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ ἰούδα* etc.

*24, f. 183ª — f. 205ᵇ, s. XVI. **Aristoteles de generatione et**

corruptione, fragmentum, cum scholiis. *Τὴν ὕλην ὡς οὖσαν καὶ αὐτὴν καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ τῷ λόγῳ δὲ μὴ μίαν* etc.

F. 192ᵃ: *Τὸ β: Π]ερὶ μὲν οὖν μίξεως καὶ ἁφῆς καὶ τοῦ ποιεῖν* etc. In fine habes: *Τὸ γὰρ αὐτὸ τὶς ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν ὥςτε ἤτοι γένεσις ἀεὶ ἢ φθορά.*

580. s. XII membr. 8° f. 16.

1, f. 1ᵃ — f. 8ᵃ **Hildeberti episcopi Cenomannorum epistulæ aliquot (num. XVII).** *C]onuersione et conuersatione tui letatur anima mea et exultat* etc.

*2, f. 9ᵃ — f. 16ᵇ **Specimina epistularum diversarum (summa dictaminis), ab initio mutil.** *Socero gener, socius socio, pater filio* etc. Non sunt nisi pauca excerpta. Sinn. III, 491 ait, post Hildeberti epist. sequi disputationem Alexandri Magni et Dindimi Bragmanorum regis. Intellexit autem cod. 633.

581. s. XIV membr. 8° f. 94.

Chronica Martini Pœnitentiarii, mutil. a fine. *Quoniam scire tempora summorum pontificum romanorum nec non et aliorum patrum contemporaneorum* etc. Desinit in annum MCCCXII: *Johannes papa XXII de caturco ciuitate oriundus ex patre Arnaldo fuit* etc. Cf. cod. 452.

582. s. IX membr. 8° f. 96.

1, f. 1 — f. 46ᵃ **Arculfi episcopi (h. e. Adamnani) descriptio terræ sanctæ. Insunt figuræ.** *PRIMVS LIBER SANCTVS DE LOCIS EXORDITVR PRÆFATIO. Arculfus sanctus episcopus gente gallus — ut pro misello peccatore earundem caraxatore christum iudicem sæculorum exorare non neglegat. EXPLICIT LIB. TERT.* Post f. 24 magna est lacuna.

2, f. 46ᵃ — f. 76ᵃ **Evangelium Nicodemi.** *In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis incipiunt gesta saluatoris domini nostri iesu christi quæ inuenit theodosius magnus imperator in hierusalem in prætorio pontii pilati in codicibus publicis incipit præfatio* (unc.). *Factum est in anno nono decimo imperatoris et cæsaris tiberii — omnia que gesta sunt de iesu in prætorio meo.*

3, f. 76ᵃ — f. 96ᵇ **Itinerarium Antonini Placentini, in fine mutil., sine titulo.** *P]Rrocedente beato antonino martyre una cum collega suo — et inde transeuntes per ciuitates hoc est per arissam aristosam et epiphaniam.* Adamnanum inspexit Titus Toblerus a. 1862 nec non Antonini itinerarium.

583. s. XVI—XVII chart. 8° f. 72.

***Ars geometrica, Germanice.** Inde a fol. 15 (inter f. 64 et 65 multa fol. vacua sunt relicta) tractatus de castrorum munitione incipit.

584. s. X membr. 8° f. 148.

1, f. 1ᵃ — f. 142ᵃ **Tractatus de trina deitate.** *Quid sit trina deitas atque trinitas sic sub breuitate ueraciter mea patenter*

probat pusillitas. Esaias dicit etc. Videntur homiliæ diversæ esse: multi auctores ecclesiastici laudantur. Neque vero de deitate trina sola, sed de aliis quoque dogmatibus agitur. Alcuini esse suspicatus est Sinnerus III, 430.

2, f. 142[b] — f. 147[b] **Carmina Christiana octonariis trochaicis condita.**
a, *Cursum mundi sol uergentis pariterque hominis* etc.
b, *COMPLETORIVS. Fluxit ille labor magnus quem diurnum dicimus* etc.
c, *MEDIÆ NOCTIS AD NOCTVRNOS VIDELICET HYMNOS. Galli cantu mediante noctis iam caliginem* etc.
d, *RITHMVS MATVTINVS. Adest tempus matutinum dulce gallicinium* etc.
e, *HORE PRIMÆ. Audi laudes horæ primæ deus clementissime* etc.
f, *ORE TERTIÆ. Hora tertia qui missus aduenisti celitus* etc.
g, *SEXTÆ. Hora sexta crucifixus summi patris unicus* etc.
h, *NONÆ. Hora nona qui potenter emisisti spiritum* etc.

3, f. 147[b] **Carmen de diebus Aegyptiacis.** *Si tenebræ ægiptus graio sermone uocantur* etc. Cf. anth. Lat. ed. Riese nr. 736, v. 5 seq. Post versum: *Dat duodena cohors septem inde decemque decembris* hæc etiam secuntur:

His caueas ne quid proprio de sanguine demas
Nullum opus incipias nisi forte ad gaudia tendat
Et caput et finem mensis in corde teneto
Ne medio ima ruas sed clara per æthera uiuas.

Agmen claudunt præcepta aliqua de his diebus: ... *ltum ne in tribus diebus sanguinem minuas* etc.

*4, f. 148[a] **Sanctus Ambrosius super ad Romanos apostoli epistolam** (sic). Est excerptum. *Lex enim spiritus uitæ in christo iesu liberauit me a lege peccati* etc.

*5, ibid. **Excerptum Augustini.** *Augustinus. Qui disponit arguere non faciat unde alium nititur accusare* etc.

585. s. XI membr. 8° f. 75.

Ambrosii Hexameron, mutil. ab initio et a fine. ... *uideatur adiudicate substantie ut primogenite creaturæ* (= de die primo) — *Mansuetis igitur ueluti quedam fulchra eorum quibus hic usus est parantur* ... *enio. Feris autem et agrestibus* (= de die sexto).

586 s. X membr. 8° f. 49.

1, f. 3[a] — f. 28[b] **Liber Juliani ad Demetriadem** .... (duæ primæ lineæ erasæ sunt) *deesse possit in eius laude celebranda — ponere orbem desertum et peccatores perdere ex eo. EXPL. DEO GRATI.*

2, f. 28[b] — f. 49[b] **Hieronymi liber ad Eustochium.**

*3, f. 49[b] **Argumentum Hieronymi in epistolis canonicis, mutil.**

*4, f. 1ᵃ et 2 **Fragmenta martyrologii.** Inventio S. Crucis, sanctorum Nerei et Achillei, S. Georgii natal. F. 1ᵃ transvers. scriptum est sæc. XIV quasi argumenti indicandi causa: *Epistole ieronimi et de natura deorum.*

587. s. XVII chart. 8° pag. 127.
Büechlin der Artzney von Vielerley Gebrästen des menschlichen leibs vnd anderen nützlichen Stucken vnd Künsten. Im MDCLVI Jahr.

588. s. XV—XVI chart. 8° f. 88.
Chronica Hollandiæ, Belgice. *Hier beghint die cronike van hollant van Zeelant ende van vrieslant ende vand ..... van Vtrecht. In welke hystorie bescreuen es hoe die landen eerst begrepen ende belbret* (?) *worden* etc. *Die prologhe. Langhe tyt soe es my glebeden dat Ic doch wande bescryuen ende maken een bouc van die historien van hollant* etc. Desinit in annum MCCCCLXXVII. Cf. Borgnet, rapport à la commission de l'histoire à Liège a. 1857 p. 92. Agglutinatæ sunt duæ schedulæ membr. sæc. XII—XIII, in quibus **glossarii Latini** (litt. S) fragmenta leguntur.

589. s. XII—XIII membr. 8° f. 70.
1, f. 3ᵃ — f. 17ᵇ **Statii Achilleis.**
2, f. 20ᵃ — f. 70ᵇ **Juvenalis satiræ.** F. 1. 2 et 18. 19 sæc. XV tractatus **de testibus** scriptus est.

590. s. XIII membr. 8° f. 212. Petri Danielis fuit. Insunt picturæ.
1, f. 1ᵃ — f. 125ᵇ **Chronique de France,** a mundo condito usque ad annum 1226. Inc.: *Au commencement cria dex le ciel et la terre et i mist lumiere en maniere d'une nue resplendissant.*. Finis: *Honorez li apostoiles morut lors. Hugelins euesques d'oiste fu fez apostoiles et fu nomez Gregoires.* Specimen apud Sinn. II, 44—48.
2, f. 125ᵇ — f. 127ᵃ **Stemma regum Francogalliæ usque ad Ludovicum IX.**
3, f. 127ᵇ — f. 143ᵃ **Descriptio orbis terrarum, origo gentis Francicæ, dinumeratio patriarchatuum et archiepiscopatuum; Gallice.** Inc.: *En la mer d'orient en la contree d'Ynde a vne ille qui a non thaprobane qui a ceinte d'un fleuue.*. Fin.: *li nouismes sieges damas soz qui sunt X eueschiez abli panuplon laliche eurie konoquorre yabridce danabi karocee Hardani syuraquin.*
4, f. 144ᵃ — f. 212 **Traduction du premier livre de Salomon.** Inc.: *Au tens que salemons li filz le roi Dauid fu rois de ierusalem dex li monstra grant amor.*. Fin.: *Ici fenist li premiers liures Salemons or prion a deu que en tel maniere le laist entendre a celz qui le liront et oiront* etc.

591. s. XVI chart. 8° f. 57.
Aulicus Casparis Peuceri philosophiæ et medicinæ doctoris. Præmissum est epigramma:

Qui factum tantis quod honoribus auctus ab aula
Peucerus, rogitas, omnibus exciderit ? etc.

Sequitur epitaphium, quod sibi ipsi fecerat D. 8 Julii a. 1576: *Immanem rabiem fraudem insidiasque potentum* etc. Idem: *Me uoluere mori sycophanta tyrannus Erinnys* etc. Sinnerus falso nr. 541 posuit III, 329.

592. s. XIV membr. 8° f. 82.

*1, f. 1ª **Carmen Christianum de Verbo, vers. 33.**
V]erbum a principio protendens eterno
Quod cuncta concilio creasti superno etc.

*2, f. 1ᵇ **Homilia.** *Secularibus aliter .... loquimur aliter loqui nobis debemus* etc.

*3, f. 3ª — f. 3ᵇ **Carmen ecclesiasticum, vers. 103.**
Phebo phebe lumen capit a sapiente
incipiens ssⁿⁱ quo quasi luce micat etc.

*4, f. 4ª **Tractatus de cantico canticorum et de psalmis.**

*5, f. 4ᵇ **Excerpta (præcepta) theologica.**

*6, f. 5ª — f. 15ᵇ **Bona summula cuiusdam cordelarii nomine Bonæ Fortunæ clerici et probati viri.** *Templum dei sanctum est quod estis uos* etc.

*7, f. 16ª **Versus varii hinc inde excerpti.** *Felices quos non trahit ambitus ardua nactus* etc.

*8, f. 16ᵇ — f. 20ᵇ **Tractatus theologici diversi ex auctoribus ecclesiasticis excerpti.** Insunt excerpta Willelmi Abbatis, Anselmi, Isidori, Hieronymi, Gisleberti, Johannis Chrysostomi, Gregorii: in fine precationes leguntur.

9, f. 21ª — f. 81ᵇ **Chronica Martini Pœnitentiarii.** *Quoniam scire tempora summorum romanorum pontificum* etc. Extenditur usque ad annum MCCLXXXIIII: *Honorius IIIIᵘˢ nat. ro. de domo sabellorum* etc. Sinnerus II, 515 falso nr. 562 posuit.

*10, f. 82ª **Homilia.** *Ornauerunt faciem templi etc. .... In hiis uerbis duo breuiter possumus* etc.

*11, f. 82ᵇ **Carmina duo Christiana, vers. XXIV et XXV.**
a, *Peniteas cito peccator et sit miserator* etc.
b, *Mente latet liuor odium tumor ira cupido* etc.

593. s. XV membr. 8° f. 19.

Platonis epistularum versio Marsilii Ficini, fragm. Inc.: ..*multitudo usque adeo uires augeret quantum amicorum constantia atque fidelitas*.. F. 1ᵇ *Plato atheniensis hipparino ceterisque principibus siracusas tenentibus. Scripxistis michi censere uos* etc. F. 16ᵇ *Plato atheniensis siracusanis et sociis. Qua maxime sententia prospere* etc. F. 18ᵇ *Plato atheniensis Archite Tarentino. Venerunt ad nos archippus* etc. F. 19ª *Plato atheniensis Aristodoro. Audio te imprimis* etc. Ib. *Plato atheniensis Aminthe. Scripximus tibi etiam prius* etc. F. 19ᵇ *Plato atheniensis* (ad Archytam). *Que uenerunt commentaria mirabile quam libenter accepimus* etc.

594. s. XIV membr. 8° f. 10. F. 1. 4. 9. 10 vacant.

1, f. 2ª — f. 3ᵇ **Tractatus medicus de virtutibus roris marini, sine titulo.** *Ros marinus habet uiginti quinque uirtutes — uel bibat decoctionem foliorum eius in lacte caprino quod stet sub diuo per noctem et curabitur.*

2, f. 5ª — f. 7ᵇ **Epistola beati Bernardi missa ad quendam militem de cura et modo rei familiaris utilius gubernandi** (sic). *Gracioso et felici militi raymundo castri ambiciosi bernardus in senium deductus salutem. doceri peciisti a nobis* etc. Bernardi Silvestris esse adnotavit P. Daniel.

595. a. 1051 Hedschræ chart. 8° f. 82.

Quinque scriptiunculæ de verborum coniugatione, Arabice. Eadem habes in cod. Arab. Monac. 750—755.

596. s. XIV—XV chart. 8° f. 230. Fuit Bongarsii.

1, f. 1ª — f. 226ª **Chronica a mundi creatione usque ad Diocletianum et inde ad Nicephorum Botaniatam, Græce.** *βιβλίον περιέχον χρονογραφηκὴν ἐξήγησιν ἀπὸ κτίσεως κόσμου μέχρι διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἄρχεται τὸ δεύτερον βιβλίον ἕως τῆς βασιλείας νικηφόρου τοῦ βοτανηάτη. Ἀπαρχῆς ἐπίησεν ὁ ϑεὸς τὸν οὐρανὸν χωρὶς ἄστρων* etc.

2, f. 228ª — f. 229ᵇ **De septem conciliis œcumenicis sacris.** *Περὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων ἐν ποίοις τόποις ἐγένοντο. καὶ ἐν πίοις βασιλεῦσι καὶ ἀρχιερεῦσιν πρώτη ἁγία σύνοδος καὶ οἰκουμενική. Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν ὅτι ἑπτά εἰσιν* etc.

*3, f. 230ª **Chronicum synopticum ab Adam incip.** *Χρονικὸν συνοπτικὸν ἀπὸ τοῦ ἀδάμ. Ἀπὸ ἀδάμ ἕως τοῦ κατακλεισμοῦ ἔτη β σ μ β* etc.

597. s. XVI chart. 8° f. 474.

Bibliotheca ostendens, quid authores in quovis artis genere aliisve materiis prodiderint vel etiam in alios commentati sint, collecta per Joannem Gualtherum anno 1577.

598. s. XII membr. 8° f. 9—209.

1, f. 9ª — f. 117ᵇ **Legenda Sanctorum, ab initio mutil.** ..*defunctum. Proicite in apertum campum nullo defendite obstaculo* etc. F. 9ª Emmerentiane virginis, 9ᵇ Thimothei apostoli, conversio S. Pauli, 10ª Pollicarpi episcopi, 11ª Brigide, 12ª purificatio S. Marie, 13ᵇ Blasii episcopi, 14ᵇ Agathæ, 16ª Valentini, 16ᵇ Julianæ, 17ᵇ Gregorii, 19ª Cyriaci, 20ª Benedicti, 21ª Ambrosii, 21ᵇ Mariæ Aegyptiacæ, 24ª Tyurcii et Valeriani, 24ᵇ Georii martyris, 25ᵇ Marci evangelistæ, 26ª Quiriaci, 27ª Vitalis, 27ᵇ Inventio S. Crucis, 29ª Alexandri, Eventii et Theodori, 30ª Johannis apostoli ante portam Latinam, Gordiani et Epimachi, 30ᵇ Pangratii, 31ª Gangolfi, 31ᵇ Petronelle, 32ª Marcellini et Petri, 33ª Bonifacii, 33ᵇ Primi et Feliciani, 34ª Nazarii, 35ª Viti, 36ᵇ Gervasii et Prothasii, 37ᵇ Albani, 38ª Johannis et Pauli, 38ᵇ Septem Dormientium, 40ª Procelli et Martiniani, 40ᵇ Vodal-

rici, 41^b Marci et Marcelliani, Kyliani, 42^b Septem fratrum, 43^a Margarete, 44^b Alexii, 45^b In festo beate Marie Magdalene, 46^a Apollinaris, 48^a Christinæ, Pantaleonis, 52, Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis, 53^a Abdon et Sennes, Vincula S. Petri, 53^b Stephani Papæ, 54^b Inventio S. Stephani, 55^a Syxti Papæ, 56^a Afræ, 57^b Laurentii, 58^b Tiburtii, 59^a Ypoliti, 59^b Eusebii, 60^a Agapiti, 60^b Thimothei, Genesii, Agustini, 61^a Pelagii, 62^a Hermetis, 62^b Decollatio S. Johannis baptistæ, 64^a Felicis et Adaucti, 64^b Verenæ, 65^b Aegidii, 66^b Magni, 68^a Gorgonii et Dorothei, Prothi et Jacincti, 69^a Cypriani, Cornelii, 70^a Exaltatio S. Crucis, 71^a Eufemie virginis, 72^a Lamperti, 73^a Mauritii, 74^b Emmerammi, 75^a Cosme et Damiani, 75^b Michahelis archangeli, 77^a Jeronimi, 78^b Remigii, 79^b Serii et Bachi, Marci et Apulei, Dyonisii Papæ, Rustici et Eleuterii, 80^b Gereonis, 81^a Kalisti Papæ, 81^b Galli, 83^b Lucæ evangelistæ, 84^a Januarii, 84^b Crispini et Crispiniani, 85^b In festo omnium sanctorum, 86^b Eustachii, 88^a Willebrordi, 88^b quatuor Coronatorum, 89^b Theodori, 90^b Martini, 93^b Ericii, 94^a Othmari, 95^b Cæciliæ, 97^a Clementis Papæ, 98^a Crisogoni, 98^b Katherinæ, 104^b Barbaræ, 105^b Nycholai, 107^b Luciæ, 109^b Passio decem milium martyrum, 110^b collecta, 111^a Secreta, compl. Passio Thomæ Anglici, 116^a Scolasticæ, 117^a Praxedis.

2, f. 117^b — f. 133^b **Passiones et vitæ sanctorum apostolorum per circulum anni.** 117$_b$ Jacobi minoris, 118^b Philippi, 119^a Petri et Pauli, 121^a Jacobi maioris, 123^a Bartholomæi, 125^a Matthæi, 126^b Simonis et Judæ apostolorum (inter f. 126 et 127 aliqua desunt), 127^a Thomæ, 129^a Johannis apostoli, 132^a Ordo apostolorum, Matthiæ apostoli.

3, f. 133$_b$ — f. 134^b **Passiones Sanctorum.** Oswaldi regis, 134^a In festo undecim milium virginum. In fine:

Scriptori munus sit bos bonus aut equus unus
Qui scripsit sanus sit sua sana manus.

4, f. 134^b — f. 139^b **Narrationes monachales.** *V]esanus reputatur qui si suum iumentum in alto stabularet solio et ipsum in culcitra* etc.

5, f. 140^a — f. 209^b **Passiones Sanctorum.**

a, Revelatio septem dormientium. *In tempore illo regnante impio decio imperatore facta est ingens persecutio* etc.

b, f. 153^a Vita sancti Burchardi. *Terrenarum motus curarum si diuino adiutorio* etc.

c, f. 157^a In colonia undecim milium virginum. *Regnante domino nostro iesu christo cum post passionem* etc.

d, f. 171^a Vita Odiliæ virginis. *Temporibus igitur childerici imperatis* (sic) etc.

e, f. 181^a Passio S. Luciæ. *Cum per uniuersam siciliam beatissime uirginis agathe fama crebresceret* etc.

f, f. 184^b Passio S. Mauricii et Sanctorum. *Sanctorum martyrum passionem qui locum agaunensium* etc.

g, f. 190ª Passio S. Kyliani et sociorum eius. *Sanctorum martyrum certamina quociens* etc.
h, f. 197ᵇ De inventione S. Crucis. *Perrexit autem helena iherosolimam* etc.
i, f. 203ᵇ Item ut supra. *Post hec constantinus augustus habuit bellum* etc.
k, f. 204ᵇ De S. Alexandro Papa (in fine mutil.). *Quinto loco a beato petro apostolo romane urbis* etc. Desinit in verba: *Et omnibus baptizatis apertus est carcer omnesque qui.*

599. s. IX membr. 8° f. 138. Fuit Bongarsii. Insunt pulchræ litt. init.
1, f. 1ª — f. 132ª **Gesta regum Francorum.** *Incip. capit. libr. hist. francorum. I De origine ac gesta francorum uel eorum frequenta certamina* etc. *Principium regum francorum eorumque origine uel gentium illarum* etc. Extenditur usque ad Caroli Martelli tempora.
*2, f. 133ª — f. 138 **Calendarii fragmentum (epactæ).** F. 136—138 misere lacerata sunt. Codex a. 1869 ad usum Pertzii (monum. Germ.) accurate inspectus est. Cf. Pertz Archiv V p. 486.

600. s. ? chart. 8° f. 106. Multa folia vacant.
Liber miscell. Turcicus continens calendarium, carmina Turcica, de fidei doctrina tractatum, de artuum titillatione quasi futurorum præsagio, numerorum conspectum, precaria, Sultanorum Turcicorum catalogum, alia excerpta. Additæ sunt f. 31 et 32 duæ chartæ, quas 'ferman' vocant.

601. s. XI—XII membr. 8° f. 78. F. 1ª: *Ex dono Myricæi peruenit ad Bibliothecam Bernensem anno 1630 Kal. Junii.* Insunt litt. init. pulchre pictæ.
Lucanus, cum scholiis, mutil. Extenditur usque ad lib. VIII, v. 599: *immanis uiolentus atrox nullaque ferarum.*

602. Deest., defuit etiam Sinnero.

603. s. XV membr. 8° f. 86.
Anonymi epistulæ Latinæ. Tituli ubique desunt. Est litterarum character Italicus. Prima epistula sic incipit: *Gaudeo quam plurimum ac letor in ea te sentencia esse ut nichil a me fieri sine causa putes. Ego enim etsi multorum uerebar suspiciones* etc. Guarini esse autumat Sinn. III, 163. F. 51ᵇ laudatur Constantinus primus imperator Christianus; f. 6 et 7 discordiæ inter Marcum Antonium et Q. Hortensium obortæ mentio fit, f. 2ª Tiberii Claudii etc.

604. s. XVI—XVII chart. 8° f. 50.
***Johannis Seckerwitz tragœdia de pueris innocentibus per Herodem interfectis. Eiusdem querela canis evangelici, distich. versibus scripta.** Initia hæc sunt:

Josephus. Regis creatus stirpe nobilissimi
Qui Goliatha contudit dextra ferum etc.

Vilis ego medica demulcens ulcera lingua
Qui canis officium lætor obire pium etc.

Præmissa est epistula ad præsides et senatores Bernenses data.

605. s. XII membr. 8° f. 116. Insunt litt. init. pulchre pictæ.

Psalmi, cantica, hymni ecclesiastici (breviarium). Insunt psalmi Davidis.

606. s. XVI chart. 8° f. 41.

***Animadversiones ad regulas iuris.** Secuntur aliquot P. Danielis et Bongarsii animadversiones:

a, Collatio codicis Prisciani de mensuris (P. Dan.).

b, Collatio Bedæ de computi ratione. Adiecta sunt nonnulla de Errici Memmii codice altero Prisciani (Bongarsii).

c, Animadversa ad Prisciani tractatum de mensuris (non est manus P. Danielis neque Bongarsii).

607. s. XIII et XV membr. 8° f. 197.

6, Speusippi Platonis discipuli de Platonis definitionibus 1569. Argentorati. Jac. Bon. Aur. (Bongarsius Aurelius).
7, Excerpta de republica Lacedæmoniorum, Atheniensium, Romanorum, aliorum.

664. s. XVI—XVII chart. 8°.

Collectanea philologica, theologica etc. Jacobi Bongarsii.
1, Generalis diatyposis universi et encyclopædiæ.
2, De ethica Aristotelis.
3, Indices diversi (in Tertullianum etc.).
4, Index auctorum, qui passim a Prisciano et ceteris grammaticis citantur.
5, Excerpta theologica ad novum testam. pertinentia.
6, Excerpta theologica de ecclesia etc.
7, Index in proverbia.
8, Analecta ex Theophrasti Paracelsi astronomia.
9, De iure monarchiæ liberæ seu de mutuis regis absoluti et subditorum eius officiis. Isaacus Genius ex Anglico Latinum fecit. 1605.
10, Excerpta ex Pausania, Herodiano, Aemilio Probo seu Corn. Nepote, alia.

665. s. XI membr. 8° f. 8.

(Cornuti) commentum in Persii Satiras. *Satyra genus est lancis uariis frugum generibus plena. Quæ referta sacrificiis ueneri consueuit inferri* etc. Hoc commentum non nisi ad satiras I. II. III pertinet; in fine habes: *Menaque | mena salmenti genus est ex pisce*

minuto quæ sic loquplcti oblata est priusquam finiret quæ in cellario primum habuerat. Hyrcosa. c. di.... (sat. III, 76).

666. s. XII—XIII membr. 8° f. 12. P. Danielis fuit.
Commentum in Juvenalis satiras, ab initio mutil. Extenditur a sat. X, v. 97 usque ad finem. In fine legitur: *Phalere ornamenta equis ut* (?) *sunt torques MILITIS PREMIA. EXPLICIVNT GLOSE.*

***667.** s. XV membr. 8° f. 155.
1, f. 1 — f. 152[b] **Les dits moraulx des philosophes,** *apartenans a monseigneur le conte de Dampmartin et de St. Fergeol.* Inc.: *Sedechias fut philosophe le premier qui de la volente de dieu la loy fut receue et sapience entendue et dit icelluy sedechias que chacun de bonne creance doit en soy auoir XVI vertus.*. Nomina philosophorum laudat. sunt: Sedechias, Hermes, Zaqualquin, Homer, Zalon, Zabion, Ypocras, Pithagoras, Socrates, Platon, Aristotes, Alexandre le roy (*épitre de ce roy*), Ptolemes, Assaron, Longinon, Onese, Magdarge, Thesille, Galien.
2, f. 153 **Histoire de Clostaire, roy de France, qui raconte reverend pere en dieu Freculphe en son temps evesque de Laxon.**
3, f. 154 — f. 155 **(Extraits d'une) cronique du nom des Bourgignons,** ubi bella Francorum temporibus impp. Valentiniani, Severi et Anastasii gesta narrantur.

668. s. IX membr. 8° f. 133. Fuit Bongarsii, antea P. Danielis.
1, f. 1[a] — f. 126[b] **Davidis psalmi, notis Tironianis scripti, nec non canticum canticorum, canticum Annæ, Moysis (II), Habacuci, benedictio trium puerorum ad mat.** Mutil. ab initio. Desunt psalmi quattuor priores et quinti initium. In folio chart. P. Daniel quædam de notis Tironianis præmisit ex Trithemii lib. VI polygraphiæ excerpta.
2, f. 127[a] — f. 133[b], s. X. **Explicatio notarum Tironianarum.** *post. postea. postquam. posterus. posterior — Quodnam. quodpiam. quodcum.* Hæc in Guilelmi Schmitzii usum describenda curavimus. Cf. eius ed. notarum Bernensium, quæ hoc ipso, quo hæc scribimus, anno prodiit. Post f. 133 habes etiam aliquot lacinias, ex quibus nil sani extricari potest.

669. s. XVI chart. 8° f. 123.
Expositio prophetica libri Jobi uti vidit in inquisitione Venetiis Jacobus Brocardus, cum versione Lat. libri Job. Adiectus est tractatus (f. 113[a]) de prophetia non completa in primo adventu, complenda in secundo eiusdem.

670. s. XVI chart. 8° f. 42.
Jacobi Brocardi de certitudine prophetiæ, quæ nunc compleatur, liber alter.

671. s. IX membr. 8° f. 77. Scripturæ character est anglosaxonicus. Sinnerus I, 28 falso num. 621 posuit.

Quattuor evangelia, Latine. Inde a f. 74^b varia subiuncta sunt, nempe hæc:

*1, f. 74^b **Carmen acrostichicum,** nomen Aelfredi bis exprimens. Sunt versus XIII. *Admiranda mihi mens est transcurrere gesta* etc.

*2, f. 75^b — f. 76^b **Excerpta aliquot sermone et typo Saxonico scripta.** Vollmero auctore hæc insunt:

a, Adalward postulat ut Kiolbreht dei ministris Bederindensibus duas decumæ partes det.

b, Societas monachorum quædam statuit, quid singulis pendendum sit pro sociorum salute animarum.

c, Odwinus patitur Birhtgundum in aliam terram transferri.

d, Odwinus patitur Agiwunniam in aliam terram migrare.

3, f. 77^b **Nomina quædam.** *Aubertus. Gauterius. Amelina. Conidos. Nomina VII^{tem} dormientium* etc. In fine legitur manu sæc. X: *Descriptio filacteriorum uel uasorum auri et argenti quæ habet capicherius sub custodia sua. habet enim filacteria aurea IIII alia uero quorum opercula* ..... (hic deficit oratio).

672. s. XVI (XVII) chart. 8° f. 52.
Joannis Hoflii quæstiones in Decalogum.

673. s. XVI chart. 12°.
***Schedulæ Petri Danielis aliquot, animadversiones in Plauti Querolum continentes.** Insunt præterea excerpta varia ad diversos auctores veteres (inprimis ad Lucianum) pertinentia.

674. s. XVI chart. 12° pag. 391.
Leonis tactica, Græce. *Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐν χῷ αὐτοκράτορος τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις.*

675. s. XVI (XVII ?) chart. 12° f. 42.
***Arithmetica per M. B. T. dictata.**

676. s. XV chart. 12° f. 182. Fuit P. Danielis 1561.
Isidori opera quædam et excerpta. Insunt hæc: Obitus et vita sanctorum patrum, 23^b Allegoriæ, 43^a Chronicon, 58^a De temporibus et lib. V etym. cap. 28, 70^b Differentiæ, 98^a De proprietate sermonum, 114^a Doctrina et fides ecclesiasticorum dogmatum, 126^a De illustribus viris, 137^a De causis naturalium (de natura rerum), 171^a De astronomia e lib. III etymol. cap. 23.

677. s. XVI et XVII in. 8°.
***Samuelis Wyssii Sedunensis album amicorum.** Scitu digna excerpsi et publici iuris feci in annal. Bern. (Berner Taschenbuch) a. 1870. Insunt versus Aemilii Porti, Casauboni etc. autogr.

678. s. XVI chart. 12° f. 99.
Ciceronis topica cum adnotationibus domini Philippi Launiani. 1554. Fol. 1—4 et 94—99 leguntur quædam a Petro Daniele adnotata de Servio et de diversis Donatis, atque f. 3^b habes: *Seruius citat in suo antiquo commento, quod erat in biblioth. Aurel., veterem Donatum nempe Tyberium Claudium Donatum* etc.

679. s. XIII—XIV membr. 12° f. 96.

1, f. 1ª — f. 77ª **Liber exemplorum (historiæ monachales etc.) ab initio mutil.** .. *uiderant exui et sic non potuit inueniri qui testimonium ferret et euasit* etc. Superscriptum est in summo paginæ margine: 'De clericis'. Secuntur historiæ de philosophis, de advocatis, de abbatibus, de monachis, de heremitis, de noviciis, de conversis, de monialibus, de beguinis, de regibus, de comitibus, de militibus, de servientibus, de iudicibus, de burgensibus, de rusticis, de pueris, de executoribus, de cecis, de hystrionibus, de usurariis, de latronibus, de pugilibus, de fatuis, de hereticis, de dyabolis, de Judeis, de paganis, de pariuriis, de mulieribus, de comitissis, de dominabus, de nobilibus, de domicellis, de maquerellis, de carminantibus, de sortilegiis, de miracula (sic), de cruce, de domicellis.

*2, f. 77ª — f. 80ª **Sermo.** *Multipharie multisque modis karissimi loquebatur deus per prophetas* etc.

3, f. 80ª — f. 96ᵇ **Fabulæ Aesopi (ysopi).** *Lupus et agnus uenerunt bibere ad fontem* etc. Sunt excerpta ex Romulo.

680. s. X membr. 12° f. 162. Fuit Bongarsii.

Augustini enchiridion. Deest capitulatio capitum XIV priorum.

681. s. XI—XII membr. 12° f. 41. Insunt picturæ litt. init.

Platonis Timæus, Latine ex versione Chalcidii. *Ysocrates in exhortationibus suis uirtutem laudans — ex leui ammonitione perspicuo.*

682. s. XV—XVI chart. 12° f. 164.

Severus Sulpitius de vita Sancti Martini. In fine: *Explicit liber tertius dialogi seueri de uita sancti martini episcopi.*

683. s. XIII membr. 12° f. 93.

Architrenius (Johannis de Altavilla) de rebus moralibus et naturalibus, carmen. Præmissa est præfatio cum capitulatione: *Materia. Architrenius quidam cum ad annos uirilis roboris deuenisset* etc.

Velificatur athos dubio mare ponte ligatur —
E qt. in eternum populis dilectus et ultra.
Explicit architrenius.

684. s. XVI (XVII?) chart. 12 f. 73.

***Disputationes theologicæ (compendium de theologia).** Sunt capita XXVIII.

685. s. X membr. 12° f. 95.

Prosperi de vita contemplativa libri III. Desunt lib. III cap. 30—35.

686. s. XVI chart. 12° f. 45.

Wolfg. Musculi Arabicæ dictiones ex psalterio Arabico depromptæ cum Hebraicis collatæ et ordine alphabetico digestæ.

687. Deest; defuit etiam Sinnero.

688. s. XIII membr. 12° f. 101. F. 71: *Iste liber est fratrum celestinorum metn.*

1, f. 2ª — f. 8ª **Glossarium Latinum.** *Abscida lucida. a bebius exconsul. Absinthium herbe. Abdomen pinguedo carnis — Zoe uita. Zephirus uentus fauonius.*

2, f. 10ª — f. 57ᵇ **Glossarium Latinum.** *Abactus ab actu remotus. Abaso infirma domus. Abauus proaui pater — Zimlax trifolium. Zingiber artemisia.*

*3, f. 58ª — f. 61ª **Excerpta ex Alexandreide Gualtheri.** *Incipiunt uersus excerpti ab alexandro. Forte mater pallens incompto crine magister* etc.

*4, f. 61ª — f. 61ᵇ **Versus excerpti ex Aviano.** *Quicumque noua sublatus laude tumescit* etc.

*5, f. 61ᵇ — f. 62ᵇ **Versus excerpti ex Aesopo.** *Verborum leuitas morum fert pondus honestum* etc.

*6, f. 62ᵇ — f. 63ᵇ **Excerpta poetica ex Darete Phrygio.** *Dares frigius. Si nostris nil dulce nouum nil utile uisum* etc.

*7, f. 64ª **Excerpta ex Claudiani carmine de Rufino.** *Inuenta secuit primus qui naue profundum* etc.

*8, f. 64ª **Excerpta ex Anticlaudiano Alani.** *Actoris mendico stilum phalerasque poete* etc.

*9, f. 64ᵇ — f. 65ᵇ **Excerpta ex Juvenali.**

*10, f. 66ª — f. 69ᵇ **Excerpta ex Ovidii de 'sine titulo', de Ponto, epistul., Trist., Fastis, Metamorph., de vetula, de arte amatoria, de remedio amoris.**

*11, f. 70ª — f. 71ᵇ **Excerpta ex Persio, Vergilio, Statio, Lucano, Tobia, Alexandro, Maximiano.**

*12, f. 72ª — f. 101ᵇ **Tractatus iuridicus.** *Juri operam daturum nosse oportet quid sit ius. Est autem ius boni et equi ars hoc est scientia per quam discernitur bonum* etc.

Sunt libri IV; libro IV agitur de sponsalibus.

689. s. XVI chart. 8° f. 97.

1, f. 1ª — f. 31ᵇ **Vocationes aliquot, quæ domino Wolfgango Musculo contigerunt, ex litteris ipsius collectæ.**

a, Vocatio Argentinensis 1540 (Uoͤder von Thiersperg).
b, Vocatio Argentinensis 1540 (Hiltbrandt von Multzheim).
c, » Anglica I. 1548 (Bernardinus Ochinus).
d, » Anglica II 1548 (idem).
e, » Bernensis. 1549 (Schultheiss vnnd Rhatt zu Bern). Adiectum est Musculi responsum.
f, Vocatio Anglica III 1551 (Joan. Sledanus).
g, Augustana revocatio. 1552. Adiecta est Musculi epistula ad senat. Bern. de hac revocatione scripta, nec non epistula ad Augustanos missa.
h, Vocatio Ottonis Palatini. 1552. Responsum Musculi.

i, Vocatio Argentinensis III. 1552 (Ulricus Chelius). Responsum Musculi.
k, Vocatio Hassica 1553 (Joann. Pistorius Niddanus) ep. II.
l, Vocatio Laugingensis 1554 (Georgius Lætus. et Jacob. Herbrott). Respons. Musculi.
m, Vocatio Heidelbergensis per Erastum nomine Friderici Palatini 1560.

2, f. 32ᵃ — f. 67ᵃ **Historia de vita et obitu clarissimi theologi D. Wolfgangi Musculi Dusani sacrarum literarum apud Bernates professoris scripta per eius filium Abrahamum Musculum.** Accedunt Wolfgangi Musculi de sacramento corporis et sanguinis dominici confessio et carmina in Wolfgangi Musculi obitum condita.

3, f. 69ᵃ — f. 77ᵇ **De editione commentariorum D. Wolfgangi Musculi in epistulas Pauli ad Philipp., Coloss. etc.**
a, epist. Oporini ad Abrah. Muscul. Basil. 1565.
b, Responsum Abrah. Musculi.
c, epist. Heinrici Bullingeri ad Abrah. Musc. Tigur. 4 Febr.
d, epist. Oporini ad eundem. 5 Febr. 1565.
e, Respons. Abrah. Muscul.
f, Epist. Abrah. Musculi ad Sulcerum.
g, Epist. Huldr. Coccii ad Abr. Musc. Bas. 1565.
h, Respons. Abr. Musc.

4, f. 78ᵃ — f. 97ᵃ **Carmina quædam pia et erudita domini Wolfgangi Musculi Dusani passim ex eius schedis collecta.**

690. s. XVI chart. 12° f. 62.
1, f. 1ᵃ — f. 51ᵇ **Demosthenis orationes aliquot.** Sunt Olynth. I. II. III, contra Phil. I, de pace, contra Phil. II, de Haloneso, de rebus Chersonesi, contra Phil. III. IV, de Philippi epistula, *περὶ συντάξεως*.
*2, f. 54ᵃ — f. 60ᵇ **Excerpta ex Platonis Phædro et Xenophontis symposio.**
*3, f. 61ᵇ — f. 62ᵃ **Excerpta de mensibus Græcis Græce et Latine.**

691. s. XV—XVI chart. 12° pag. 81.
1, pag. 1 — p. 70 **Epicteti enchiridion, Græce.** Præmissa sunt nonnulla de eius vita cum tribus epigrammatis.
*2, p. 70 — p. 78 **Aurea verba Pythagoræ.** *Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται* etc.
3, p. 79 **Excerptum ex Hieroclis comment. in aurea verba Pythagoræ.** *Διὸ καὶ νέμος ἦν ἕωθεν ἀνισταμένους — ὀψὲ γοῦν ποτὲ κτήσασθαι.*
4, p. 80 — p. 81 **Excerptum ex Galeno.** *Ἐκ τῶν Γαληνοῦ ἐν τῷ περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. Οὐ φαίνεσθαι χρὴ τοῖς τοιούτοις — λέγειν δὲ ἀπὸ στόματος ὕστερον.*

692. s. XVI chart. 12°.
Bongarsii album amicorum a. 1585—1587 ad iter Hungaricum maxime pertinens. Cf. meam de Bongarsio commentationem, quæ prodiit Bernæ 1874, p. 14.

693. s. XVI (XVII?) chart. 12° f. 37. Sinn. I, 11 num. 699 posuit.
1, f. 1ᵃ — f. 18ᵃ **Tractatus de excommunicatione apostolica, Germanice.**
2, f. 19ᵇ — f. 24ᵃ **Tractatus de Davidis clave, de agno Dei etc., Germ.**
3, f. 25ᵇ — f. 37ᵃ **De vera fide Christiana, Germ.**

694. s. XVII chart. 4° oblong. f. 19.
***Tabulæ geometricæ. 1605.**

695. s. XVII chart. 4° oblong. f. 27.
***Cod. 694 figurarum explicatio, Germanice. 1608.**

696. s. XVI chart. 16° f. 35.
Christophori Luithardi rudimenta linguæ Hebraicæ, Germanice 1578.

697. s. XIV membr. 12° f. 101.
1, f. 1 — f. 3ᵇ **Sermon de pape Innocent.** Inc.: *Tres doulce dame saincte Marie mere de diex plaine de pitie.* .
2, f. 4ᵃ — f. 101ᵃ **Ordenemens** *comment on se doit ordener et maintenir et prouer auant ce que on die ses eures; premiers apres une nuit quant on esueilliet.* Collectio orationum devotarum pros. et poet., Latine et Gallice, 7 psalmi pœnitent., litania etc.

698. s. XV chart. 12° f. 156.
Sallustii Catilina et Jugurtha. In fine legitur:
De morte iugurte disticon.
Qui cupis ignotum iugurte nocere (sic) *letum*:
Tarpeie rupis trusus ad yma ruit.
Manu rec. sæc. XVI subscriptum est:
Noscere qui queris non cognita facta iugurte:
Vt pluctarcus ait carcere clausus obit.
F. 68ᵇ vetus descripta est mundi figura.

699. s. X membr. 12° f. 93.
Augustini enchiridion.

700. s. XVI chart. 12° pag. 237.
Praxis medica Hollerii. Fuit edita a Wolfio Tigur. 1565 et Parisiis 1567 a Dureto.

701. s. XVI chart. 12° f. 37.
Libellus de apibus gubernandis atque educandis scriptus per F. Bonot. *Apes dicte sunt uel pro eo quod se pedibus inuicem alligent* etc.

702. s. XII—XIV membr. miscellan. 12° f. 104. Fuit Petri Danielis Aurel.

1, f. 1ª — f. 2ª **Liber Porphirii philosophi, a fine mut.** *Cum sit necessarium crisarori et ad eam que est aristotilem apud predicamentorum doctrinam nosse quid genus sit et quid differentia quidque species — ut tum in eo quidquid sit prædicatur sed in eo quod quale sit. Interrogantibus nos enim illud de quo prædica......*

*2, f. 2ᵇ **Versus quattuordecim argumenti medici.**

Frumentis nocuam lolium grecus uocat herba
quam nostri dicunt uulgari more nigellum —
parturiens mulier si sese subfumiget illa
asseritur cicius uentris deponere pondus.

*3, f. 3ª — f. 5ᵇ **Tractatus theologicus.** *Quattuor genera sunt hominum possidentium regnum celorum* etc.

*4, f. 6ª — f. 7ᵇ **Tractatus theologicus.** *Fit questio de habraham et de ceteris fidelibus* etc.

*5, f. 8ª — f. 14ª **Tractatus medicinalis.** Præmissa est capitulatio hæc: *I De medicina II de nomine eius III de inuentoribus eius IIII de tribus heresibus medicorum V de quatuor humoribus corporum VI de acutis morbis VII de cronicis morbis VIII de morbis qui in superficie cutis uidentur VIIII de remediis et medicaminibus. decimus de libris medicinalibus XI de instrumentis medicorum XII de odoribus et unguentis XIII de inicio medicine.* Sequitur statim: *LIBER QUARTVS. MEDICINA EST QVE CORPORIS UEL tuetur uel restaurat salutem* etc.

6, f. 16ª — 21ᵇ (f. 14ᵇ — 15ᵇ vacant) **Ciceronis paradoxa.** Inde a num. I, cap. 3: *Quibus tandem gradibus* etc. In fine: *EXPLICIT TVLLIVS DE PARADOXA.* Cf. C. G. Muelleri anal. Bern. part. II p. 1.

7, f. 22ª — f. 29ᵇ, s. XI—XII **Carmina diversi argumenti Leoninis versibus maximam partem scripta et ad divinas iuxta ac profanas res pertinentia.**

a, f. 22ª — f. 25ª *PASSIO SANCTI MAURICII ET SOCIORVM uersifice composita*, v. 220.
Dum coibere parat gallos quos conglomerarat etc.

b, f. 25ª — f. 26ª *SERMO DE VITIIS et UIRTVTIB; solitudinem esse petendam*, v. 80.
Rus habet in silua patruus meus: huc mihi sepe etc.

c, f. 26ª — f. 26ᵇ *CONTENTVS PRÆSENTIS VITE*, v. 21.
Vite præsentis si comparo gaudia uentis etc.

d, f. 26ᵇ — f. 27ª *DISSVASIO CUPIDITATIS*, v. 36.
Vos qui diligitis bona quæ retinere nequitis etc.

*e, f. 27ª *Quod non sit expauescenda mors corporis*, v. 31.
Ligna uoluptatis plantauerat apta beatis etc.

*f, f. 27ᵇ *AD MONACVM DETRACTOREM QVOD NVLLVS SIT DESPERANDVS DVM UIUIT*, v. 27.
Nec te uelle puto nec te gaufride saluto etc.

*g, f. 27^b — f. 28^a *CONMENDATIO CASTITATIS,* v. 19.
Vt flos in pratis sic gratia uirginitatis etc.

*h, f. 28^a *Dissuasio nauigationis ob LVCRVM,* v. 14.
Qui uult scire minas tempestatisque ruinas etc.
Edidit C. G. Mueller mendose in anal. Bern. partic. II.

*i, f. 28^a — f. 28^b *Contra sediciosum uulgus,* v. 12.
Ex quo celestem meruit sapientia sedem etc.

*k, f. 28^b *Commonitorium inuectiuum ad obsessos in castro,* v. 15.
Si circum circa surgant adamantina claustra etc.

*l, f. 28^b — f. 29^a *Repræhensio superfluorum in epitafio Johannis abbatis,* v. 25.
Quod multis annis durauit uita iohannis etc.
Præterea margini additi sunt versus hi quattuor f. 29^a:
Si bonus ista legit gaudet quia qui legit egit
Si malus inde dolet qui sit malus et fore nollet
Quod uero restat lectori tedia præstat
Et peregrinatur nec qui legit edificatur.

*m, f. 29^a — f. 29^b *Dissuasio concubitus in uno tantum sexu,* v. 23.
Demonis inuentum scelerum sunt milia centum etc.

*n, f. 29^b sine titulo, v. 30:
Me miserum quid agam? porto sub pectore plagam etc.
Plurimi eorum carminum versus putredine evanuerunt.

8, f. 30^a — f. 45^b **Sancti Ambrosii liber de fuga et contemptu sæculi.** Cf. ed. Ben. I, 417.

9, f. 46^a — f. 50^b **Regulæ tonorum.** *Incipiunt regule tonorum de .i. Primus tonus facit suum regulum in F et finitur in uoce V proceditque in XI^{ma} in qua est eadem littera d — in reliquis quoque modis dictum est secundum formarum uarietates. per ipsas quoque uarietates unius cuiusque modi principia liquido præuidebis.*

Sequitur f. 50^b med. — f. 51^b med. colloquium discipuli et magistri de hisce musicis: *Discipulus. Dum uix per paucos cantus his regulis contraire inuenio eorum et paucitatem ut ita dicam furtiuam singularitatem a præsumptoribus uiciatisque cantoribus factam esse non dubito* etc.

*10, f. 51^b — f. 52^a **Carminis: 'Gloria in excelsis' versio Græca nec non orationis dominicæ.** Vocabulis Græcis novella Græcorum pronuntiatione Latine exaratis vocabulorum Latinorum litteræ initiales superscriptæ sunt.

*11, f. 52^a **Floscula ex patribus collecta, sc. Gregorio et Augustino.**

*12, f. 52^b **De gradibus, in quibus Christus fuit.** *Hostiarius fuit quando aperuit claustra inferni* etc.

*13, f. 53^a **Tractatus theologicus ex Augustino decerptus: Quid sit peccare in sancto spiritu.**

*14, f. 53^b — f. 54^b **Excerpta Aristotelis de corporis habitu, Latine.** *ARISTOTELIS ARGVMENTVM. Clari uiri et pru-*

dentes fulti sapiencia corporis et qualitate fulti ognomia mentis dabant scire motus ex carnis concordia etc.

*15, f. 54ᵇ — f. 55ᵇ med. **Tractatus theologicus de pœnitentia ex Aug. excerptus.**

*16, f. 55ᵇ med. **Quædam ex historia Judaica.** *Legitur quod populus iudeorum iuxta numerum filiorum iacob* etc.

17, f. 56ᵃ — f. 68ᵇ med. **Tractatus medicus de complexione corporis.** *INCIP. LIB. DE COMPLEXIONE CORPORIS. Corpus hominis ex IIIIᵒʳ constat humoribus — maximeque capud et loco collocet.*

*18, f. 68ᵇ med. — f. 69ᵃ **Breve excerptum de tropis et figuris.** *DE FIGVRIS INCIPIT. St XX et VIIII metolomia est quando ponitur tempus pro tempore* etc.

*19, f. 69ᵃ — f. 70ᵇ **Præcepta aliquot medica.**

20, f. 71ᵃ — f. 71ᵇ **S. Gregorii carmen de beata Maria.** *Ad sermonem nostræ laudis | miseris quas numquam claudis* etc.

21, f. 72ᵃ — f. 73ᵃ **Bedæ excerptum de tabernaculo.**

*22, f. 73ᵃ **Tractatus theologicus de Sanctæ Scripturæ intellectu quadruplici.** *Omnis diuina scriptura uel istorico intellectu uel allegorico uel trophologico i. e. morali uel certe anagogico solet accipi* etc.

*23, f. 73ᵇ — f. 77ᵇ **Tractatus de anima.** *Quare anima dicatur. Anima igitur quæ hominis proprie dicitur non etiam pecudum* etc.

*24, f. 78ᵃ — f. 79ᵇ **Excerpta ex Paulo Diacono Festi abbreviatore.** *... alius enim terre rubre similitudinem itemque* (?) *alius quasi per humanum unguem — Caseus a coeundo dictus. Caput ex græco dictum quod illi interdum karatenphi dicunt.*

*25, f. 80ᵃ — f. 82ᵃ **Tractatus theologicus de angelis et baptismo.** *Fatendum enim et angelos natura esse bonos mutabiles* etc.

*26, f. 82ᵃ — f. 83ᵃ **Ivonis episcopi tractatus de monachis.** *Juo episcopus. Solet queri si aliquis uoueat canonicam uitam et efficiatur monachus uel e conuerso an dicendus est uotum fregisse* etc.

*27, f. 83ᵃ **Tractatus medicus brevis de aqua diuretica.** *Aqua diuretica ita fit — et uas non sit omne copertum.*

*28, f. 83ᵇ — f. 86ᵇ **Tractatus de dialectica.** *Dialetica est disciplina ad disserendas rerum causas inuenta* etc. F. 83ᵇ *Dialeticam uero et rethoricam* u a r r o *in nouem disciplinarum libris tali similitudine diffiniuit. dialetica et rethorica est in manu hominis pugnus adstrictus et palma distensa. Illa autem uerba contrahens, ista distendens. dialetica siquidem ad disserendas res acucior, rethorica ad illa quæ nititur docenda facundior; illa ad scolas nonnumquam uenit, ista iugiter procedit in forum. illa requirit rarissimos studiosos, hæc frequenter et populos.* Cf. Cassiod. de dial.

*29, f. 86^{b} **Præcepta aliquot medica.**

30, f. 87^{a} — f. 98^{a} **Vitalis Blesensis comœdia Geta sive Amphitruo, sine titulo.** In fine: *EXPLICIT COMEDIA.* Post versum decimum habes: *expliciunt capitule. Incipit prologus. Carmina conposuit* etc. Usus est hoc libro C. G. Muellerus in Anal. Bern. part. II p. 13 seq. (B); post Muellerum denuo contuli in Rudolfi Peiperi Vratislaviensis usum.

31, f. 98^{a} — f. 100^{b} **Tractatus de philosophia.** *DE PHILOSOPHIA. Philosophia est rerum humanarum diuinarumque cognitio cum studio bene uiuendi coniuncta — a partibus est argumentum cum is qui se defendit aut negat factum aut factum esse iure defendit. a nota est argumentum. Non moritur cui mors .. oritur cui non iteratur. Sed moritur cui mors oritur et quem iteratur.* Extrema a verbis: *Non moritur* etc. in nova linea scripta sunt.

*32, f. 101^{a} — f. 104^{b} **Tractatus medicus de virtutibus medicinarum.** *INCIP. LIB. DE VIRTVTIB. Cogitanti mihi de simplicium medicinarum uirtutibus earumdem idem operantur nomina in unum colligere uisum est utile quatinus medico medicinas uariare uolenti pro diuersitate etatum temporum anni regionum similiumque cito profutura occurrent (occurrerent?)* etc.

703. s. XVI chart. 12° f. 102. Fuit Bongarsii; f. 3^{a} conspicitur palma, cui circumdata est charta, in qua hæc leguntur: *Ἱερὸν καὶ εἰρηνικὸν δένδρον παλλάδος ἐλαία.* In ima picturæ parte descriptum est insigne Joannis Oliberi (*Ἰωάννης ὀλίβερος*).

Precationes, hymni, excerpta ex S. Scriptura etc., Græce. F. 91^{a} — f. 97^{a} legitur symbolum **Athanasii.**

704. s. XII membr. 12° f. 30.

*1, f. 1 — f. 10^{b} **Proverbia Senecæ.** Varias lectiones misi Ottoni Ribbeckio ad alteram comicorum Latinorum rell. editionem (1873) curandam. Cf. ibid. præf. p. LXXXIX.

*2, f. 10^{b} **Versus tres de virginitate.**

Virginitas flos est et uirginis aurea dos est.
Concubitus fex est merces sua pessima nex est.
Ebrietas fax est limphe potatio pax est.

*3, f. 10^{b} — f. 11^{a} **Versus X de X plagis Aegypti, sine titulo.**

Prima plaga egipti limphas in sanguine uertit —
Vltima quæ decima est prolis primordia truncat.

*4, f. 11^{a} **Versus VII de septem creationis diebus, sine titulo.**

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit —
Septimus est domini requies his rite peractis.

*5, f. 11^{a} **Versus VIII de viginti Christianis totidemque Judæis.** *Sors cuiusdam* (sic) *de XX X'anis totidemque iudeis.*

Bis duo nam niuei præsunt et V nigelli —
Orbem tamen furuus demum determinat unus.

Cf. carmen simile apud Rieseum anthol. Lat. II p. 185 not.

*6, f. 11ᵃ **De annis incarnationis Domini, versus VIII:**
Vinea Christe tuos prima est quæ continet annos —
Etatem lune monstraque nouissimus ordo.

*7, f. 11ᵇ **Quomodo sciantur primi et ultimi dies mensium, versus IV:**
Altitonans dominus diuina gerens bonus extat
Gratuito celi fert aurea dona fideli
Factus adam dominus feruescentes bibit estus
Gaudia comportans et arentia cuncta coequans.

Sed hi versus cum titulo minime conveniunt.

*8, f. 11ᵇ **De decem plagis Aegypti alii versus V.**
Prima rubens unda raneque secunda tabesque etc.

*9, f. 11ᵇ — f. 13ᵇ **Ammonitio Victoris Papæ, versus distichici 92.**
Ergo doma carnem qui uis euadere mortem
Præsideat ratio seruiat ipsa caro etc.

*10, f. 13ᵇ — f. 14ᵃ **Item de sorte supradicti episcopi, v. II.**
Quatuor et penta duo monas tres mias unus
hinc dias ambo trias unus duo et duo monas.

Neque hi versus cum titulo conveniunt; pertinent utique ad carmen illud de XX Christianis et Judæis (vide Nr. 5), cf. Riesei anthol. Latin. II p. 185 not. fin.

*11, f. 14ᵃ — f. 17ᵃ **Versus cuius supra de luxuria avaricia ambitione et fortuna, carmina quattuor, versuum distichicorum 148.**
Plurima cum soleant mores euertere sacros
Altius euertunt femina census honos etc.

12, f. 17ᵃ — f. 17ᵇ **Versus cuiusdam cur Deus homo, numero 18.**
Ade (leg. *Adæ*) *peccatum quæ conueniens aboleret* etc.

*13, f. 17ᵇ **Cur sacerdos in missa reciproce a dextra et læva parte altaris, versus 12.**
Est ratio quod pars altaris dextera misse etc.

*14, f. 18ᵃ — f. 28ᵃ **Carmen de quattuor virtutum proprietatibus, sine titulo, v. dist. 426.**
Quattuor eximias uirtutum proprietates
Quam plures docti disseruere uiri
Quarum se formis si mens humana coaptet
Perfectum faciet integra uita uirum etc.

*15, f. 28ᵃ **Carmen de formula vivendi, sine titulo, v. XIV.**
Formula uiuendi præsto est tibi: pauca loquaris etc.

*16, f. 28ᵇ — f. 29ᵃ **Carmen de religioso et de iniusto.** Præscriptus est titulus: *Ebdomade cum diebus a natiuitate domini usque ad XIᵃᵐ*, qui ad carmen nihil pertinet. Sunt versus 24, punctis musicis notati.

C]omposito sapiens discrecius asperiore
Scribit confortans incertos gaudia monstrans etc.

*17, f. 29ª **Carmen de litteris mysticis, sine titulo, v. XV.** Præmittuntur hæ litteræ: Y Θ T A ω.
Haȝ apicum typicas infirmant esse figuras
Rimantes acie mentis secreta sophie etc.

*18, f. 29ᵇ **Carmina tria ecclesiastica diversi argumenti, sine titulo.**
1, Versus V:
Trina domus nobis lar tumba polusque parantur etc.
2, Versus VI (sunt disticha); videtur ænigma esse, quo fidelis significatur:
Est sine duricia grauis absque cupidine diues etc.
3, Versus VI (disticha):
Ara crucis tumulique calix lapidisque patena etc.
Manu posteriore additum est: *Anno gracie M° CC° quadragegesimo septimo III° Idus decenbris obiit status Johennes de uer supprior Karokloci* (?).

F. 30ª scriptura vacat; f. 30ᵇ hi habentur versus bis scripti:
Ista pulex macris est acrior omnibus acris
Si redimi posset nondum per me periiset (sic).

705. s. X membr. 12° f. 48.
1, f. 1ᵇ — f. 43ª **Vita Mariæ Aegyptiacæ de Græco per Paulum venerabilem diaconum S. Neapolis ecclesiæ in Latinum translata.** *Secreta regis celare bonum est* etc.

*2, f. 43ᵇ — f. 44ª **Dialogus de symbolo apostolico etc. (confessio).** *Credis in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. R. Credo* etc.

*3, f. 46ᵇ **Hymnus in Mariam.** *Aue celi ianua ştella maris lucida* etc.

*4, f. 47ªᵇ **Precatio ad Mariam directa.** *Veni nobis benedicta de celo* etc.

*5, f. 48ªᵇ **Tractatus ad ecclesiam Remensem pertinens.** *Pura fide fundatis necne munda religione edificatis sicut corporalem statariam habentibus ita spiritualem curam agentibus sanctis patribus et sinergiis primum quidem sanctæ remensis ecclesiæ immo totius franciæ apostolico et mirabili patrono* etc.

706. s. XIV membr. 12° f. 82.
Vulgatæ testamenti veteris fragmentum. Continet parabolas, ecclesiasten, libr. sapientiæ, ecclesiasticum, XII prophetas, Job, Tobiam.

707. s. ? chart. 16° f. 59.
1, f. 1ª — f. 31ᵇ **M'schareth Mosche, Hebraice.** Auctor, cuius nomen nusquam apparet, fuit Kalonymus, discipulus Maimonidis, v. Wolf. B. H. III p. 969.

2, f. 32ª — f. 59ᵇ **Tractatus physicus, Hebraice,** cuius initio citatur Maimonidis More Nebochim. Inscriptio erasa est.

708. s. XVII chart. 12° pag. 282.

Compendium encyclopædiæ philosophicæ auctore Johanne Henrico Alstedio Professore Herbornensi. 1626.

709. s. XIII membr. 12° f. 65.

1, f. 1ᵃ — f. 45ᵃ **Matthæi Vindocinensis æquivoca, ab initio mutil., cum glossis.**

*2, f. 45ᵇ — f. 65ᵇ **Dictionarius libellus, cum glossis, a fine mutil.** *Dictionarius libellus iste dicitur a dictionibus mag. necessariis* (?) *quas tenetur quilibet scolaris* etc. In glossis multæ inveniuntur voces Gallicæ.

710. s. XII membr. miscell. 12° f. 136. F. 1: *Liber s. marie de prato.*

*1, f. 1ᵃ — f. 41ᵃ **Excerpta ex Horatii operibus.**

Humano capiti ceruicem pictor equinam —
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Harum exceptionum exactori exceptor. Quoniam digne indignum existimasti ut cum furfure similam uel iumentorum more cum paleis grana manderemus iussis tuis et præcibus obsecundans ex libris horatii utiliora et honestiora quæque a minus utilibus et obscenis sequestraui et quasi uanni machina brutis paleas reiciens grana horreo commendaui uel cribri examine porcis furfurem seponens tibi similaginem ministraui. Quam tamen quodam compendii coagulo in unum redigens uel deconspersam diligentie tue commisi coquendam. hanc igitur coquat memorie exercitium mentis ignis ingeniique caminus. Quod autem multa spinosa et tamquam friuola in his adhuc inuenire .... scias ob id factum ne abcisis uepribus flosculi marcescerent. Inde etiam quod clandestine id egimus excuset caste dilectionis alterutra familiaritas expiet precamur indulgentie diuine bonitas. Amen.

F. 41ᵇ et f. 42 scriptura vacant.

*2, f. 43ᵃ — f. 49ᵇ **Excerpta ex Ovidii libro de Ponto.**

*3, f. 50ᵃ — f. 55ᵇ **Excerpta ex Vergilii Georgicis.**

4, f. 55ᵇ — f. 60ᵇ **Vita Laurentii Martyris.** Sunt versus Leonini 256. *]detio tentus gladioque furente perentus* etc.

*5, f. 61ᵃ — f. 64ᵃ **Carmina varia versibus Leoninis maximam partem conscripta, sine titulis.**

1, Versus 19 de vitæ caducitate:

V]ite præsentis si comparo gaudia uentis etc.

Idem carmen extat in cod. Bern. 702 f. 26ᵃ.

2, Versus 9 de linguæ perversitate:

Linguis facundi qui sectantes lucra mundi etc.

Sunt versus extremi carminis maioris, quod integrum extat in cod. Bern. 702 f. 26ᵃᵇ.

3, Versus 27 de invido et maledico:

Nec te uelle puto nec te gillerme saluto etc.

Idem carmen paucis mutatis extat in cod. Bern. 702 f. 27ᵇ.

4, Versus 20 de legislatoribus:
Legis latores hominum perpendite mores etc.

5, Versus 4 distichici de rerum mutatione:
Nunc aliud tempus alii pro tempore mores etc.

6, Versus 4 rimati de bono et malo:
Est aliquando bono bene ne grauibus superetur etc.

7, Versus quattuor de conceptione:
Conceptum semen primis sex pet° diebus etc.

8, Versus 6 de summo bono:
Quænam summa boni? mens quæ sibi conscia recti etc.

9, Versus 8 de horis:
In matutino dapnatur tempore Christus etc.

10, Versus 4 rimati de Satana:
Præcipue sathanas qui cunctis insidiatur etc.

11, Versus 41 de peccatis et pœnitentia:
Me miserum quid agam? porto sub pectore plagam etc.
Huius carminis versus 30 priores extant in cod. Bern. 702 f. 29b.

12, Versus VII de vitiis et virtutibus:
Virginitas flos est et uirginis aurea dos est etc.

6, f. 64a — f. 72a **Vita mirabilis sancti Alexis versibus Leoninis scripta,** vers. 444.
Duxit romanus uir nobilis eufemianus etc.

*7, f. 72a **Versus quattuor distichici de quattuor bonis et malis.**
Spernere mundum spernere nullum spernere sese etc.

*8. f. 72b — f. 75a **Carmina varia versibus Leoninis maximam partem conscripta, sine titulis.**

1, Versus 17 de contemptu mundi:
Vt te uelle puto te diligo teque saluto etc.

2, Versus 6 distichici de vanitatę:
Vnde superbit homo cuius conceptio culpa etc.

3, Versus 25 distichici de statu vitæ humanæ:
Tradunt cuncta neci prædeque cupidine ceci etc.

4, Versus distichici 22 in laudem Aeneæ:
Ignibus eneas cedens non hostibus urbem etc.

5, Versus 6 distichici de dicendi brevitate:
Ne sibi quisque putet seriatim quæque referri etc.

6, Versus distichici 68 (ultimi versus fere omnes sunt pentametri) de Aenea et Didone:
Intus peste grauis grauiter torquetur eique etc.

9, f. 75a — f. 80b **Passio sanctæ Agnetis virginis distichis composita. Sunt versus 300.**
Agnes sacra sui pennam scriptoris inauret etc.

*10, f. 80b **Versus quattuor de Iri vel Maria:**

Sol nubes et aqua celestis luminis yrim
Conficiunt: partum uirginis ista notant
Sol deitas nubes carnis species aqua sanctus
Spiritus est yris stella Maria maris.

*11, f. 80b — f. 81b **Carmen distichicum versuum 60 de rebus humanis:**
Nullus se phaleris ornet: mea littera turpem —
Huic natura dedit quicquid habebat opum.

*12, f. 82b — f. 92b **Carmen distichicum de parricida.**
Semper ut ex aliqua felices parte querantur etc.

*13, f. 92b — f. 93b **Carmen in virginem Mariam, vers. 51.**
Mater digna ducis lux lucida filia lucis etc.

14, f. 93b — f. 96a **Passio sancti Vincentii distichice conposita cum prologo, vers. 120.**
Si fas sit dici quod non confertis amici etc.

*15, f. 96a — f. 96b **Carmina nonnulla varii argumenti, sine titulis.**

1, Versus III de vanitate:
Ne quis amet temere docet obruta Troia cauere
Quam facit audaces amor in sua dapna procaces
Curas mordaces suscitat atque faces.

2, Versus de amore XVIII:
Virtus in melius uertere quæque studet etc.

3, Versus V de caducitate vitæ:
Cur homo qui cinis es per auariciam sepel. es etc.

16, f. 96b — f. 109a **Bernardi Silvestris megacosmus.** *Congeries informis adhuc cum silua tenet* etc. In codice Bern. A. 94, 19, in quo huius operis particula extat, multo plures versus habentur.

17, f. 109b — f. 134b **Walteri Alexandreidis excerpta.** *O quam difficile est animum non prodere uultu* etc.

*18, f. 135b — f. 136b **Excerpta ex Vergilii lib. I.**

711. Deest hodie nescio quo pacto deperditus vel abreptus, de quo Sinnerus I, 543 hæc: *711 8vo codex membr. Ex libris Petri Danielis Aurelii sæc. XI. Glossæ in Ibin Ovidii. Codex noster incipit a versu 117: 'Sysyphus est illic'. Incipiunt Glossæ in Ibin. Dianam de stupro interpellavit etc.* Eo codice usus fuerat editor gloss. in Ovidii Ibin Paris. a. 1573.

712. s. ? chart. 16° f. 129.
Libellus precationum Arabico-Turcicus.

713. s. ? chart. 16° f. 190.
Libellus precationum Arabico-Turcicus. Præcedunt excerpta Corani. In initio scriptum: *Der 28 Augusti hab ich disz buch von einem Türcken bey einem treffen bekkommen darzue auch ein sebel. 1662. Zu Keowar.*

714. s. ? chart. 16° f. 115.
Libellus precationum Arabico-Persicus.

715. Deest hodie. Continebat Sinnero auctore I, 34. 35 calendarium ecclesiasticum sæc. XV. Fuerat olim is liber monasterii S. Galli, cui redditus est anno 1863. Sinnerus falso num. A 75 posuerat.

716. s. XVI chart. 2° f. 363. Sinn. II, 409: 726.
Lentuli historia persecutionis Valdensium, Italice. 1595. Præmissæ sunt aliquot epistulæ:
1, J. Perrin à Monsieur Ferrot (?) min. du St. Evangile à Lustri. De Serres 4 Janvier 1626.
2, Idem à Monsieur Cherler à Gap (?). Serres 4 Januier 1626.
3, Idem à Monsieur Lentulus à Berne. Serres 5 Januier 1626.
4, S. Cherler à Mr. Lentulus à Berne. 1626.
5, Les pasteurs et anciens des églises reformées du Dauphiné à Mr. Lentulus. St. Paul trois chasteaux 17 Juin 1625.

Inter præfationem libri et librum ipsum insertum est folium unum, in quo Fabricii Hildani de hoc opere iudicium legitur.

717. s. XVII (a. 1072 H.) chart. 8° f. 163. Vetus numerus fuit 733.
Liber precationum Arab. Præcedunt Corani excerpta, i. e. sur. I. II in., IX. XXXVI etc.; secuntur precationes Arabicæ et Turcicæ; f. 144[b] habetur carmen Burdah in prophetæ laudem scriptum. Apographon scriptum fuit per Hâdjii Ismâ'îl Erzeri.

718. s. ? chart. 8 f. 154 Vetus numerus fuit 734.
Corani pars, Arabice.

719. s. ? chart. 8° f. 39.
Libellus de præceptis medicis, Arabice, sed charactere rabbinico scriptus. In subscriptione nominantur Josephus et Abraham medici, filii Saardiæ medici. Præmissa sunt IV folia, quæ et ipsa præcepta medica continent, manu alia.

720. s. X—XI membr. 2° f. 2.
* **Annalium Fuldensium fragmenta.** Fol. 1 annorum 871, 872: .. *sa est in luctum et lamentationem. Quibus auditis — cum maxima multitudine sibi.* F. 2 anni 876: .. *ac karolum dicens. Cur ascendisti — Nam sicut captiui.* Cf. Monum. German. ed. Pertz I, 384. 390. Repperit Ph. Jaffé a. 1861. In eodem fasciculo continentur duæ epistulæ Arabicæ ab Abdelkadero a. 1838 Francorum duci scriptæ, cum versione Francogallica.

721. s. XVII 4° II voll.
Henrici Otthii lexicon rabbinico-philologicum. Impress. Genevæ 1675 cum notis ms. marginalibus.

722. Cod. miscell. membr. Sunt folia singula pergam., quæ olim libris aliquot bibliothecæ Bernensis impressis tegumento fuerant.
1, s. XII 8° f. 6, quorum bina inter se cohærent. **Tractatus ex Isidori etymolog. haustus,** in quo multa nomina Teutonica leguntur. Edetur in Bartschii annalibus.

2, s. XI 8° f. 1 **Solini fragmentum.**

3, s. X 8° f. 2 inter se cohærentia. **Vitruvii fragmentum.** Pertinet ad illum tractatum, quem Müller-Strübing Vitruvio subiecit p. 287 seq. Adsunt cap. XX—XXIII et XXIX med. usque ad finem eius capitis = p. 303, 6 — p. 305, 12 et p. 310, 2 — p. 312, 4 ed. Müller.

4, s. XII 8° f. 2 inter se cohærentia. **Fragmentum tractatus medici,** in quo Hippocratis prognosticorum mentio fit.

5, s. XIII—XIV 4° f. 1. **Fragmentum iuridicum (Rechtsspiegel) Germ.** Edetur in Bartschii annalibus.



APPENDIX.

LIBRORUM IMPRESSORUM QUIBUS NOTÆ MARGINALES ASCRIPTÆ SUNT CONSPECTUS*).

Acolastus, vide **Gnapheus.**

Aemilius Probus, vide **Cornelius Nepos.**

Aeschines. G 110. Aeschinis et Demosthenis orationes. Paris. 1531. Anonymi notæ.

Aeschylus. F 41 4°. Aeschyli tragœdiæ cum scholiis, Petri Victorii cura 1557. Michaelis Lœffenii notæ, coniecturæ, loci laudati.

G 170. Aeschyli tragœdiæ. Paris. 1552. Anonymi notæ Lat. ad epistulam Adr. Turnebi Michaeli Hospitali datam, nonnulla de Aeschylo eiusque vita tragœdiarumque catalogo. Tragœdiarum ipsarum non nisi Prometheus glossis illustratur.

Agricola. Inc. 417ᵃ. In Evangelium Lucæ annotationes Joannis Agricolæ Islebii. Hagenoæ 1526. Anonymi notæ creberrimæ.

Agrœtius, vide **Grammatici Latini.**

Aimoinus. Z 91 fol. Aimoini monachi libri V de gestis Francorum etc. Paris. 1602. Bongarsii lectiones variæ ad lib. V cap. XX fin. et seq. (p. 308 seq.), præscriptis his: *hic incipit fragmentum meum,* scilicet a verbis: *anno DCCCLV diuina reuelatione corpus beati Vincentii* etc.

*) Numeri antepositi ad bibliothecæ Bernensis publicæ librorum seriem hodie constitutam spectant.

Albertus Argentinensis, vide **Germanicarum Rerum Scriptores.**

Ambrosius. F 91. Ambrosii epistolæ. Bas. 1549. P. Danielis coniecturæ aliquot.

Ammianus Marcellinus. Z 105. Ammianus Marcellinus. Par. 1544. Rob. Steph. Fuit Bongarsii 1577. Bongarsii lectiones variæ.

Z 197. Ammiani Marcellini rerum gestarum libri XVIII Gryph. Lugd. 1552 (lib. XIV—XXXI). *Sum Petri Danielis Aurelii 1564.* P. Danielis index nominum A—J et J—Z partim in initio partim in fine collocatus. In fol. titul. pagina versa hæc habes P. Danielis manu: *Daniel Rogerius affirmauit mihi repertos in Anglia Ammiani duos libros, videlicet duodecimum et decimum tertium.* Præterea coniecturæ, lectiones variæ etc. præposita sigla *P.* Bongarsii lectiones variæ, coniecturæ etc.

X 49. Ammianus Marcellinus. Paris. Steph. 1544. Franc. Danielis lectiones variæ, coniecturæ etc.

Ammonius. P 36 fol. *Ὑπόμνημα εἰς τὰς πέντε φωνὰς ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίου μικροῦ τοῦ Ἑρμείου.* Venet. 1500. Fuit Picaultii Aureliani *καὶ τῶν φίλων*, et Bongarsii. Picaultii adnotationes, coniecturæ et lectiones variæ.

Anonymus. U 14. Des estats et maisons plus illustres de la chrestiente. Paris. 1549. Anonymi notæ hist., Gallice.

Anselmus, Gemblacensis. VIII, 65. Rerum toto orbe gestarum chronica, auctoribus Eusebio etc., Anselmo Gemblacensi etc. Antverp. 1608. Bongarsii collatio Anselmi Gembl. (*noster ms.* additum est).

Anthologia Græca, vide **Epigrammata Græca.** Inc. 584. Anthologiæ Græcæ ed. prima Flor. 1497. Anonymi scholia Græca, coniecturæ etc.

Antonini itinerarium. Z 208. Itinerarium provinciarum Antonini Augusti etc. Ludg. apud hered. Simonis Vincentii. Sine anno. Antonii Contii collatio, coniecturæ, notæ. In folio titul. hæc habes præscripta: *In exemplari manuscripto erat Antonius Augustus, sed Hermolaus barbarus vocat Antoninum et ex eius auctoritate sic apellatus est liber.*

Z 69. Itinerarium Antonini. Col. Agripp. 1600. F. 1: *Clarissimo viro Jac. Bongarsio And. Schottus amicitiæ veteris μνημόσυνον D. D.* A. Schotti adnotationes.

Apostolius. G 386. Apostolii Bisantii paroemiæ, Græce. Bas. Hervag. a. 1538. Bongarsii coniecturæ et lectiones variæ aliquot (p. 38 seq. 234 seq.).

Apuleius. G 376. Apuleii opera. Bas. 1533. Lucæ Fruterii et Bongarsii notæ.

Aratus, vide **Germanicus.** F 44. Arati Solensis Phænomena et Prognostica interpretibus Cicerone, Rufo, Avieno, Germanico etc. Paris.

Morel. 1559. Bongarsii lectiones variæ ad Avienum (cod. Bern. 88) et Germanicum (cod. Bern. 88 et alterius codicis, *al.*) et coniecturæ.

F 60 *Ἀράτου Φαινόμενα.* Ciceronis in Arati phæn. interpretatio etc. Paris. 1540. Anonymi interpretatio Lat. interlinearis et notæ.

Aristænetus. G 35. Aristænetus ed. J. Sambucus. Antverp. 1566. J. Gruteri notæ et coniecturæ.

Aristophanes. G 31. Aristophanis facetissima comœdia Pax. Paris. 1540. Anonymi notæ.

G. 47. Aristophanis Equites, libri fragm. folia 137—187 continens. Anonymi notæ.

H 22. Aristophanis Plutus. Adnotationes Hadriani Turnebi 1554.

G. 100. Aristophanis Plutus, Nebulæ, Ranæ. Paris. 1540. Cum interpretatione Hieronymi Rupei manu Franc. Danielis scripta.

Aristoteles. O 37 fol. Aristotelis opera. Bas. 1531. Tom. II anonymi lectiones variæ ad poeticam (inde a f. 158[b]).

O 38 fol. Aristotelis opera. Bas. 1550 ex ed. Erasmi Roterod. Bongarsii notæ et lectiones variæ aliquot.

P 35 fol. Aristotelis opera per Desid. Erasmum. Bas. 1531. II tomi. Anonymi lectiones variæ, coniecturæ etc. In alterius tomi initio hæc leguntur: *In vetere codice præter hanc usitatam suscriptionem ἀριστοτέλους ἠθικῶν νικομαχιῶν alteram quoque invenies huic antepositam his verbis:* ἠθικὰ τὰ ἐπικεκλημένα μικρά.

R 106. Aristotelis et Theophrasti scripta quædam. Ed. Henr. Stephan. Paris. 1557. Francisci et Petri Danielum adnotationes. In primo folio: *Dono dedit Petro Danieli fratri Franciscus Daniel anno domini 1561 13 Kalend. Septemb.*

G 147. Aristotelis Rhetorica ab Antonio Riccobono Latine conversa. Francof. 1588. Bongarsii notæ (correcturæ textus Latini et emendationes textus Græci) ad lib. I et II. Post tergum habes indicem auctorum, proverbiorum etc. ab Aristotele laudatorum a Bongarsio confectum.

G 251. Aristotelis Rhetorica ex versione Mureti. Romæ 1585. Græca multifariam in margine adnotavit Bongarsius.

Inc. 587. Aristotelis scripta dialectica. Flor. Junt. 1521. Anonymi scholia Græca.

Q 29. Aristotelis analytica, Græce. 4°. Sine loco et anno. Anonymi coniecturæ, scholia etc.

F 60. Aristotelis prædicamentorum liber. 1538. Anonymi notæ.

R 24. Aristotelis physica. Francof. 1577. Anonymi commentarius.

R 49. Aristotelis œconomica. Paris. 1542. Anonymi lectiones variæ et coniecturæ.

R 102. Aristotelis περὶ ψυχῆς. Lips. 1564. Anonymi notæ, lectiones variæ etc.

R 138. Aristotelis ethica Nicomach. Argent. 1540. Fuit P. Danielis et amicorum. Anonymi (Danielis?) coniecturæ et lectiones variæ.

G 299. Aristoteles de arte poetica. Paris. 1555. Fuit Joannis Curterii 1568. Curterii notæ, argumenta, coniecturæ.

X 32 fol. Eustratii et aliorum comm. in libros X Aristot. (eth. Nicom.) Ald. Ven. 1536. Anonymi notæ.

Arithmetica. O 52. Τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς. Paris. 1543. Bongarsii lectiones variæ et coniecturæ.

Arrianus. O 104 fol. Arriani Alexandrini anabasis. Ex recens. Bonaventuræ Vulcanii. 1575. Bongarsii adnotationes aliquot (argumenta etc.).

Asconius Pedianus. P 61 fol. Q. Asconii Pediani in orat. M. Tullii Ciceronis. Lut. 1520. Anonymi coniecturæ aliquot.

G 144. Asconii Pediani comm. in aliquot M. Ciceronis orationes ed. Franc. Hotomanus Lugd. MDLI. Notæ Francisci et Petri Danielum (Petri p. 5, 19, 22, 50 seq.), coniecturæ P. Danielis, argumenta Fr. Danielis.

G 291. Q. Asconii Pediani comm. in aliquot orationes Ciceronis Lugd. MDLI. Diversorum notæ, in iis P. Danielis, ut videntur, nec non coniecturæ et lectiones variæ.

Astronomica. Inc. 539. Tabule astronomice Divi Alfonsi Romanorum et Castelle a. 1521 Ven. Joannis Durenheimeri Bernensis (1595) notæ et tractatus, cuius titulus est: *Ratio compendiaria prægnoscendi Eclypses utriusque Luminaris. Ratio omnis prædicendi luminum defectus hisce quæstionibus absoluitur* etc. 3 fol.

Augustæ Historiæ Scriptores. Z 103. Aelius Spartianus, Julius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus. Paris. Steph. 1544. Bongarsii lectiones variæ ex *ms. Pal.* ad Spartiani Hadrianum, Lampridii Antoninum, nec non coniecturæ et notæ per totum librum dispersæ.

Z 103. Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus, Aurelius Victor, Pomponius Lætus, Johannes Baptista Egnatius de principibus Romanorum. Paris. Steph. 1544. Bongarsii coniecturæ et lectiones variæ aliquot (p. 64 *manuscr. Vat.* citatur).

Z 17 4°. Scriptores hist. Aug. ed. Casaub. Par. 1603. Bongarsii lectiones variæ ad Trebellii Pollionis Valerian. pat. et fil.

Augustinus. Inc. 284. Augustinus de civitate Dei. 1467. In folio primo: *Hunc librum mihi Jacobo Tacherono Meldunensi Diacono dono dedit Petrus de Tecto Meldunensis pastor et uitricus meus a. 1629.* Jacobi Tacheroni notæ.

Avienus. G 264. Epigrammata et poematia vetera. Par. 1590. F. Pithoei lectiones variæ et coniecturæ ad Avienum.

Aurelius, vide **Victor.**

Ausonius. G. 422. Ausonii opera, ed. Josephus Scaliger. Lugduni Gryph. 1575. Bongarsii lectiones variæ, præsertim ad carmen de XII Cæsaribus et ad Homeri periochas, quibus præscriptum est *al.* = *alias* vel *alius liber.*

Basilius. F. 206. Basilius de legendis veterum poetarum et rhetorum libris. Bas. 1537. Leonardi Hospiniani notæ.

Bavarica Synodus. Z 110. Synodus Bavarica sub Tassilone Bav. duce ed. Canis. Ingolst. 1600. Bongarsii notæ etc.

Bauhinus. N 105. Bauhini flora Basileensis. Bas. 1622 Anonymi adnotationes.

Beda. K 178. Bedæ ratio computandi per digitos. Ed. El. Vinetus. Paris. 1565. Lectiones variæ anonymi. Fuit Bongarsii.

Biblia. Inc. 443. Testamentum vetus et novum, Græce. Argent. 1526. Joannis Dengeri notæ criticæ a. 1539.

Boetius. R 45. Boetius de consolatione philos. Ed. Bernart. Antverp. 1607. Bongarsii lectiones variæ.

R 231. Boetius de consolatione philosophiæ. Lugduni 1581. Bongarsii codicis alicuius collatio.

Bonfinius. Z 178 fol. Bonfinius rerum Ungaricarum decades IV. Francof. 1581. Bongarsii notæ.

Bossus. Inc. 435. Matthæi Bossi Veronensis Canonici regularis de veris etc. animi gaudiis. Argent. 1509. Jacobi Salandromi (*Curiæ Rhetiæ a. 1512*) notæ et carmen a. 1513 scriptum metro Alcaico: *Fran. Speruli Turacii Camertis ad Joan. Coritium de noua perpetrata in urbe homicidii industria ode tricolos tetrastrophos.*

Ferus Lycaon! nunc, Coriti, voces:
Cruenta vere secula cernimus,
Jam re iocos vatum o nepotes
Crimine avos superare docti etc.

Brassicanus. Inc. 428. Joannis Brassicani Tubing. institutiones grammaticæ. Tubing. 1515. Nicolai Artopoei Balingii notæ.

Britannicarum Rerum Scriptores. Z 174 fol. Rerum Britannicarum scriptores. Heidelb. 1587. Bongarsii adnotationes, coniecturæ, collatio ad partem Sugerii (vit. Ludovici Grossi) pertinens.

Brodæus, vide **Xenophon.** G 313. Brodæi Miscellan. libri sex. Basil. per Oporinum. Brodæi manu ipsius correctum et auctum exemplar. Fuit Petri Danielis.

Byzantina Historia. V. 16. Historia Byzantina ed. Du Cange. Lut. 1682. Anonymi additamenta.

Cæsar. Inc. 313. Cæsaris commentarii ed. Phil. Beroaldus. Bonon. 1504. Anonymi notæ et Bongarsii coniecturæ et lectiones variæ aliquot.

